



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>










Digitized by Google









Acc. 52080.









45

**SYLLABUS**  
**GRAECARUM MEMBRANARUM**

---





# SYLLABUS GRAECARUM MEMBRANARUM

QUAE

PARTIM NEAPOLI IN MAIORI TABULARIO ET PRIMARIA BIBLIOTHECA  
PARTIM IN CASINENSI COENOBIO AC CAVENSI ET IN EPISCOPALI TABULARIO NERITINO  
IAMDIU DELITESCENTES ET A DOCTIS FRUSTRA EXPETITAE


NUNC TANDEM ADNITENTE IMPENSIUS

FRANCISCO TRINCHERA

NEAPOLITANIS ARCHIVIS PRAEFECTO

IN LUCEM PRODEUNT

HS QUOQUE NON PRAETERMISSIS QUARUM VETUS LATINA TANTUM VERSIO SUPEREST  
CUM QUORUNDAM CHARACTERUM ET SIGILLORUM ECTYPIS  
RERUMQUE ET VERBORUM INDICE LOCUPLETISSIMO



NEAPOLI  
TYPIS JOSEPHI CATANEO  
—  
MDCCCLXV



R 81300





# ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

- I. De Graeca origine, qua tot oppidis et urbibus in extrema hac Italiae regione positis licet gloriari.—II. De Graecismo ibidem vigente sub Romanorum, ac deinde Gothorum dominatione. — III. Quid de Graecismo Neapolitano senserint Mazochius et Martorellius. — IV. Utrum in iis oris, quae olim Magna Graecia nuncupatae sunt, Graecismus sequioris aevi fuerit Graecorum Byzantinorum, an indigenarum.—V. De Graecismo sub Byzantina dominatione.—VI. De Graecismo sub Regibus Nortmannicis, Svevis et Andegavensibus.—VII. Aegre ferendum est, quod postquam Graecarum litterarum studia revixerunt, ratio nulla sit habita Graecismi nostratis ad deteriora tempora spectantis. — VIII. Quid actum hoc saeculo ab Archivi Neapolitani Praefectura, ut Graecarum Membranarum Syllabus inchoaretur ac perficeretur. — IX. De ratione, qua Syllabus hic contextus est.—X. Cur attexenda fuit Appendix.—XI. De Notis Chronologicis. — XII. De Characterum et Sigillorum ectypis.—XIII. Quid utile ex hoc Syllabo possit hauriri.

## I.

Divinus ille Plato, quia non Barbarus, sed Graecus fuisset procreatus, sibimetipsi magnopere gratulabatur, et beneficium hoc numerabat inter reliqua pulcherrima, quae Diis immortalibus accepta referebat. Hanc sapientissimi philosophi sententiam prae oculis habens Antonius Galateus unus multorum ingenio doctrinaque excellentium, qui Aulam nostrorum ex Aragonensi prosapia Regum mire honestarunt, laetatus ipse quoque fuit (1), quod non a Morinis aut Lingonibus, non ab Allobrogibus aut Sicambris, verum a Graecis repeteret stirpis suae primordia, Graecorumque proavorum seriem quam longissimam recenseret. Non absimili ratione nostro vel aevo gloriari fas est compluribus quidem oppidis et urbibus in extrema hac Italiae regione positis, quas genus a Graecis ducere nulli omnino dubitationi est obnoxium. Cuinam enim ex hac origine parum aut dignitatis et decoris, aut incitamenti et alacritatis ad praeclara et ardua quaeque capessenda in posteros redundare videri potest? Ullane seu vetustiorum gentium, seu recentiorum tanta praestitit humanitate simul et bellica virtute, ut Graiae sit anteferenda? Hacc

(1) *De Situ Iapygiae* in *Delectu Scriptorum Rerum Neapolitanarum* pag. 616.

singulari mentis sagacitate, haec exquisito pulchri sensu, haec mirifica ubertate venustateque orationis, haec liberalissimis institutis, et temperatione rerum felicissima caeteris omnibus anteivit; huic ingens vis obfirmavit pectus, tanquam inexpugnabile munimentum adversus hostiles excensus, et impressiones, quibus propter naturam regionis ipsa patebat. Nec vero tot praeconia laudum magis tribuenda sunt Graeciae transmarinae, quam nostrae, cui Magnae nomen ex suarum Rerumpublicarum potentia, et Pythagoricae sapientiae splendore fuit arcessitum. Heic leges a Zaleuco et Charonda latae, quae omnium saeculorum praedicatione dignae haberentur; heic artes sive ad iuvandam, sive ad ornandam hominum societatem concitatissimo studio et progressu excoltae; hinc primum litterae politiores Romam commearunt, ineunte sexto ab urbe condita saeculo, suamque elegantiam et concinnitatem cum rustico et imperioso Latii sermone communicarunt. Nihil porro nos, ad alia properantes, et veriti ne actum agere videamur, cum tot nobilissimi scriptores (1) argumentum hoc probatissimis lucubrationibus exhausserint, nihil memoramus de fortitudine, qua nostrates iidem Graeci adversus immanem Syracusarum Tyrannum depugnarunt, et insignia reliquerunt posteris documenta virtutis nullum periculorum aut morlis genus pro patria reformidantis.

## II.

Quod magis ad rem nostram pertinet, in eo positum est, quod post adventum non modo Coloniarum Roma deductarum, sed etiam Septentrionalium Gentium per sequiora tempora non omnis Graecismus apud nos diem supremum obivit. Sub Augusteae quidem aetatis exitum Strabo aegre ferebat, et conquerebatur (2) graecanicas nostras civitates universas praeter Neapolim, Rhegium et Tarentum ad mores institutaque Romanorum descivisse. Hinc nonnulli arguerunt ea tempestate sermonem quoque Romanum huc fuisse invectum. At qui hoc sibi tam facile persuaserunt, videntur non satis advertisse, qua polissimum ratione interdum fiat, ut populorum sermones extinguantur. Id enim accidit, prout sensere viri doctissimi, qui ortum, vices et penitiorem reconditamque vim linguarum pervestigarunt (3), si aut populi victoris lingua populo devicto subditoque per edictum imponatur, aut utriusque populi linguae inter se consuetudine diuturna collidantur, et tertius inde sermo enascatur. At enimvero nostris Graecis nec Romani suam imposuerunt linguam, nec illud obtigit collisionis genus, quo sermo novus oboriretur. Graeciae captae sermoni nullo non tempore Romani victores tantum honoris habuerunt, ut

(1) Tiraboschius, *Storia della Letteratura Italiana*, tom. I, parte II. — Winkelmannius, *Histoire des Arts — Micalies*, *Storia d'Italia avanti il dominio de' Romani*, parte I. c. XX.

(2) *Geograph. lib. VI. sub initium.*

(3) De Brosses, *Formation mécanique des langues*, chap. 9, n. 162 — Cesarottius, *Ragionamento preliminare al Corso di Letteratura Greca*.

sedulo alacriterque eum colerent, et quam libentissime usurparent; caeterarum vero provinciarum, quibus potiti fuerunt, linguas abolendas iudicarunt, illato sermone latiori, cuius maiestati et elegantiae nihil quod comparari posset inerat gentium debellatarum sermonibus.

Post ipsam quoque Romani Principatus in urbem Byzantium migrationem Hellenismus haudquaquam iussus inde fuit exulare. Verumtamen diffitendum non est, quin Graecanica lingua plurimum depravationis ea tempestate pertulerit. Nam cum in Principum palatiis Romanus, ut inquit Cangius (1), apud Romanos vero Graecus semper vigeret sermo, necesse fuit, ut Romani Graecum, Graeci Romanum addiscerent, quo in commerciis et familiaribus alloquiis sese vicissim intelligerent. Sed dum Romani Graecae, et Graeci Romanae linguae cognitionem inchoatae dumtaxat consequerentur, suam dedidicerent Romani linguam, suamque Graeci corrumpere vocibus perperam a Latinis, quibuscum quotidie versabantur, petitis, et inconcinne invenusteque confectis.

Ut apud Byzantinos, ita et apud nostros Graecos contigisse dicendum est. Abolita quidem non fuit Coloniarum Romanarum adventu lingua, cui Roma victrix fasces submiserat; sed vetustioris formae pulchritudinem ac nitorem amisit, quippe quae locutionibus advenarum quotidie foedabatur. Huic vero corruptioni non aequae pagi, atque urbes, obnoxii fuerunt. Namque in urbibus, ubi coloniae consederant, civesque Romani non pauci diversari et rusticari consueverunt, Graeco sermoni amplius depravationis importatum est, quam in pagis, qui commoratione et commercio exterorum minus celebrabantur.

Cum porro barbarae nationes, e regionibus hyperboreis profectae, Italiam petiverunt, et haec olim praepotens et inclita totius prope orbis terrarum dominatrix in Gothorum potestatem venit, nostrae quidem Graecae urbes linguam institutaeque sua perinde, ac reliqua Italia, retinuerunt. Gothorum enim Reges, ac praesertim Theodericus consilia et hortationes Cassiodori romanarum rerum propugnatoris acerrimi non aspernati sunt, et gentis suae barbariem, non Italorum urbanitatem profligandam esse statuerunt.

### III.

Compertum quidem nobis est non defuisse antiquitatum nostrarum vestigatores, quibus ambiguum visum est quod haec nos adfirmavimus, Hellenismum scilicet nostrum vitam protraxisse per omne aevum, quod hactenus persecuti sumus. Nam Mazochius (2), et Ignarra (3) huic suo insigni magistro summa veneratione et amore devinctus pro certo

(1) *Praefat. ad Gloss. Med. et Inf. Graec.* § IV.

(2) *De Neapolitana Cathedrali semper unica*, p. II. c. II.

(3) *De Phratriis primis Graecorum politicis societatibus*, pag. 151.



habuerunt Neapolim sub primi Christiani saeculi finem ob comparata sibi Coloniae Romanae iura non solum ad omnimodam Quiritium civilitatem, sed etiam ad principis urbis eloquium sese conformasse, etsi Graiae linguae studium, immo et institutorum Graiorum vestigia aliquandiu adhuc tertio saeculo nonnulla servaverit; sexto autem saeculo, cum Neapolis a Ducibus sub Constantinopolitanae Aulae tutela regi coepisset, coepisse simul nonnihil de graecis Byzantinorum moribus adspergi Latinorum moribus, quibus iamdiu assueverat, praesertim cum etiam ab illo tempore Graeci frequentes huc ventitarent. At opinionem, a qua laudati duoviri steterunt, Martorellius (1) binis iisque longiusculis dissertationibus elevavit, contenditque posteriori aevo a Tiberio Augusto per octingentorum fere annorum cursum rem Neapolitanam Graece se gessisse ac perdurasse, allatis inscriptionibus tum privatis, tum publica auctoritate positis, quarum sermo Graecus eius sententiae robur et fidem conciliabat. Huic plane scriptori Pelliccia (2) aliique non inferioris subsellii viri adstipulati sunt. Quisque vero non magis tot hominum doctissimorum auctoritate, quam rationum momentis sibi persuadebit vero similis esse quod Martorellius autumavit, modo consulat quae Michael Baffius Artis Diplomaticae Antecessor de hoc argumento enucleavit in opere (3), quo Neapolitanum Archivum illustrandum suscepit. Ibi enim ab auctore, qui sese ab adolescentia contulit ad perscrutanda vetera monumenta, et in laborioso hoc vitae genere consenuit, animadversa de Neapolitano Graecismo permulta scitissime fuerunt, et prae reliquis illud, scilicet graecas subscriptiones, quae in latinis nostris saeculi X et XI membranis occurrunt, palam omnibus facere Graecos homines, a quibus exaratae fuerunt, non Byzantinos Neapoli degentes, sed cives Neapolitanos fuisse, nec illud ob stare, quod Marinius (4), et Savignyus (5) edixerunt de graecis subscriptionibus quorundam Ravennatium monumentorum, eas nempe Graecis non Ravennatibus, sed Ravennam aliunde profectis esse tribuendas; nam quod Ravennae latinae originis urbi convenit, non item convenit Neapoli, quae suis a primordiis Graeca fuit, et ab institutis Graecorum serius, quam reliquae urbes Italicae, ad latina commigravit.

#### IV.

Utrumque autem libeat aliis quaestionem de Neapolitani Hellenismi vicibus diiudicare, eiusdem generis quaestio quoad Hellenismum Magnae Graeciae certe quidem habet quo facilius et stabilius definiatur. Nos haud latet Assemanium (6) de Calabriae Grae-

(1) *Thec. Calam.*, lib. II. cap. V. parte IV et V.

(2) *Istituzioni Diplomatiche*, pag. 41.

(3) *Ordinamento del Grande Archivio Napoletano*, pag. 57 a 67.

(4) *Papiri diplomatici* pag. 253, n. 47.

(5) *Storia del Drillo Romano nel Medio Evo*, t. I, § VI. Del dominio dei Greci in Italia, pag. 226.

(6) *De Rebus Neapolitanis*, t. IV. pag. 91.

citatem idem illud statuisset, quod Ioannes de Ioanne (1) quoad Siculam Graecitatem statuerat, nimirum utramque sub Romanorum dominatione a latino sermone attritam fuisse. Si de attritu solummodo locus uterque fuit, cui non patet eos non edixisse Graecorum linguam linguae Romanorum omnino cessasse? Mazochius ipse (2), cum aeneas tabulas Heracleenses commentario prope aureo explanaret, quodam usus diverticulo ad persequendam controversiam, de qua nos heic mentionem iniicimus, ait sese vereri, ut posset de Magna Graecia confirmare, quod de Graecitate Neapolitana ex vero defensitasse putabat. Observavit enim vir omnigena eruditione spectatissimus in Magnae Graeciae remotae ac sepositae latebris facile se Graecismum lueri potuisse, quominus infusa peregrinitate excluderetur. Ad haec ubi novit (3) sententiam Galatei ab aevo vetustiore repetentis originem Graecorum aevo suo in Neapolitano Regno superstitem, exceptis tamen coloniis, quae sub eiusdem Galatei tempora ex Albania in nostras oras sese contulerunt (4), graecoque ritu, at Albanensi idiomate utebantur, parum abfuit quin huic non aspernando scriptori adsentiretur. Id enim vetuit dubitatio, quae sibi iniiciebatur, an non sequioribus saeculis Graecorum, qui trans mare degebant, migrationes in neapolitanas oras accidissent. Huiusmodi vero dubitatio manabat ex eo, quod animadvertibat Calabrensis Graecismi naturam et ingenium magnam partem ad Byzantinum vernaculum idioma deflectere, et quamdam praesferre analogiam in nominibus et verbis inclinandis. At quoniam complures e nostris provinciis et omnium maxime Apulia, Iapygia et Calabria, quina circiter saecula Byzantino Imperio paruerunt, mirumne videbitur quod ibi graecanae voces ad naturam, ingenium et inclinationem vocum Byzantarum magnam partem accesserint? Mirum foret, si non ita evenisset tum ex alternis quotidianis inter Graecos indigenas, advenasque colloquiis, tum ex usu et familiaritate librorum, qui Byzantino idiomate conscripti nostras in oras commeabant, sive Liturgici, sive Nomici, sive Iatricsi, sive alterius generis. Hinc revera factum est, ut lingua nostrorum Graecorum, quae a puriore illa veteri post Romanorum in nostras oras adventum iam desciverat, particeps quoque evaserit corruptionis, quam Graecitas Constantinopolitana subiverat, variis invecis vocum terminationibus, et litteris modo ademptis, modo additis, modo commutatis perinde, atque adimi, addi et commutari apud Byzantinos consueverunt.

Sed quamvis Graeci advenae in causa fuerint, cur indigenarum Graecorum sermo amplius depravaretur, non est tamen obliviscendum Byzantinos saepenumero viros in nostras confluxisse provincias, qui harum Graecismo aliqua ratione profuerunt, uti patebit ex iis, ad quae persequenda gradum facimus.

(1) *De Divinis Siculorum Officiis*, cap. VI, n. 3, pag. 42.

(2) *Diatriba I de Magna Graecia*, cap. IX, pag. 62 et 63.

(3) *Op. cit.* pag. 123, n. VII.

(4) *De migrationibus Graecorum in nostras oras ab Epiro saeculo XV sub Regibus Aragoniis, et ab urbe Corone saeculo XVI. sub Carolo V, si lector plura doceri concupiverit, consulat opusculum Angeli Masci inscriptum « Discorso degli Albanesi del Regno di Napoli » necnon opusculum uberiori eruditione referentum Laurentii Bianchi ex Oppidi S. Ioannis Toparchis graecarum rerum studiosissimi, quod praefert titulum « Raggiunglio della Gente Albanese, e delle sue Colonie » ubi de lingua et moribus Albanensium plurima scitu digna offeruntur.*

## V.

Cum saeculo sexto Cassiodorus secessum et otia sibi quaereret a publicis negotiis, quibus gerendis diu, nec sine maximo Italorum emolumento vacaverat, prope Scyllacium ab inchoato excitavit Vivariense Coenobium, quo Graecos prae reliquis viros ingenio et eruditione insignes arcessivit, qui secum in excolendas sacras profanasque litteras ac praesertim Graecas tota animi contentione et sedulitate incumberent, uti Garellius fuse tradidit in Commentario de vita Cassiodori. Inter eos eminebant Dionysius Exiguus, et Epiphanius graecis disciplinis apprimè imbuti. Horum quidem Coenobitarum labores effecerunt, ut per ea tempora, quibus barbaries et ignorantia quoquoersus apud reliquas Occidentis incolas grassabantur, in Calabria non parum pristinae humanitatis incolume perennaret.

Octavo autem saeculo alii complures abeuntes ex Imperio Byzantino Monachi, ut Leonis Isaurici ad exterminandum sacrarum imaginum cultum debacchantis sese crudelitati eriperent, partim Neapoli, ut testatur Ubaldus (1), partim in Calabria suum domicilium collocarunt. Quicquid litterarum secum attulerunt, id ultro manciparunt usui Graecorum incolentium loca, ubi summa benignitate fuerant excepti. Hinc vergente eodem saeculo Marcus Hydruntinus Episcopus Graeca Hymnographia, aliisque plurimis ingenii monumentis editis in Graecorum Officiis immortalitatem nominis sibi comparavit. Sub eiusdem saeculi exitum Anglia quoque sermonis Graeci non ignara extabat; quare Carolus Magnus inde accivit, qui graecas litteras apud Germanos publice doceret. Sed postquam Princeps hic sapientissimus e vita migravit, studia litterarum omnium, graecarumque imprimis in Germania et Anglia prorsus obsoleverunt, et mentes hominum ad pristinam relapsae sunt rerum ignorance et socordiam. At secus in Calabria sese res habuit. Illic enim saeculo nono sermo graecus non detrimentum, sed incrementum accepit ope aliorum Sodalium Ordinis Basiliani, quos Patriarcha eo Constantinopoli proficisci iubebat, ut amoliendae Romanorum Pontificum auctoritati, et Graeco ritui latius propagando operam navarent. Horum non paucos excepit Iapygia, ubi Neritina in urbe Graecanicum gymnasium instituerunt, in quo studiosa iuventus graecis litteris atque disciplinis imbueretur. Quamquam vero eodem saeculo modo Saraceni, modo Longobardi potiti fuere urbibus, quae Graecis Imperatoribus parebant, ex alienigenarum illorum dominatu Graeca lingua non aliud passa fuit, nisi quod in eam aliquot Saracenica et Longobardica vocabula inrepserunt. Neque sub ipsorum potestate ea loca diu fuerunt; nam Graeci Principes missis militibus inde Saracenos ac Longobardos expulerunt, Apuliamque, Iapygiam et Calabriam in suam ditionem receperunt.

Saeculo decimo Apulia et Calabria truculentissimis vexatae bellis fuerunt, quibus Othones Germanorum Imperatores delere conati sunt dominationem Graecorum Principum in nostris regionibus. Otho I, ut cladem ulcisceretur suis militibus Proceribusque illatam

(1) *Chronicon Ducum Neapolis apud Pratillum Tom. II. pag. 401.*



a Graecis per prodicionem, cum de nuptiis inter suum filium, et Theophaniam Graeci Imperatoris filiam ageretur, misit huc Gualtherium et Sigibertum belli duces. Graecorum copiis in insidias pertractis, et partim trucidatis, partim post truncatas ad contumeliam nares Constantinopolim dimissis, Apulia et Calabria Occidentis Imperio submissae fuerunt, et Graecis Italiotis ingens impositum est tributum. Sed anno 979 Basilius et Constantinus Graeci Imperatores turpe rati se vetere tot annorum Apuliae et Calabriae possessione deiectiones, Saracenis, quos nuper Creta exegerant, magna mercede conductis, Italiam invaserunt, et Bario ac Matera urbibus expugnatis, Apuliam primum, deinde nemine prohibente Calabriam receperunt, arma longius etiam promoturi, nisi vis maior aliqua obstitisset. Obstitit quidem alter Otho, qui e Germania cum exercitu huc advolavit; sed fusus et fugatus vix natando vitam servavit. Satis constat hanc cladem tantam fuisse, ut si Graeci protinus inde in reliquam Italiam exercitum adduxissent, eam universam, ut ait Sigonius (1), haud magno admodum negotio in potestatem fuerint adducturi.

Iam vero si regiones illae saeculo decimo non longo temporis intervallo Occidentis Imperio paruerunt, et Graecum deinde Imperium apud eas latius propagatum est, cuinam ambiguum esse potest, quin ibi Graecismus nihil detrimenti ceperit, immo ex amplificata postmodo Graecorum Moderatorum potestate maiorem ipse vim et dignitatem sit adeptus? Et sane per ea tempora apud Calabros S. Nilus Graeco eloquio sese omnibus probavit, hymnumque de S. Benedicti laudibus, et epistolas graece conscripsit, quae non contemnenda ingenii monumenta pientissimi eius Coenobitae nomen posteritati commendarunt.

Nec minus celebritatis eodem aevo sibi peperit Ioannes Philagathus, cui Rossani apud Calabros ex obscura stirpe prognato non vulgare ingenium, graecarumque litterarum cognitio ad honores amplissimos iter muniverunt. Legati ad Graecum Imperatorem munia demandata ei fuerunt; verum hinc nemo arguat eum tantum modo graeci sermonis novisse, quantum graeco interpreti satis esset, cuiusmodi fuerunt plerique eorum, quos Gradenigus (2) recensuit, ut italicum aevi deterioris Graecismum adsereret; quamobrem eum falsum esse non iniuria Schoellius (3) notavit. Philagathus non lingua solum, sed disciplinis quoque graecanicis, quantum ea tempora ferebant, instructus erat, quo doctrinae apparatu factum est, ut Principibus viris in aula tum Orientis, tum Occidentis placuerit, et dignitate primum Abbatis Nonantulani, dein Episcopi Placentini fuerit condecoratus.

(1) *De Regno Italiae lib. VII, pag. 451.*

(2) *Della Letteratura Italo-Greca Lettera al Cardinal Quirini.*

(3) *Histoire de la littérature grecque profane. Tom. VII, pag. 278, n. 1.*

## VI.

Saeculo autem XI, condito apud nos Nortmannorum Principatu, qui saeculo insequenti evasit in Siciliae Regnum, et rerum nostrarum maiestatem atque gloriam redintegavit, non ereptus sermo graecus fuit civibus, qui tot saeculorum intervallo eum servaverant. Principes ipsi Nortmanni a Graecismo quidem non abhorruerunt, idque testatissimum faciunt diplomata graece conscripta, quibus Coenobia et Ecclesias Graecorum subditorum privilegiis, donationibus, et aliis munificentiae ac pietatis significationibus prosequuti fuerunt.

Svevi porro, post extinctam Regum Nortmannorum stirpem, utraque Sicilia potiti graeco sermoni honorem ipsi quoque habuerunt. Exploratissima res est Federicum Siciliae Regem et Romanorum Imperatorem edidisse Constitutiones Regum praecessorum et suas non solum latina, sed graeca etiam lingua, nimirum quia consulendum esse vel Graecis sibi subditis partim ultra, partim citra Siciliense fretum providentissimus ille publicae incolumitatis adsertor probe intellexit.

Heic vero nobis temperare non possumus, quin moderatorem hunc populorum tanta laudatione cumulandum esse dicamus, quanta insectandos vituperatione remur latinos Imperatores, qui Constantinopolim eodem aevo tenuerunt. Istorum enim maxima fuit despiciatio, qua graecas litteras intuebantur. Quamvis ab anno MCCIV ad annum MCCLXIII urbem monumentis graecanicae sapientiae ditissimam moderati sunt, nihil tamen inde in eorum patriam advectum est, quod Occidentis barbariem imminueret, ac praeclarum foret trophaeum susceptae expeditionis. Auro, argento et reliquae pretiosae suppellectili Byzantinorum inhiabant, eaque per summum scelus expilarunt, quemadmodum a Niceta Choniate, et Villharduino proditum memoriae fuit. Quod si Federicus noster, qui eodem saeculo in Orientem transfretavit, non coactus esset celerrime inde redire ob Italorum inopinas defectiones, et non solum Hierosolyma, sed etiam Constantinopolim suo adiecisset imperio, ex hoc triumpho longe praestantiores, quam Franci, cepisset fructus. Non enim divitias hausisset Graecorum, sed libros, qui apud eos extabant, et Occidenti erudiendo, bonisque artibus excitandis poterant mancipari. Tanto flagrabat amore litterarum et praesertim graecarum! Tantum aberat ut Graecos Byzantinos despiciatui haberet is, qui non mediocrem gessit curam Graecorum neapolitanas et siculas ditiones incolentium!

Sed ut e semita in viam redeamus, quid testimonio graecarum Constitutionum, quas commemoravimus, opus est nobis ut perennitas graeci sermonis in regionibus nostris per ceteriora saecula palam fiat, si plerasque daturi sumus heic membranas, quae non Principum modo Svevorum, sed Andegavensium quoque temporibus conditae fuerunt, et diuturnitatem eius sermonis luculentissime testantur? Illud potius notatu dignum ac nemini silentio praetereundum arbitramur, admirabilem Dei immortalis Providentiam, cuius arcana consilia res hominum, et reliquam naturam universam moderantur, ita res nostras aevo deteriore comparasse, ut eloquium antiquitus e Graecia in nostras oras in-

vectum, diutius in eisdem perduraret, quo ipsum olim deserviret excitandis apud Italos ingenuis artibus, et pene ab orco revocandis. Nam saeculo XIV ex oppidis Calabriae prodierunt Barlaamus et Pilatus, quorum prior Petrarcham, alter Boccacium graecas litteras docuerunt, fontesque uberrimos Atticae venustatis utrique aperuerunt. Ita factum est, ut hetrusci illi duoviri post Aligherium praeclarissima italicarum litterarum lumina et ornamenta evaserint. Accitus praeterea Florentiam Pilatus, tam eius urbis, quam urbium finitimarum cives incredibili quadam cupiditate addiscendi graecanici sermonis inflammavit. Quamobrem optimo iure gloriari Calabriae licet, quod antequam ab exciso Constantinopolitano Imperio, nimirum medio fere saeculo XV, doctissimus quisque Graecorum in Italiam sese recepisset, per urbes italicas e Calabriae latebris graecae litterae iam a saeculo proxime superiore sese propagaverant, ut a Ioanne Andresio (1) primum animadversum fuit, et auspicalissimis conatibus squallorem situmque barbaricae aevitatis detergere occoeperant.

## VII.

Iam vero si tam praestabile beneficium dimanavit e Graecitate in nostris regionibus tanquam Sacro Igne aut Palladio adservata, par aequumque fuisset, ut renatis litteris docti viri de congerendis eius monumentis ac serae posteritati mandandis aliquam iniissent rationem. Per ea quidem tempora seges ingens conquiri potuisset graecarum membranarum, quae in tabulariis Coenobiorum, Ecclesiarum et Municipiorum, nec non intra privatarum domorum parietes tunc extabant, et dilabentibus subinde saeculis evanuerunt. Sed qui studiis humanioribus indolgebant, repudiabant et aversabantur chartulas et diplomata ceterioris aevi, utpote barbariem redolentia; codices vero, quibus elegantiora graecanicae urbanitatis et sapientiae monumenta fuerant commissa, in deliciis et amoribus habebant. At si genus hoc litterarum magni aestimandum erat, alterum illud contemni et explodi non oportebat, cum inde posset abunde hauriri, quo praeteritorum temporum illustraretur memoria. Ianus Parrhasius Calabrensium graecarum latinarumque litterarum ea tempestate callentissimus e patriis Coenobiis permultos quidem corrogavit graecos codices, qui post eius obitum primum ad Seripandum Romanae Ecclesiae Cardinalem, deinde ad Neapolitanum Monasterium S. Ioannis ad Carbonariam spectarunt (2); deterioris vero aetatis diplomata caeterasque membranas, quibus eadem Coenobia affluebant, nullo dignatus est intuitu.

(1) *Origine e progresso d' ogni letteratura. Tom. I. cap. XII. §. 204.*

(2) *Catalogus horum codicum anno MDCCLXXXIV a Paschali Baffio graecarum litterarum laude cum paucis comparando, et Neapolitanae principis Bibliothecae Praefecto concinnatus atque missus fuit ad Christophorum Harles, qui tunc Hamburgi emendatiorem auctioremque Fabricii Bibliothecam Graecam edebat, quique litteris ad eundem Baffium, et Caietanum de Ancora datis ac praepositis parti secundae tomi posterioris eiusdem Bibliothecae, ait: « illustris Baffi, qui in Graecia habitas, lubenter suscepisti id negotii, ac diligentissime composuisti illum catalogum, tuaque ipsius manu nitide curateque scripsisti. Quem quum acceperissem, quanto perfusus sim gaudio, dicere non possum. Atque ego nescio, num raram tuam humanita-*

Ex obiurgationibus, quibus tamquam censoriis notis scriptores longe gentium nos inurendos putarunt, non omnino refelli posse videtur ea, qua edixerunt maiores nostros in veteribus monumentis aestimandis secutos esse rationem causidicorum, qui ea duntaxat magni faciunt et commentantur, quae causarum ab ipsis agendarum defensionem suffragantur. Et re sane vera si graecum aliquod documentum nostri scriptores in suis lucubrationibus per anteacta saecula attulerunt, non alia mente hoc facitarent, nisi ut ex eius auctoritate rei cuiusdam peculiari, de qua disserebant, fides compararetur.

Nec solum Neapolitanis scriptoribus, sed etiam Siculis id moris fuit. Nam Rocchus Pyrrhus, Ioannes de Ioanne, et, ne recentiores missos faciamus, Morsus et Mortillarius, quamvis tot vetustiora graeca monumenta satis explorata et prope in numero haberent, tamen vix ea pauca ediderunt, quibus suum quisque argumentum fulciri, aut luculentius apparere existimavit. Nudius tertius ex Panormitanis typis prodiit Graecum Chartarium concinnatum, ditatumque italica versione et adnotationibus a Iosepho Spada. In eo tamen editae sunt vix quinque et quadraginta graecae membranae, nimirum eae, quas sollerti eruditoque collectori obtulit Regium Archivum Panormitanum. Cum vero in reliquis eius Insulae tabulariis procul dubio delitescant alia quamplurima Graecitatis Siculae monumenta, Chartario iam edito factum satis nondum est tot eruditae reliquorum editionem flagitantibus.

Neapoli vero saeculo proxime praeterito non defuit, qui consilium iniverit graecanicas undequaque membranas eruendi, et cum latina interpretatione in lucem emittendi. Fuit is videlicet Paschalis Baffius, pagina proxime superiori a nobis laudatus, qui rogante Coenobii Cavensis Praesule grave admodum subiit onus interpretandi graecas chartulas, quae in eiusdem Benedictinae Sodalitatis pluteis sepositae, iamdiu, sed frustra interpretem desideraverant. Id muneris strenue diligenterque obeuntem vehementior incendebat cupiditas obeundi muneris longe gravioris, scilicet contexendi edendique Chartarium Graecum copia membranarum quanta maxima locupletatum. At inauspicato anno MDCCXCIX saevientibus rerum civilium turbinibus egregius hic Graecitatis nostrae vindex et explinator acerbo elatus est funere, eoque interempto spes occidit Chartarii, quod impense omnes deposcebant.

## VIII.

Nostra porro aetate cum Gallorum acies longe lateque victrices neapolitanis ditioribus potitae fuerunt, et inter nova eaque bene multa ab ipsis advecta instituta prodiit hoc nostrum ingens Tabularium, in quod publica omne genus acta convectarentur, depositae haec fuere simul cum latinis copiosioribus monumentis graecanicae aliquot membranae, quae superiore saeculo ex coenobio Calabrensi sub titulo S. Stephani de Nemore Neapolim fuerant delatae, ut earum incolumitati consuleretur adversus pericula impen-

*tem, miramque promptitudinem, an singularem curam et incredibile litterarum iuvandarum studium in illo concinnando magis admirer et praedicem. »*



dentia ob terrae motus qui anno MDCCCLXXXIV Calabriam miserandum in modum afflictarunt. Silentio praetereundum non est monumenta haec fuisse hausta ex eo Tabulario, cui Vargas Macchiucca medio fere saeculo XVIII bellum diplomaticum indixit, et eius auctoritatem ac fidem labefactare ac subvertere conatus fuit. Verum ex pugnis ab eo pugnatis factum aliud non est, quam ut memoratum Tabularium maiorem celebritatem, illustriusque nomen et decus indipisceretur. Nam viri diplomaticarum rerum satis periti, cuiusmodi fuerunt Trombyus (1), Franchius (2), et Anonymus Chartusianus (3), suscepto eius patrocinio, tot et tanti ponderis argumenta congesserunt in adversarium, virum caeteroquin ornatissimum, ut neapolitanae Curiae Iudices, ad quos controversae rei cognitio spectavit, impetitam diplomatum ingenuitatem lata sententia confirmarint, et potius veritati ac iustitiae litaverint, quam opinioni, quae vulgo per ea tempora adversus Monasticas Sodalitates increbuerat.

Graeca haec cimelia non satis multa videbantur; quapropter viri praestantissimi, Archivo subinde praepositi, solliciti fuerunt de graecarum membranarum accessione. Et sane huius rei satagit Antonius Spinellius e Scalae Principibus de Neapolitanis omnibus Archivis benemerentissimus, coemptis aliquot graecis membranis a Caietano Graeco eximio Neapolitano Iurisconsulto. Angelus deinde Granitus Castri Abbatis Marchio ad Archivorum Praefecturam evectus velificatus ipse fuit aliquantulum Graecitati. Sub hoc Praefecto nonnullae membranae Graecae sunt traditae a Michaelae Baffio, qui suam ultro contulit symbolam, quo nostri Archivi tum graecanicae opes, tum fama et decus amplificaretur. Coenobita vero Kalephatus, qui Casinensis Tabularii curam gerebat, Codicem Italo-byzantinum pollicitus fuit, de quo tamen fidem oppigneratam, uti mox dicturi sumus, haud liberavit.

Ventum erat ad annum MDCCCLX, cuius memoria ob inauditam rerum publicarum apud nos commutationem nulla temporis diuturnitate delebitur. Archivorum tunc Praefectura demandata fuit Francisco Trincheræ, qui omnium quidem monumentorum, maxime vero graecorum, sibi habendam esse rationem statuit, eaque ut lucis usura donarentur, vix adsequi verbis licet quanta ille constantia et alacritate adlaboraverit.

Constituta olim fuerat sub Spinellio desuper laudato quaedam in hoc Archivo societas, quae latina monumenta illustraret ederetque. Ipsa quidem spartam huiusmodi ornandam suscepit, et anno MDCCCXLV in lucem emisit primum volumen latinarum antiquiorum membranarum, quod ab eruditissimorum hominum comitiis ad litteras, scientiasque promovendas Neapoli eodem anno habitis exceptum non sine commendatione fuit. Eadem porro societas sub Archivorum Praefecto Granito advocata ab eo munere, nullam prope partem habuit in quinque reliquis voluminibus, quae per insequentes annos in publicum prosiluerunt. At Trincheram minime latuit quam necesse foret, ut exsoluta illa societas iterum coalesceret; quocirca Michaellem Baffium supra memoratum, et Ianuarium Seguinum humaniorum litterarum Professoremeritum, qui antea cooptati ambo fuerant in eam societatem, ad pristina munia revocavit, addiditque Gabrielem Iordanum Palaeographiae Pro-

(1) *Risposta alla scrittura del cav. Vargas.*

(2) *Difesa degli antichi diplomi normannici spediti a favore di S. Stefano del Bosco.*

(3) *Risposta al signor Vargas.*

fessorem, Vincentium Battium ab Epistolis Praefecturae Archivorum, et Federicum Margiottium huius Archivi Officialem graecanicae litteraturae non mediocriter peritum. Instauratam hoc pacto societatem iussit graecis monumentis animum intendere, et eisdem posthabere monumenta latina, quorum cum edita iam fuissent quotquot Regni Siciliae a Nortmanno Rogerio conditi aetatem praeiverant, caetera omnia, quae publicanda supererant, non inconsulto procrastinari usque adeo poterant, donec graecorum absolveretur editio.

Ut primum eidem Archivorum Praefecto innotuit extare in maiori Bibliotheca Neapolitana nonnullas graecas membranas apographas, illuc delatas post interitum nuper hic laudati Paschalis Bassii, ad quem pertinuerant, utrarumque exempla habere curavit. In spem ingressus fore, ut ex provinciis neapolitanis, ubi graecum eloquium diutius perduravit, corrogari alia possent documenta graecanica, viros amplissimos publicis ibi rebus administrandis praepositos semel atque iterum hortatus fuit, ut si quid Graecitatis apud Provinciales adhuc deprehenderetur, huc transmitterent ad nostrae rei litterariae incrementum; illic vero nihil huiusmodi deprehensum fuisse praeter aliquot Episcopalis Archivi Neritini membranas, de quibus mox sermo habebitur, vehementer indoluit. Huc accessit quod certior factus fuit Kalephatum valetudine singulos in dies ingravescente a contexendo Codice, quem pollicitus erat, supersedissee. Quamobrem ab eo petivit ut graeca Casinensis Archivi monumenta exscribenda curaret, et Neapolim mitteret, ubi mandata typis cum reliquis quantocyus edendis Graecismi reliquiis in lucem conspectumque doctorum hominum prodirent. Multum diuque tergiversationibus oblectandum fuit; sed flagitationi tandem obsecundatum est, devicta ac perdomita illaudata quadam zelotypia, quae membranas Casinenses cum Neapolitano Archivo communicari moleste ferebat. Allatis igitur Casinensium documentorum apographis volupe fuit tenere demum et conspiciari quod frustra iamdiu desideratum fuerat; nisi quod interpretationes latinaeque versiones a Kalephato confectae, et simul cum apographis huc missae, longe pauciores et minus elimatae visae sunt, quam quae ab eiusdem Coenobitae eruditione et sollertia expectabantur. Quominus plura ille castigatioraque praestaret, impedimento fortasse fuit valetudo, qua paulo post factum est, ut nondum devexa in senium aetate e vivis demigraverit.

Itaque mittendus fuit ad Coenobium Casinense unus ex Archivi nostri Officialibus, qui apographa huc a Kalephato missa cum autographis inibi exstantibus quam diligentissime conferret. Is fuit nimirum Federicus Margiottius in Graeca Palaeographia admodum versatus, qui deprehensis et emendatis compluribus tum sententiis, tum vocibus fidei autographorum repugnantibus, ad nos recensionem attulit, quoad eius fieri poterat, absolutam et perfectam. Mandatum eidem Margiottio fuit munus haud perleve conficiendi exempla ex membranis graecis Tabularii Cavensis, et ex latinis earum versionibus, quas Paschalis Bassius, ut supra diximus, concinnavit.

Tum vero cura omnis et cogitatio conversa fuit ad graecas huius Neapolitani Tabularii membranas. Harum vix paucae donatae iam fuerant interpretatione et latina versione, quarum utraque adhuc castigationibus indigebat. Altera haec documentorum copia multo quidem maior erat prae reliquis ex Archivo tum Cavensi, tum Casinensi, et ex Regia Bibliotheca, ut nuper diximus, exscriptis ac recensitis. Scriptura porro in omnibus

fere occurrebat lectu difficillima, et animum omni spe deicere videbatur. Hinc quantum laboris, et quamdiu fuerit adeundum, facile est unicuique per se intelligere. Nemo autem sibi persuadeat nos haec omnia commemorasse ad ostentandum laborem ipsum, quo defuncti sumus, et ad conciliandum eius exaggeratione pretium huic Syllabo. Fucata huiusmodi commendatione Syllabus hic non eget. Quod si quantopere fuerit insudandum, enarravimus, necessum id habuimus, ne quis fortasse arbitraretur nos nactos esse membranas ita iam paratas, ut nihil aliud praeterea fieri oportuerit, quam typographicis eas praelis submittere. Hoc enim pacto iudicari de re nostra posset ab iis praesertim, qui ephemerides quasdam lectitarint, ubi nuntiatum anno MDCCCLX perperam fuit iam iam in lucem datum iri Chartarium Graecum ab Archivo Neapolitano, et Codicem Italo-Byzantinum a Kalephato. Ibi enim, nisi propositum esset vacuis pollicitationibus fucum facere, nuntiandum erat Chartario vix manum admotam esse, de Codice vero solum cogitari, de quo post obitum Kalephati nihil allatum ad nos fuit praeter ea, quorum supra mentionem inieciimus.

## IX.

Res nunc postulat, ut qua ratione Syllabus hic sit contextus lectori palam faciamus. In primis monere iuvat nos scripturam membranarum tanta fidelitate exhibendam curasse, ut nihil nec ademptum, nec additum, nec aliquatenus immutatum fuerit in orthographia, tametsi litterae, diptongi, accentus et interpunctiones plerumque emendationem postularent, aut desiderarentur. Has igitur aliasque complures a praeceptionibus grammaticis aberrationes nemo tribuat nostrae, aut typographorum nostrorum oscitantiae, cum tribuendae omnino sint earumdem membranarum conditoribus. Si quando necesse omnino fuit, ut sententia constaret, aliquod vocabulum graecum addere, hoc uncis inclusimus.

Fidelitas in repraesentandis veteribus monumentis usque adeo servanda nobis visa est, ut quamvis pleraeque harum membranarum vix quidquam discriminis inter se praeferrent, non idcirco eas in compendium redigere, sed totum earum contextum, qualiscumque demum esset, edere in animum induxerimus. Neque ex hac sententia nos dimoverunt lectores delicatiores, quibus frequentior earumdem formularum repetitio fastidium sit allatura. Nam membranae ipsae, quarum formulae nihil propemodum inter se discrepant, et propterea satietatem gignere videntur, aliquid semper habent quod antiquitatum vestigatores dignum animadversione censeant, nisi aliud nomina personarum et locorum, in quibus varietas dominatur.

Eiusdem fidelitatis observantia nobis suasit, ut perpauca illa fragmenta, quae in aliquot membranis edacitate temporis plurimum deletis supererant, ipsa quoque in hoc Syllabo suum locum sortirentur. Item non praetermittendas duximus versiones antiquitus rudi latinitate conditas nonnullorum diplomatum, quorum autographa partim supersunt, partim deperierunt; superstitem vero additae quoque sunt versiones modo Paschalis Baffii, modo nostrae, quas *Recentium* appellatione donavimus, ut ab antiquis distingueren-

tur; ipsas autem addi non visum est prorsus inutile, siquidem antiquae graecum contextum aut non fideliter, aut obscure reddebant, et idcirco lectoribus, quibus sermo graecus non satis esset familiaris, vix quidquam profuturæ videbantur.

Ex veteribus autem latinis versionibus locum insigniorem illae obtinent, quas posteris servavit in Casinensi Tabulario Petri Diaconi Regestum, de quo proderit audire, quae Kalephatus ad nos scripsit:

« Est hoc Regestum volumen membranaceum in folio minori inter MSS. Codices Ar-  
« chivi Casinensis signatum numero 902 characteribus longobardicis minusculis sae-  
« culi XII, utpote procul dubio exscriptum sub oculis ipsius collectoris; in quo tamen  
« non paucas postea adiectiones intulerunt, qui Petrum in officio sunt subsequuti. To-  
« tum, quod continent, opus, ut ipsiusmet Petri verbis in Praefatione ad Seniorectum Ca-  
« sinensem Abbatem utar, dividitur in sex decisiones; in Privilegia, in Praecepta, in Obla-  
« tiones, in Libellos, in Renuntiationes, in Sacramenta. Exorditur insigne hoc Casinense  
« Chartarium ab huius Sacri Coenobii primordiis ea tantum monumenta complectens,  
« omni veritate et diligentia exemplata, quae auctoris aetate ob vetustatem temporum-  
« que iacturas ruinam proximumque interitum pro certo minitabantur. Porro his omni-  
« bus exemplis, seu apographis, quam maximam fidem augent diplomata non pauca, quae  
« hodie in suis originalibus membranis supersunt, quaeque cum exemplis a Petro  
« in suo Regesto exaratis ad litteram conveniunt.

« In secunda autem huius Chartarii divisione, ubi proponit praecepta Imperatorum,  
« Regum, caeterorumque Dynastarum huic Coenobio concessa pro iurium suorum ac  
« possessionum securitate, prudens Bibliothecarius illa etiam adiecit, quae ab Impera-  
« toribus Byzantinis, suisque Officialibus data repperit, quando hae Italiae Meridiona-  
« lis provinciae, diversa bellorum sic disponente fortuna, illis parebant. Pauca vero haec  
« sunt, nempe sexdecim, ut dixi, a IX saeculo ad XII, quibus Byzantini Augusti, eorum-  
« que nomine Protospatharii, Patricii et Catapani privilegia, donationes caeteraque huius-  
« modi concedebant sive sacro huic Monasterio, sive Cellis, Ecclesiis et Grangiis ab hoc  
« Casinensi, velut a capite membris, dependentibus, sitis in provinciis Adriaticum sinum  
« respicientibus a mari Thermularum in Trentanis usque Tarentum.

« Attamen in latinum versa dicto Regesto nobis Petrus ea conservavit, nec eorum-  
« dem graeca autographa inter huius Archivi chartas invenire potuimus, si duo tantum  
« excipias, quae bilingua sunt, idest prius graece scripta, quibus postea immediate sub-  
« sequitur latina versio, quae eadem cum illa est, quam in laudato Regesto legimus. Ex  
« quo mihi persuadeo plerosque illorum Principum, vel Ducum in morem habuisse vertere  
« in latinum eorum publica acta graeca, quae italicas personas respicerent, ad hoc ut re-  
« ctius ab istis intelligerentur. Unde procul dubio manavit, quod hodie in invenimus huius  
« generis scripturas in membrana, quae diploma aliquod in una pagella tibi exhibeat,  
« prius graece, postea latine scriptum. Quae omnia ideo ita exposui, ut omnis suspi-  
« cionis ansam his praecidam, qui ultro possent Petrum nostrum barbarissimae illa-  
« rum versionis auctorem praedicare. Qua enim ratione Petrus, qui in caeteris suis lu-  
« cubrationibus castigatum et saepe non inelegantem se praebeuit scriptorem, in his porro  
« versionibus ignorantiam atque barbariem affectaret? »

## X.

Necesse fuit, ut Appendice in binas partes distributa hic Syllabus donaretur. Inchoatus enim iampridem ipse fuerat, cum praeter expectationem octo et decem graecanicae membranae ex Episcopali Archivo Neritino huc delatae fuerunt, quas Sanfelicius Praesulum Neritinorum doctissimus exeunte saeculo XVIII recuperare et custodire sategerat, cum scilicet Rege annuente in eius Seminarii potestatem venerunt bona et chartulae Basiliani Monasterii Civitatis Gallipolis sub titulo S. Mauri, quod iamdiu abolitum in Regii Iuris Abbatiam fuerat commutatum. Huiusmodi membrandarum duae quidem suam ob aetatem in Syllabo collocari potuerunt; ex reliquis vero conflata est pars prior Appendicis. Huic addita praeterea sunt tria diplomata, quae, utcumque Constantinopoli condita, neque ad Graecos nostrates spectantia, paucisque abhinc annis edita et illustrata singulari lucubratione a Paschale Placido tunc Archivi Neapolitani alumno, nunc causarum patrono haud poenitendo, visa tamen sunt edenda quoque in hoc Syllabo, ubi graeca universa eiusdem Archivi monumenta comprehendere propositum fuit.

Ad alteram vero partem Appendicis omnes reliquae amandatae sunt membranae, in quibus notae chronologicae desiderantur, neque ex earum contextu argumentum aliquod satis certum eruitur, unde citra omnem dubitationem statui possit annus, quo exaratae fuerunt.

## XI.

Quod spectat ad notas chronologicas, monendum inprimis est nos in subducendo anno aerae christianae ab anno in autographis graecis consignato eam seculos esse methodum, quae ad inveniendam graecorum monumentorum epocham anno aerae christianae respondentem detrahit annos 5509, si monumenta condita fuerint in aliquo ex quatuor extremis anni mensibus, qui apud Graecos novam indictionem, novumque annum secum ferebant; detrahit vero annos 5508, si ad aliquem praecedentium octo mensium monumenta pertineant. Novimus quidem Leonem Allatium in opusculo de Graecorum Hebdomadis docuisse in annorum detractioe, de qua loquimur, utendum semper esse anno 5508, nec aliter Cangium, Muratorium et Assemanium sensisse. At compertum quoque nobis est Mabillonium, Montfauconium, Scaligerum, Petavium et Pagium magna, ne dicamus maxima rei chronologicae lumina, satis demonstrasse positum in more fuisse apud Ecclesiam Constantinopolitanam, ut annus 5509 ab orbe condito coniungeretur cum anno Christi Natali, ex quo vulgarem Aeram Latina Ecclesia fuit auspicata. Ab hac methodo non discesce-



runt de Meo (1) et Morsus (2) in referendis ad christianam aeram annis Graecorum diplomatum, de quibus sermonem instituerunt. Nos itaque talium virorum auctoritatem habuisse potiore nemo iure coarguet.

Ubi praetermissus a Notario fuit annus, vel indictio, aut in horum alterutro erratum esse nobis constitit, emendavimus, aut adiecimus annum, vel indictionem; et huiusmodi notas unciis inclusimus, ut adiectionis, aut emendationis a nobis appositae lector commonefieret. Heic vero paucis rationes exponimus, quibus ducti non alia sive indictione, sive anno erroribus aut omissionibus obviam iverimus.

*Membrana I.* — Huius annum ut inveniremus, facem praetulit mentio tum Gregorii Primicerii et Baiuli Imperialis, qui membranae ipsius auctor fuit, tum indictionis tertiae. Quonam anno Gregorius in nostras regiones ex Aula Byzantina advenerit, Chronographi haud meminerunt. Lupus Protospatha in suo Chronico ad annum 876 eum Hydrunto potitum esse testatur. Iam vero si ante annum 876 indictio III supputari velit, incidit in annum 871. At quominus hunc annum tribueremus membranae, illud praecipue suavit, quod ea tempestate in Apulia et Calabria dominabantur non Graeci, sed Longobardi, prout constat ex litteris, quas anno 871 Imperator Ludovicus Basilio Graecorum Imperatori per Autprandum familiarem suum misit, quasque Anonymus Salernitanus in suo Chronico (3) recitat. Quaerenda igitur indictio III fuit post annum 871.

Gregorium quidem Strategum munere functum esse usque ad annum 880 liquet ex Chronographis, quibus accedit epistola, qua Pontifex Ioannes VIII eodem anno Graecum hunc Ducem ad exterminandos Saracenos vehementer fuit cohortatus. Post annum 880 Chronica de nostro Gregorio conticescunt. Erchempertus ad annum 883 Chasanum Strategum commemorat, et ad annum insequentem tradit eum post multa facinora strenue gesta adversus Aionem Principem Beneventanum abiisse Constantinopolim, atque post eius discessum ab Augustali Stratego, cuius nomen reticet, mandatum fuisse Ioanni Candidato, vulgo Ioannicio appellato, ut opem ferret Athanasio Neapolitanae Reipublicae Duci. Cangius (4) inter Apuliae Strategos, quos enumerandos ordine temporum suscepit, recenset Ioannicium, vademque dat Erchempertum. Sed hic Chronographus locus fuit de Ioannicio non ut Apuliae Stratego, sed ut ductore militum, qui Neapolim a Stratego nobis ignoto mittebantur. Alexander de Meo vel ipse (5) hac notione interpretatus fuit verba Erchemperti.

Post annum 884 nullius Strategum occurrit mentio usque ad annum 887, quo Theophylactus eo nomine Apuliam venit, cognominatus *Trapezis*, quippe qui Triclinio Imperiali

(1) *Apparato Cronologico, articolo terzo, pag. 20*: Questo è stato sempre il sistema de' Greci e questo solo si praticò costantemente in Napoli, Gaeta, Amalfi, Puglia e Calabria, ed altri luoghi soggetti ai Greci... onde trovandosi in questi luoghi qualche pubblica carta notata di altro sistema, dee condannarsi di spuria, o interpolata. È incredibile la confusione, che si è portata nella Storia, e nella Cronologia per non essersi riflettuto a questo sistema.

(2) *Descrizione di Palermo antico, pag. 136.*

(3) *Apud Pratillum, tom. IV, pag. 169.*

(4) *Gloss. Infimae Latinitatis. V. Catapani.*

(5) *Annali Diplomatici, anno 884.*

praefuerat, quod cognomen Cangius perperam habuit pro nomine alterius Strategii, quem uti praecessorem Theophylacti recensuit, vocavitque *Tradezim* pro Trapezi.

Ex allatis patet anno 885, quo indictio III numerabatur, nullum a Chronographis Strategum Apuliae nominari. Nostra vero membrana, cum neque ad annos, qui praeciverunt, neque ad insequentes, in quibus alii Strategii Apuliae praefuerunt, possit amandari, quid velat, ut anno 885 conditam esse statuamus? Nullone pacto fieri potuit, ut post Chasandum Gregorio sit iterum Strategii munus delatum? Si cui porro videatur tanti habendum esse Chronographorum de Gregorio post annum 880 silentium, ut eius Strategii reintegrationem excludat, nihil tamen obstat, quin idem Gregorius tanquam privatus anno 885 Trani degens membranam condiderit, eique suum nomen subscripserit non sine titulis, quibus honoris causa privatus adhuc salutabatur. Nec porro subit animum suspicari erratum fuisse quoad indictionem, et pro tertia scribi oportuisse decimam tertiam, quae ad annum 880 pertinet. Nam quamvis annus tum congrueret cum mentione facta a Chronographis de Gregorio adhuc apud Appulos imperitante, videri tamen posset nos fecisse temere, quod nullo satis certo argumento membranam erroris insimulare ausi fuisset.

*Membrana II.* — Annum, qui in calce huius membranae legitur, in errore cubare, inde manifesto eruitur, quod ex aera Constantinopolitana, quae in his regionibus unice obtinuit, annus 6459 (mense februario, indictione IX) anno aerae christianae 951 responderet, qui minime competit anno imperii Leonis VI Philosophi nuncupati. Hic enim ab anno 870 ad annum 886 primum cum patre Basilio, deinceps etiam cum fratre Alexandro regnavit, cum fratre vero tantum ad annum usque 911, cum eorum pater antedicto anno 886 obierit. Habita igitur ratione tum indictionis, tum nominis Imperatoris, hanc membranam consignandam duximus anno graeco 6399, qui anno aerae christianae 891 respondit, quo annus XXI imperii Leonis VI decurrebat.

*Membrana III.* — Symbaticus Praefectus fuit Thematis Longobardiae. Is a Leone VI in has nostras meridionales provincias in id missus fuit, ut Beneventum Longobardis eriperet, suamque sub potestatem redigeret. Et re quidem vera Symbaticus, ut Chronographi nostri testantur, die xii iulii anno 891 Beneventum obsidione cinxit, et insequenti anno 892 eo potitus est, inibique substitit tribus annis, donec Guido Spoleti Dux et Marchio ope Guaimarii I Salerni Principis Graecos Benevento eiecit. Itaque cum rationem habuerimus nedum indictionis X, qua haec membrana signatur, verum etiam temporis, quo Symbaticus Beneventi commoratus est, eidem membranae annum 892 appinximus.

*Membrana IV.* — Annus XIII imperii Leonis eiusque fratris Alexandri anno aerae christianae 899 respondet. Cum enim Basilius eorum pater, quicum antea imperitarunt, anno 886 e vita migrasset, soli insecutis annis imperii gubernaculis adsederunt, adeo ut antedicto anno 899, cuius mense maio indictione II, quae a septembri praecedentis anni inceperat, conscripta fuit praesens membrana, annus XIII ipsorum dominationis decurreret.

*Membrana V.* — Cum haec membrana anno XXV Imp. Leonis eiusque fratris Alexandri, ac indictione XIV signetur, inde palam fit annum, quo fuit exarata, fuisse 911. Nam si anno 866 cum iidem Augusti soli a patris Basilii obitu imperitare coeperunt, addantur anni XXV, annus efficitur 911, in quo XIV indictio decurrebat, quique tempori re-

spondet, quo Leo, cuius inferius habetur mentio, Monasterio Casinensi praeerat. Leonem enim ab anno 900 ad annum 915 ipsius Coenobii Abbatem fuisse testatur Gattula (1), in quam temporis intercapedinem semel indictio XIV, nempe in annum 911 incidit.

**Membrana VI.** — Marianus Anthypatus quandonam Longobardiae Thema adiverit, testatur Lupus Protospatha his verbis: *Anno 955 descendit Marianus Patricius in Apuliam* (2). Ex Chronico vero Arabo-Siculo a Muratorio edito (3) patet eundem Anthypatum saltem tres annos in his nostris provinciis fuisse commoratum, nempe usque ad annum 958. Cum autem haec membrana indictione XV et mense decembri signetur, manifestum est eam indictionem incidere non posse, nisi in annum 956, in cuius mense septembri decurrere coepit indictio XV. Huiusmodi chronologica supputatio confirmatur ex eo, quod concessio facta dicitur Aligerno, qui Coenobio Casinensi praefuit ab anno 949 ad annum 986, uti liquet ex Chronico Leonis Ostiensis qui et mentionem habet (4) diplomaticis, de quo locuti sumus, et ex Gattula nuper laudato.

**Membranae X et XI.** — Cum hae duae membranae nomen praeseferant Gregorii Trachaniotae Protospatharii et Catapani Italiae, is autem ab anno 989 ad annum 1000 Catapani munere functus sit, patet indictionem XIII mensibus novembri et decembri, quibus ipsae exaratae fuerunt, incidere non posse nisi in annum 999 quem membranis assignavimus; nam undecim annis, quibus Gregorius provinciis nostris praefuit, anno 999 tantum indictio XIII recurrit, quae more Constantinopolitano a septembri eiusdem anni inceperat.

**Membrana XVI.** — Indictio XIV (mense augusto), qua membrana consignatur, in annum 1016 incidit, cum Basilius Mesardonites Catapanus Italiae ab anno 1010 ad annum 1017 harum provinciarum praefecturam gesserit.

**Membrana XVII.** — Basilius Boianus, quem alii Bugianum, Bobanum, et Boianum appellarunt, Italiae Catapanus fuit ab anno 1018 ad annum 1024; et in sex annorum decursu semel tantum indictio I recurrit, nempe anno 1018. Idcirco hic annus membranae tribuendus fuit.

**Membrana XIX.** — Quoniam in hac membrana mentio habetur eiusdem Basilii Boiani, qui in proxime superiori memoratur, habita ratione indictionis IV, anno 1021 eam signari oportuit.

**Membrana XXI.** — Cangius in Catapanorum serie duos memorat Leones, nempe Leonem Potum, et Leonem Opum, quorum alter anno 1027 (qui una cum indictione X septembri praecedentis anni inceperat), alter vero anno 1037 provinciis nostris praefuerunt. Cum autem diploma nostrum indictione X et mense novembri consignetur, palam fit ipsum Leoni Poto, qui Spatharocandidati titulo se membranae nostrae subscribit, esse tribuendum. Nam Leo Opus duobus annis, scilicet ab anno 1037 ad annum 1039 imperium suum in Apulia et Calabria exercuit; ideoque memorata indictio X duobus his annis competere

(1) *Hist. Coenobii Casinensis saec. V.*

(2) *Chronicon apud Pratillum tom. II.*

(3) *Script. Rer. Ital. tom. I, pag. 247.*

(4) *Lib. II, cap. II, n. 839.*

nequaquam potest. Eiusdem diplomatis Gattula edidit latinam tantum versionem, quam nos ad fidem graeci exemplaris nonnullis in locis refinximus, cum plumbea bulla duplici inscriptione, graeca nempe et latina consignata, quae hodie desideratur.

*Membrana XXV.* — Ex instrumento, quod haec membrana complectitur, elicitur venditionem domus factam fuisse Nicolao de Sancta Æcaterina a Basilio de Crommyda per id temporis, quo Potus Italiae Catapanus fuit. Is vero huiusmodi munere functus est annis quinque, nempe ab anno 1027 ad annum 1032. Nos hanc XXV membranam extremo Poti anno signandam duximus, cum desit quaevis chronologica nota, quae suadere nobis possit, ut eam ad aliquem praecedentium quatuor annorum amandaremus, et venditae domus donatio, quam Basilius Boianus eidem Crommydae fecerat, confirmata a Poto dicatur anno 1031, in quo indictio XIV, quae in membrana legitur, decurrebat.

*Membrana XXVIII.* — Constantinus Opus cum ab anno 1033 ad annum 1037 Catapani munus in his nostris provinciis obiverit, nostrum diploma ab ipso datum indictione III mense novembri conscribi non potuit, nisi anno 1034 membranae a nobis praefixo, cuius anni mensis november Constantinopolitana tertia indictione notabatur.

*Membrana XLII.* — Diploma in hac membrana exaratum, anno 1822 seorsim editum fuit a doctissimo viro Angelo Antonio Scottio (1), et omnium Sociorum Herculaneum suffragiis comprobatum. Anno 1054 conscriptum fuisse visum fuit, quia non ante annum 1042 Argyrus diplomatis auctor assecutus erat titulos honorificentissimos, quibus ibi compellabatur, et post annum 1068 ipse quidem in Italia non debebat. Hoc utrumque argumentis constabat, quae nullo pacto refelli, aut in dubium revocari poterant; quamobrem indictio septima, et mensis maius, cuiusmodi notis chronologicis diploma erat consignatum, necesse omnino erat, ut invenirentur in anno 1054 ad quem memorata indictio pertinuit. In hanc eruditissimi interpretis sententiam nobis eundem esse rati sumus non magis eius auctoritate, et doctrina permoti, quam quod nihil vero magis consonum afferri posse persensimus.

*Membrana XLIV.* — Iosephus Genuensis olim Palaeographiae apud nos Antecessor anno 1813 edidit non sine comite commentario hanc membranam, et scriptam fuisse anno 1060 pro certo habuit. Verum ex indictione XIII et mense novembri in eadem membrana expressis eruitur eam ad praecedentem annum 1059 pertinere, quia memorata indictio more Constantinopolitano a septembri eiusdem anni 1059 supputanda est, quod omnibus sane compertum est. Erratum quoque a Genuensi fuit in hoc, quod Stephanum non pro Legato Antiochi Catapani, sed pro Catapano Antiochi filio accepit contra ac denotatum fuerat vocibus *αντιπροσωπου του Αντιοχου*, et *ex προσωπου του Αντιοχου*, quibus Notarius diserte significavit Stephanum tunc temporis vices Antiochi Catapani obivisse. De Antiocho hoc nullam Chronographi mentionem fecerunt; sed ne alium quidem Catapanum eodem anno commemorarunt. Quid igitur velat opinari per ea tempora, quibus bellum gerebatur cum Nortmannis Graecorum apud nos imperium delere conititibus, Antiochum missum huc fuisse cum Stephano, cognomento Patriano, sive Paterano? Huic Stephano vel anno 1071 munia Legati, uti Beatillus testatur (2), demandata

(1) *Memorie della Regale Accademia Ercolanese* vol. I, pag. 279.

(2) *Storia di Bari* pag. 68.

fuerunt apud Argyricium Catapanum, qui praeterea misit eum Constantinopolim, ut suppetias inde arcesseret Graecis in Apuliam adversus Nortmannos; et revera eas attulit cum Gotzolino de Orenco Catapani auctoritate insignito. Fatendum tamen est ipsum quoque Stephanum ad Catapani dignitatem fuisse evectum, uti patet ex sigillo, de quo non multo post heic loquemur; verum id accidit sub annum 1071, quo, prout testantur Gulielmus Appulus (1) et Lupus Protospatha (2), cum Roberto Guiscardo Nortmannorum invictissimo Duce decertavit, et praelio fusus et captus a victore Argos dimissus fuit. Post dictum annum 1071 nulla occurrit praeterea mentio de Stephano nec uti Legato, nec uti Catapano; ipse vero iam senior tunc exlabat, ut Gulielmus Appulus item tradidit, et credibile est ante annum 1075, qua iterum decima tertia numerabatur indicio, ad plures abiisse. Hinc elucet, cur nostram membranam ad annum 1075 non amandaverimus.

**Membrana XLVII.** — Cum haec membrana conscripta fuerit Michaeli VII Imperatore Constantinopolitano, qui ab anno 1071 ad annum 1078 regnavit, indictionem IV, quae in diplomatis calce legitur, falsam esse luce meridiana clarius est, cum septem fere annis, quibus Imperium Byzantinum Michaeli paruit, nunquam ea indicio recurrerit. Quamobrem indictionem IV in XIV refingendam putavimus, quae anno aerae christianae 1076 huic nostrae membranae praefixo respondet. Adde in hunc annum 1076 incidere annum XIX, quo Desiderius, cuius in membrana mentio habetur, Coenobio Casinensi praeerat, ut docet Gattula.

**Membrana LII.** — Numeri graeci  $\iota$  et  $\delta'$ , quibus in apographo huius membranae indicio denotatur, et quorum ectypum visitur in tabula specimina characterum exhibente sub numero IV, possent quidem haberi pro XI, eo quod secundus numerus videtur potius  $\alpha'$ , quam  $\delta'$ . Verum Paschalis Bassius habuit pro  $\delta'$ , et in suis manuscriptis apud Neapolitanam Maiorem Bibliothecam extantibus haec scripta reliquit: *Monasterium S. Adriani de Rossano Provinciae Calabriae Citerioris cum omnibus Metochiis, Ecclesiis, vassallis, bonis, iuribus et pertinentiis donatum iam fuerat S. Petro Abbati a Rogerio Principe Italiae, Calabriae et Siciliae anno 1088 mense augusto XI indictione (arc. 5, n. 38). Postea confirmatum fuit praesenti diplomate, ac postremum anno 1106 mense martio Monasterium istud idem Dux Rogerius repetiit una cum Castro Stragulae, quorum vice obtulit Casale S. Ioannis de Fabrica in Apulia cum toto territorio, et omnibus suis iuribus.*

Fide adhibita, uti per aequumque erat, testimonio viri doctissimi, qui prae oculis habuit alterum diploma anni 1088, ab indictione XIV non recessimus, et anno 1091 membranam consignavimus. In hanc sententiam a nobis ilum est eo libentius, quod cum Provincia Consentina in Rogerii potestatem, a qua inita seditione desciverat, bello revocata fuerit, ut legere est apud Muratorium (3), magis sit probabile Abbatem Cavensis Coenobii confirmationem praecedentis diplomatis efflagitasse.

(1) *De Gestis Nortmannorum lib. II. ubi cecinit:*  
*Canitiem Stephani tractare misertus ut hostis*  
*Noluit; immo suae, de qua tractaverat ille,*  
*Oblitus caedis, studet hunc tractare benigne.*

(2) *Chronicon ad annum 1071.*

(3) *Annali d' Italia, anno 1091.*

**Membrana LXI.** — Alexius Comnenus Imperator Byzantinus septem et triginta annis regnavit, nempe ab anno 1081 ad annum 1118, quibus ter indictio V recurrit, scilicet annis 1082, 1097 et 1112. Cum vero diploma ab Imperatore concessum sit Oderisio Abbati Coenobii Casinensis, et indictio V competere non possit, nisi anno X, quo, ut idem Gattula testatur, memoratum Coenobium Oderisius moderabatur, liquido patet hoc diploma, quod Tostius quoque edidit (1), anno 1097 fuisse conditum.

**Membrana LXII.** — Cum haec membrana, non secus ac proxime praecedens, eiusdem Imperatoris Alexii Comneni nomine, eademque indictione signetur, par fuit ut idem annus 1097 ei appingeretur. Ipsam quoque edidit Tostius (2).

**Membrana LXIV.** — Quoniam Odonis Marchisii mentio habetur in membrana anni 1126 a nobis edita sub num. XCVIII, in qua Sichelgaita vidua dicitur eiusdem Odonis, atque in Rogerii diplomate anni 1098 a Vargas-Macciucca edito (3) inter testes ipse Odo se subscribit, ideo nos hanc membranam anno 1097, in cuius mense septembri indictio VI decurrebat, et Odonem in vivis egisse ex memorata subscriptione regii diplomatis constat, signandam coniecimus.

**Membrana LXVI.** — Habita ratione tum annorum, quibus Oderisius Abbas fuit Coenobii Casinensis, tum indictionis VI quae in calce membranae legitur, Imperialis Epistola exarari debuit anno XVIII Imperatoris Alexii Comneni, qui anno 1081, uti supra innuimus, imperare coepit. Idcirco huic membranae annum 1098tribuendum censuimus.

**Membrana LXIX.** — Annum 1102, qui in membranae initio legitur, in annum 1101 refingendum duximus eo quod IX indictio, quae est altera chronologica diplomatis nota, mense iunio, in annum quem refinximus incidit. Adde Rogerium magnum Siciliae Comitem mense iulio eiusdem anni e vita migrasse, ideoque praesens diploma post eius obitum exarari non potuisse.

**Membrana LXXVII.** — Quia membrana haec dicitur scripta temporibus domini Rogerii eiusque matris dominac Adelitzae, factum est ut ea primo visa sit pertinere ad tempora Rogerii secundi Comitis Siciliae eiusque matris Adelasiae, et notata fuerit anno 1114, ad quem spectavit indictio VII per ea tempora, quibus Rogerius cum matre quae obiit anno 1118, Siciliae Comes fuit. Sed fatendum est in eo prorsus erratum fuisse, nam membrana certe quidem mentionem habet Rogerii filii Roberti domini Cagiani eiusque matris Adelitzae, prout ex tribus membranis insequentibus sub num. XC, CII, CIII luculentissime patet. Hic Rogerius post obitum patris, anno 1127, Dynastes Cagiani esse coepit, ut apparet ex priore earundem membranarum; postrema vero eius mentio habetur in membrana CXLVII, nempe anno 1149. Iam vero ab anno 1127 ad annum 1149 indictio VII incidit in annum 1129 et 1144. Membrana, male anno 1114 consignata, videtur pertinere ad priorem eorundem annorum, quia mentionem habet etiam Adelitzae, quam tunc temporis vitam adhuc egisse probabilius est, quam si hoc idem de anno 1144 adfirmare libuerit.

(1) *Storia della Badia di Montecassino tom. II. pag. 95.*

(2) *Op. cit. pag. 94.*

(3) *Esame delle carte e diplomi di S. Stefano al Bosco, Documenti pag. XVIII.*



**Membrana LXXVIII.** — Diploma in hac membrana scriptum non est autographum, sed informe quoddam apographum, in quo annus et subscriptiones desiderantur. Indictio, quae non praetermissa fuit, nihil prodesse nobis poterat ad annum expiscandum, nisi prius exploratum haberemus, cuinam ex tribus Nortmannis Principibus nomine Rogeriis diploma tribuendum esset. Id vero ut divinarem, nihil aliud nobis auxilio fuit praeter titulum, quem diploma suo conditori tribuit, nempe Comitis Calabriae, Siciliae et omnis Italicae Regionis. Huiusmodi titulus usurpari non potuit neque a Rogerio Roberti Guiscardi filio, ad quem titulus Ducis pertinuit, neque a Rogerio eius patruo, qui Comes salutabatur Siciliae et Calabriae, numquam vero et Italiae, sive Apuliae, quae per ea tempora dici quoque Italia consuevit, et ad eius nepotem ex fratre spectabat. Nullum enim bellum inter utrumque exarsit, quo fieri potuisset, ut alteruter titulum non suum usurparet. Haec vero concordia non perduravit inter eorum filios itemque successores, nempe Rogerium Secundum Comitem Siciliae, et Guilelmum Tertium Ducem Apuliae. Horum prior amplificandae suae potestatis ab ineunte aetate cupidus alteri molestus fuit, et vix anno 1122 inter utrumque inita pax fuit, quae Comiti Siciliae incrementum attulit ditionis, ut legere est apud Muratorium (1). Iam vero si Rogerio Secundo fuit tanta latius regnandi cupido, ut cum patruelis sui filio simultates exercuerit, eiusque avitae ditioni inhiaverit, fieri potuit, ut Comes appellari non modo Siciliae, et Calabriae, sed omnis quoque Italicae Regionis, sive Apuliae non detrectaverit. Argumentum hoc nos perpulit, ut eidem Rogerio adiudicarem diploma, cuius annum quaerebamus. Habita porro ratione tum temporis universi, quo Rogerius titulo Comitis, nondum vero Regis imperitavit, tum indictionis octavae, et mensis Augusti nostrae membranae, huic annum 1115 assignavimus.

**Membrana LXXXVI.** — Haec membrana quavis chronologica nota caret, nisi quod Imperator Alexius Comnenus donationem XX librarum, et novem palliorum Gerardo Abbatu Casinensi fecisse dicitur. Iam vero Gerardus, uti testatur Gattula (2), Coenobio Casinensi praefuit ab anno 1111 ad annum 1123, Alexius vero Imperator anno 1118 diem supremum obivit. Itaque intra annos septem huius membranae epocha coercenda est, h. e. ab anno 1111 ad annum 1118. Cum vero in eadem membrana fiat mentio facinorum, quae primis antedicti anni 1118 mensibus Romae patrata fuerunt, nempe Pontifici Gelasio II ab Henrici V factione nefariam vim fuisse illatam, ideo memoratum annum 1118 membranae tribuere non absurdum nobis visum est.

**Membrana CXIII.** — Non improbabili coniectura ducti, annum 1133 huic membranae assignandum putavimus. Nam eo anno Rogerius, qui in membrana appellatur Dominus Siciliae, Calabriae et Longobardiae, bello devicit non paucos Dynastas, qui ab eo defecerant, quique primum ab anno usque 1128 provinciarum, quarum hereditatem ex Guilelmi Apuliae Ducis morte adiverat, dominium, postea vero Regis titulum ei contenderant.

**Membrana CLIII.** Cum haec membrana nulla alia chronologica nota signetur, praeter indictionem III et mensem decembrem, Guilelmus Rex, qui diploma largitur, vel Primus, vel Secundus, esse posset. Quapropter aut anno 1154, si Guilelmo I, aut anno 1169 aut

(1) *Annali d' Italia*, ann. 1121 e 1122.

(2) *Op. cit. saec. VII.*

denique anno 1184, si Gulielmo II tribuatur, exarari debuit. Nos diploma a Gulielmo I fuisse concessum anno 1154 ex eo coniecimus, quod, cum hoc anno e vita migraverit Rogerius Rex, et ad regnum eius filius Gulielmus I fuerit evectus, monachi ut suis possessionibus consulerent, a novo Rege petierunt, ut iis pácate frui sibi liceret, eo magis quod quaestiones inter Regem et Apostolicam Sedem prohibebant, quominus sua bona sarta et tecta ab omni incommodo, detrimento ac molestia servarent.

*Membrana CCLXXXVII.*— Praesens membrana non secus ac proxime superior indictione VI et mense septembri signata conspicitur. Nos quovis alio indicio destituti, ut veram eius epocham statueremus, cum animadverterimus inter testes, qui contractui, de quo agit membrana, interfuerunt, eundem Constantinum Mandilum humilem presbyterum se chartulae subscribere, qui proxime superiori contractui se subscripserat, eundem annum 1232 insequenti etiam membranae tribuendum censuimus.

*Membrana IV prioris partis Appendicis* — Ex quatuor graecis literis, quibus membranae annus denotatus fuerat, vix duae priores, nempe, quae annum 6600 indicant, edacitatem temporis effugerunt. Hae tamen, et mentio tum indictionis primae, tum tabularii Petri Augerini filii Nicolai, suadent membranam anno aut 1167, aut 1182 fuisse conscriptam. Magis vero prior eorumdem annorum nobis arrisit, quia tum ex membrana insequenti anni 1181, tum ex aliis aevi posterioris patet non adhuc Petrum Augerinum, sed alios notarios fuisse Tabularios Gallipolis; ex quo argui potest ipsum Petrum ante annum 1181 mortem obiisse.

## XII.

Ectypa characterum in tabulis septem excusa fuerunt. Eorum nonnulla cuique, velit nolit, illico testantur, quod supra innuimus, scilicet non parum difficultatis superandum fuisse in assequendis vocabulis, quorum litteras aut Notarius exaravit formis salebrosioribus et plurimum a scriptione consueta et familiari abhorrentibus, aut temporis inexplebilis voracitas, cui vel monumenta longe solidiora non obsistunt, maximam partem exedit. Minus periti, qui in eas inciderent, forsitan existimarent obversari sibi non Graecum characterem, sed Oscum, Sabinum, aut aliarum longe gentium, quemadmodum invisentibus vetera quaedam papyracea monumenta aliquando evenisse Winkelmannius (1), ac Marinius (2) tradiderunt. Omnia vero a nobis exhibita characterum specimina, quisquis Palaeographiae studio detinetur, maximi habiturum non dubitamus, praesertim quia Montfauconius

(1) *Lettre au Comte Bril sur les découvertes d'Herculanum pag. 85.* Huius epistolae auctor male habuit nostrum Martorellium, qui nonnullas graecas papyros in effossionibus Herculaney repertas tanquam Sabinae Linguae monumenta salutavit, et pacta conventa inter Herculanenses et Sabinos inibi contineri fuit hariolatus; iram vero doloremque rix concoquebat, quod eadem legere atque evolvere salorum iniquitate non polis esset.

(2) *Papiri diplomatici, Prefazione.*

vix, aut ne vix quidem aliquid attulit quod ectypis nostris persimile videatur. Auctor ille, cuius ope falemur Palaeographiam conspicuum inter archaeologicas disciplinas locum sibi vindicasse, graecos characteres Codicum manu scriptorum et Diplomatum impensius, quam privatarum chartularum aucupatus fuit; in prioribus enucleandis, et discriminandis totus prope fuit; quamobrem etsi Romae in Basiliano Coenobio graecas complures invisit Calabriae membranas, pauca tamen inde characteris specimina deprompsit.

Tres membranae in Syllabo editae sub numeris LII, LXXX et LXXXVIII exscriptae fuerunt ex apographis earumdem confectis et traditis Coenobio Cavensi a Paschale Baffio, quia pro deperditis habita fuerant ipsarum autographa. Haec vero reperta ibidem postea sunt in pluteis, ubi vestigantis diligentiam effugerant. Quia vero in autographo, cuius apographum editum fuerat sub numero LII nostri Syllabi, characteris forma notatu digna visa est, ex eo desumptum est ectypum cusum in IV tabula characterum.

Sub primo specimine characterum, quos tabula I exhibet, visitur ectypum quoque sigilli, quod in Archivio Casinensi pendet ex membrana, unde primum illud specimen est depromptum. Ex reliquiis litterarum, quae nunc vix inspiciuntur, facile conici potest consuetudo talium sigillorum inscriptio, videlicet in facie antica: ΚΤΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ ΣΩ ΔΟΥΔΩ : idest, Domine auxiliare servo tuo. In postica vero facie : ΜΙΧΑΗΛ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ΚΑΤΑΠΑΝΟΣ ΙΤΑΛΙΑΣ : Michael Anthypatus Patricius Catapanus Italiae.

Ad tabulas specimina characterum exhibentes accedit octava, ubi prostant sex ectypa sigillorum. Duo quidem ex istiusmodi sigillis, nempe primum et sextum asservantur in Archivio Casinensi, ubi visitur quoque alterum sigillum impressum in calce autographae membranae, cuius apographum habes in hoc Syllabo sub numero VII una cum sigilli ectypo. Membrana vero, ad quam spectat sigillum primum, consignata heic occurrit numero XII. Cuius vero membranae fuerit sextum sigillum, non constat.

Ex quatuor reliquis sigillis tria, scilicet secundum, quartum et quintum exstant in Archivio Neapolitano, et nihil compertum habetur de membranis, ad quas unumquodque pertinuit; tertii vero superfuit tantum ectypum a Iosepho Genuensi, quem supra meminimus, editum in calce dissertationis (1) ab eo lucubratae de Diplomate, quod noster Syllabus exhibet sub numero XLIV. Eorundem vero sex sigillorum inscriptiones, quarum litterae pleraeque ob vetustatem prope evanuerunt, interpretati sumus in haec verba :

1. ΚΕ ΡΟΗΘΗC ΤΩ CΩ . . . idest ΚΤΙΕ ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΤΩ ΣΩ (ΔΟΥΔΩ) : Domine auxiliare servo tuo — † ΓΡΗ. ΟΡ R A . . . Ο Κ ΚΑ . . . ΑΝΩ Ι . . . ΙΑC Ο . . . ΑΝΗΙ . . . ΗC : idest ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΒΑCΙΑΙΚΩ ΑΣΠΑΘΑΡΙΩ (πρωτοσπαθάρῳ) ΚΑΙ ΚΑΤΑΠΑΝΩ ΙΤΑΛΙΑC Ο ΤΡΑΧΑΝΙΟΤΗΣ : Gregorio Imperiali Protospathario et Catapano Italiae Trachanioti.

2. † ΔΕCΠΟΙΝΑ CΩΖΟΙ ΘΕΟΔΩΡΟΝ CΙΝ Θ . . . (Θεῶ) : Regina una cum Deo servet Theodorum.

3. † ΚΕ ΡΟΗΘΗ ΤΩ CΩ ΔΟΥΔΑ : idest ΚΤΙΕ ΒΟΗΘΗ ΤΩ ΣΩ ΔΟΥΔΩ : Domine auxiliare servo tuo — † CTE † ΚΑ ΠΡΘΣ CΤΡΑΤΗΓ' ΔΟΓ'ΙΡΑ . . . ΙΑC : idest ΣΤΕΦΑΝΩ ΚΑΤΑΠΑΝΩ ΠΡΩΤΟΣΠΑΘΑΡΙΩ ΣΤΡΑΤΗΓΩ ΔΟΓ'ΙΒΑΡΔΙΑC : Sthephano Catapano Protospathario Stratego Longobardiac.

(1) *Illustrazione di un Greco Diploma che si conserva nell' Archivio Generale del Regno.*

4. ΜΡ ΘΤ — † ΚΕ ΡΟ ΡΩΝΤΕΡΙ ΚΟΜΙC ΚΑΑΑΤΡΗΑC ΚΕ CΗΚΗΑΙΑC ΚΕ ΤΩΝ ΧΡΗCΤΗΑΝΩ ΡΟΗΘΩC: idest ΜΗΤΗΡ ΘΕΟΥ—ΚΤΡΙΕ ΒΟΗΘΗΣΩΝ ΡΩΝΤΕΡΙΩ etc. Mater Dei — Domine auxiliare Rogerio Comiti Calabriae et Siciliae et Christianorum adiutori.

5. Inscriptio est eadem, quam exhibet antecedens sigillum.

6. ΧΡΤΣ ΒΒ—ΤΩ CΩ ΔΟΤΑΩ ΙΑΑΡΗΩ: idest ΧΡΙCΤΕ ΒΟΗΘΗΣΩΝ ΤΩ ΣΩ ΔΟΤΑΩ ΙΑΑΡΗΩ: Christe auxiliare—Servo tuo Hilarioni.

Nostra tertii sigilli interpretatio quoad vocem *Longobardiae* discrepat ab interpretatione tum viri doctissimi Francisci Avellini (1), tum Genuensis modo laudati, et Salvatoris Cirilli (2). In litteris Λογ eorum prior legendum esse Λοχρου, reliqui duo Λογιώ sibi persuaserunt. At eorum interpretationi coniectura quaedam, nostrae vero suffragatur auctoritas monumentorum, quae heic habes edita, ubi diserte nuncupati Strategii aut Catapani Longobardiae occurrunt Graecorum Duces, quibus nostrae olim provinciae obtemperarunt, idque Peregrinius, Troylus, alique rerum nostrarum scriptores probe adnotarunt.

### XIII.

Superest demum, ut de earundem membranarum utilitate aliquid praemoneatur. Id argumenti ne primoribus quidem labris, ut dici solet, delibandum nobis foret, si habenda esset ratio dumtaxat eorum, qui hoc aevo apud nos antiquitatis studia consecantur ea prope cupiditate, qua Muratorius saeculo superiore, et Pertzius saeculo nostro in ea incubuerunt. At longe plures numero sunt, qui hodie nihil antiquum amplexantur et fovent, nisi condocerfacti prius sint aliquid inde fructuosum posse comparari.

Non ita quidem nos perperam iudicamus, ut omnibus hisce membranis eam tribuamus praestantiam et utilitatem, quibus praeditae sunt tot aliae vetustatis reliquiae, unde non parum lucis saeculis tenebrosis affunditur. Nam perpauca heic occurrunt diplomata, quibus Imperatores Graecorum, aut nostri Reges et Toparchae donationes et privilegia in Ecclesias, et Coenobia contulerunt. Reliquae membranae exhibent donationes privatorum hominum, testamenta, tabulas nuptiales, venditiones sive aedium, sive praediorum, et sententias, quibus Iudices lites modo inter privatos, modo hos inter et Monasteria obortas diremerunt. At perperam iudicaverit qui ex huiusmodi diplomatis et chartulis nihil erui, quod aevi sequioris historiam queat aliqua ratione illustrare, obstinate contendat. Secus omnino sese rem habere nuper testatus est Ioseph de Blasiis *Historiae Antecessor in Regio Neapolitano Archigymnasio*, qui cum aliquot membranas vix a nobis editas inspexisset, nactus ibi est pleraque scriptoribus antehac ignota, eaque usurpavit (3), ut iisdem exornaret historicam lucubrationem suam de Barensium adversus Graecum Imperium seditione, et de adventu Nortmannorum.

(1) *Biblioteca analitica* anno VII. num. IV. pag. 104.

(2) *Lettera sopra un molibdobullo Greco.*

(3) *La Insurrezione Pugliese e la Conquista Normanna nel secolo XI, vol. 1. pag. 26 et alibi.*

Qui temporum praeteritorum annalibus evolvendis animum advertunt, eos magis delectat ediscere rerum publicarum vicissitudines, ancipitem bellorum fortunam, acies praelio fusas, aut internecione deletas, urbes modo expilatas, modo a fundamentis erutas, seditiones civium in cruenta luctuosaque bella intestina erumpentes, Reges e solio miserandum in modum deturbatos. At spectacula haec et alia id genus, quae in monumentis historiarum quam saepissime occurrunt, solane digna sunt, quorum commemoratione posterius delineantur? Vitane, quam maiores privatim exegerunt, nihil habet, quod doceri cupiamus? Certe quidem aevo, quo nos in vivis agimus, genus illud scriptionum, cui Romanensium Historiarum nomen inditum fuit, non mediocri voluptate perfundit lectitantes ea potissimum de causa, quod privatarum rerum narrationibus affluat, et interiorem vitam hominum, domesticaque palam facit negotia. Iam vero tabulae, quibus contractus, conventiones, bonorum alienationes, aliaeque huiusmodi committebantur, non exiguum profecto exhibent partem rerum, quae privatam vivendi rationem respiciunt. Quamobrem nemo eas iure contemnet, ac repudiabit eo magis, quod in his quicquid de vita privata edocemur, non commentitium est, neque ex poetica fingendi arte proficiscitur, sed e documentis quae ineluctabili praesidio veritatis innituntur. Heic vero e re nata aliud nobis obversatur momenti longe gravioris argumentum, cur omnibus sit persuasum nostras membranas haudquaquam accensendas vetusti aevi quisquiliis, quas non immerito quisquam explodat, aut exsibilet. Constat enim nullam Historiae de rebus Neapolitanis partem magis carere monumentis, quam quae ad Graecos nostrates pertinet, toto eo temporis spatio, quod Aevum Medium vocitatur. Fatemur quidem non defuisse Chronographos aliquot, qui per ea tempora rerum nostrarum aliquid posteritati prodiderunt, et a Muratorio inter rerum italicarum Scriptores et ab aliis veterum annalium Collectoribus editi fuerunt. Sed qui cupidus addiscendae Historiae Graecorum in nostris regionibus eos evolverit, tam pauca inveniet, ut quanto uberiore rerum notitia pascere animum sperabat, tanto iciunior inde discedere sibi videatur. In tanta igitur monumentorum inopia fasne cuiquam erit aspernari graecanicas hasce membranas? Ecquis tam inimicum vetustati, et communi sensu tam destitutum animum geret, ut eas censeat deferendas, ut ait ille, *in vicum vendentem thus, et amomum, Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis?* At longe aliter sentiet Iurisperitus, qui heic dignoscet ac meditabitur, quoniam apud Graecos Calabrenses ratione consueverint lites dirimi, nuptiae contrahi, testamenta exarari, praedia vel donari vel divendi praesertim a Graecis mulieribus, quae sub perpetua et ipsae tutela vitam agebant, emphyteuticae aliaeque iniri stipulationes ad provehendam culturam agrorum et inprimis olivarum, quod arborum fructiferarum genus in lapygia et Calabria ea tempestate insigniter accuratum fuit, et a posteris deinceps maiorum suorum vestigia consecretantibus ita excultum propagatumque fuit, ut opes inde cumulationes in eos redundarint. Rei porro nummariae studioso erit sane periucundum expendere nomina et aestimationem nummorum, quorum multiplex genus sibi haec monumenta perlegenti occurrit, ac praecipue *Michelati*, nummi byzantini ab Imperatore Michaelae nomenclationem mutati, qui vel sub Nortmannorum principatu, prout ex membranis sub numeris I, II et III partis prioris Appendicis fit testatissimum, inter Graecos nostrates obtinuerunt perinde, atque nummi Arabum ad Syevorum aetatem usque recus

et usurpali vulgo fuerunt, quamvis Graecorum Principum et Arabum dominationi finis iamdiu fuisset impositus. Exploratio vero huiusmodi nummorum iis, qui Oeconomica hoc aevo praestantissimae cuique disciplinae optimo iure aequiparata persequuntur, viam muniet expeditiorem ad ineundam temporum nostrorum comparationem cum velustioribus de pretio tum praediorum, tum aliarum rerum, quas membranae commemoraverunt.

Chartulae spectantes ad Coenobia, quarum maior est numerus, habent praeterea quiddam omnino peculiare, cur magni faciendae sint. Primum quidem non pauca inde licet haurire, quibus instituta Graecorum Coenobiorum illustrantur. Deinde consulendo huiusmodi chartularum perennitati, fiscalibus quoque consulitur rationibus. Nam cognitissima res est, quicquid olim eorumdem Coenobiorum fuit, postquam ea fuerunt vacuefacta, aut abolita, Fisco adiudicatum esse, et pleraque Coenobia in Abbantias evasisse, quae arbitratu Regis impartirentur, idcirco subiectae potestati, quae vulgo *Patronatus Regius* appellatur. Non semel contigit, ut bona Abbatiarum homines avidi dolo malo sibi adroga-verint. Ubi vero haec usurpatio innotuerit, quo tandem pacto iura fiscalia praevalere in iudiciis, et possessiones ab usurpatoribus vindicari poterunt, nisi documenta afferantur? Tum vero fieri potest, (et revera saeculo proxime praeterito factum est plerumque), ut chartulae, de quibus verba facimus, tela quodammodo suppeditent, quibus sua Fiscus iura tueatur, et bona iniquis possessoribus crepta postliminio ad se revocet. Quamobrem dubium esse nemini potest, quin Coenobiorum monumenta, a quibus fortasse nonnulli abhorreant, sarta tecta servanda sint, et non parum detrimenti ex eorum interitu Fisci rationibus sit pertimescendum.

Utcumque vero genus hoc utilitatis, de quo locuti sumus, aestimari velit, illud quidem ambiguum non est, nempe plurimum emolumenti posse ex hoc Syllabo ad disciplinam philologicam dimanare. Nos quidem fatemur exotica et barbara vocabula, soloecismos, aliaque dictionum portenta in plerisque membranis coacervari. At sermo quantumvis inficetus et horridus nunquam est eiusmodi, ut in eo philologis non sit immorandum. Primum enim iuvat inde addiscere quantum discriminis, quoad dicendi perspicuitatem, latinas inter et graecas nostras chartulas intercedat. Illarum enim sententiae tanta plerumque obvolvuntur caligine, ut, quibus ibi de rebus sermo sit, nemo nisi magno labore assequatur. Contra e chartulis graecis facile eruitur, quid sibi velint. Graecanico igitur ingenio vel per deteriora saecula non omnis defuit perspicuitas illa, quae in sexcentenis litterarum monumentis ex vetustiorum graecorum ingenio profectis immane quantum ex-plendescit.

Nec vero exigua aut contemnenda vocabulorum accessione noster hic Syllabus Glossarium mediae et infimae Graecitatis potest locupletare. Cangius optimo sane iure conquestus fuit, quod sibi Lexicon eius Graecitatis contextenti defuissent diplomata et privata documenta. Huic doctissimo et indefesso deterioris aevi exploratori e nostratibus graecis eorumdem temporum monumentis vix innotuit unum modo Diploma Rogerii Siciliae Regis, quod apud Ughellium deprehenderat. Inde haustam suo in Glossario retulit vocem *Εὐρίστιχον*, cui *damni* significationem cum Ughellio tribuit; sed uterque perperam. Nostrates enim Graecos eo nomine denotasse oppidum Calabriae *Briaticum* liquet ex compluribus haec membranarum, ut in Syllabi huius Indice adnotatum est sub voce *Briaticum*,



quam consule. Quod si ob oculos universa haec nostra documenta habere Cangio licuisset, certe quidem quantivis ipsa pretii aestimasset, utpote incremento doctrinae philologicae non mediocriter profutura, et praesertim quod ex hoc membranarum genere graeca dialectus Calabriae posset internosci, et a dialectis caeterarum Graeciae Transmarinae provinciarum discriminari. Non de veteribus nos heic loquimur dialectis, nimirum Attica, Ionia, Dorica, et Aeolica. Quanquam enim prior earum Neapoli, tertia vero in Calabria obtinuerit, id quidem aevo contigit antiquiore, uti patet ex Martorellio (1), Mazochio (2) et Iuvene (3), quorum prior de Neapolitano Atticismo, alter de Dorismo Heracleensi, tertius de Dorismo Tarentino disseruerunt, et duo postremi ex Dorismi reliquiis suum quisque Lexicon non ita magnum posteris tradiderunt. Sed postquam Romani Graecia tum Magna, tum Transmarina potiti fuerunt, omnes veterum dialectorum varietates, ut ait Salmasius (4), abolefactae sunt, et graeci sermonis facies unam tantummodo faciem, eamque magis magisque in dies corruptione tabescentem induit. Tum vero aliae prodierunt dialecti, quarum Simeon Cabasilas aevo suo septuaginta numerabat apud Cangium (5). Inter has sequiorum temporum dialectos recensetur Graeca Calabriae dialectus, quam nos arbitramur posse ex hac membranarum collectione dignosci.

Licet vero decessent omnia, quibus nos hunc Syllabum non sinistre exceptum iri confidimus, nemo tamen inficias ire posset, quin ipse demum habendus sit tanquam egregium monumentum, quo graecarum litterarum studia praesertim in hac extrema Italiae regione nefas esse intermitteri meminerimus. Nam per ea tempora, quae barbararum nationum irruptiones migrationesque subsecuta sunt, facula quaedam Graecitatis, ut supra dictum est, utque series haec ipsa graecarum membranarum testatur, apud nos extincta omnino non fuit, immo ceteriori aevo profectum hinc fuit, ut passim Itali ad memoriam et cogitationem veteris graecanicae urbanitatis et gloriae revocarentur. Quae sane res excitare nos vehementer, et maiori quadam cupiditate inflammare debet, ne quemadmodum maioribus nostris pulcrum fuit hoc decus quaerere ac tueri, sic nobis turpissimum sit aspernari et amittere. Ad commendationem enim posteritatis, et ad amplificationem rerum italicarum nihil potest excogitari, aut animo fingi accommodatius prae litteris atque disciplinis veterum Graecorum, quae, ut Boucheroni (6) verbis utamur, ab illustri populo profectae non solum mentes ad elegantiam, et venustatem informant, sed animis etiam sunt incitamento ad praeclara quaecumque suscipienda.

(1) *Thec. Calam. cap. V, part. V, § VI.*

(2) *Comm. in Tabulas Heracleenses p. 119 et 120.*

(3) *De antiquitate et varia Tarentinorum fortuna, in Delectu scriptorum Rerum Neapolitanarum pag. 374 ad 382.*

(4) *Lib. de Hellenistica pag. 215.*

(5) *Praefat. ad Glossarium Graecitatis p. VII.*

(6) *Oratio de Litteris Graecis anno MDCCCXXXVII habita in Auditorio Maximo Regii Taurinensis Athenaei.*

## I.

(An. Chr. 885) — Mense Martio — Indict. III — Trani.

*Gregorius Imperialis Protospatharius ecclesiastica praedia posita in agro Barensi, Uriensi, Tarentino, aliisque in locis Principum Longobardorum imperio subiectis, et tradita sibi a Casinensi coenobio libellaria novem et viginti annorum concessione, eidem coenobio reddit.*

Preceptum gregorii primicerii imperialis Sancto Benedicto.

Gregorio primicerius imperiali protospathario. et baiulo. clarifico me. hemptam habere rebus qui fuit ecclesie beatissime dei genitricis Mariae quae sita est in loco. cannito. et per loca pertinentibus prenominate ecclesiae. seu et rebus sancti vincentii. quam et iterum beate dei genitricis mariae quae est aedificata orietane finibus. ut ista quas rebus haberet super nominato gregorio primicerio et bajulo omnibus diebus vitae suae et rebus sancti Benedicti prefati nostri cenobii ubicumque habuerit aut inventa fuerit sive in bari. aut in orie. seu et in taranto. sive per singula loca ut ipse qui superscriptus gregorius primicerius simulque bajulo haberet et dominaret illam usque ad viginti novem anni. sed ipse qui supra gregorio primicerio et bajulo simulque imperiali protospathario pro redemptione et salute animae suae reddidit insuper nominate quattuor ecclesie ipsa

super nominatis rebus quomodocumque illam habuisset. sine sua qui supra vel cuiuscumque contradictione. et si qualiscumque homine voluerit contradicere aut retornare vel remove haec quae secundum dei timore egerat vel fecerat haberet iudicium cum illo in diem iudicii ante tribunal superni iudici et sit particeps iude traditori et haberet maledictionem a trecenti decem et octo patres et pro confirmandum ipso suo brevislegium predictum gregorium primicerium et bajulo qualiter reddiderat ipsa rebus insuper nominata venerabilia loca. fecerat bullare ipso brevislegio cum plumbo bulljtyrio suo. fuerat fuerat scriptum mense martio. indictione III. et taliter vidi et scripsi. ut supra hanc recordationem ego landolfus diaconus atque notari et interfui in super nominata civitas que supra trane.

Ego qui supra gregorius primicerius imperiali protospatharius et bajulus. in hanc carta me subscripsi.

Ego gaiderisi imperialis protospatharius ita novi.

(Ex Regesto Petri Diaconi in Archivo Casinensi — Fol. LXV, n.º 137.)

## II.

(891) — Mense Februario — Indict. IX.

*Leo VI Imperator Casinensi coenobio universas confirmat possessiones, quas in Longobardiae themate idem coenobium obtinebat.*

Preceptum leonis Imperatoris de omnibus rebus Sancti Benedicti.

Sicut nunc et de hinc sit ea imperialis secundum et ante quam regnarem nobis annuntiatum est. ut observetur ea cum omnibus in circuitu habentibus et tenentibus suis. et quantis sub ea vero villis subsistunt sint sine calumnia atque sine damno. et ex ipsa angustia servientium imperialium atque damna sive participatione et monachi qui ibidem degunt. sine contrarietate et cogitatione sint. ut orationes quas pro imperio nostro fundunt cotidie ad deum pergant. Nemo enim ex his omnibus qui pro tempora debent esse in langobardia stratjgy. sive propriis seu trumarchis vel protospathariis. archiepiscopis, episcopis et reliquis in ea provincia

habitantibus. Sive pro quocumque servitio imperiali veniunt ut sint sine timore. sive potestatem habeant in ipso habitaculo et in circuitu ejus. et res que sub ea est. Et monachi per nullum modum injustum habeant. sive temptandi vel damnandi. sive angustandi. seu diminuandi. aut in ea applicandum. Volumus autem sicut dictum est modum. ex omnibus et de omnibus quae damnantur ex imperialibus beneficiis et angustis. nisi ut ea observetur libera sine impedimento. Sufficiant omnes solum monstrandum. et ostensum nostrum fidelem sigillum. factum per mensem februarium. nona indictione. In anno sex milium quadrigenti quinquaginta novem. In quo et nostrum fidelem deo missum assignatum est dominium.

( Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII verso, n.º 149 ).

## III.

(892) — Mense Iunio — Indict. X — Beneventi.

*Symphaticius Imperialis Protospatharius, in aula Beneventana degens, Ragemprando coenobii Casinensis abbati confirmat monasteria tum S. Sophiae una cum rebus eiusdem in S. Ioanne de valle Polluci extantibus, tum S. Mariae de Plumbariola, et S. Mariae de Cingla prope flumen Volturnum.*

Preceptum simbatjicii imperialis protospatharii de rebus S. Benedicti. et monasterio S. sophiae in benevento. Ragemprando abbati.

In nomine domini. Ego simbatjcio imperialis protospatharius. et stratjgo. macedonie, tracie. cephalonie. atque longibardie. Dum residerem in dei nomine intus palatio beneventi. Entilma facio tibi ragemprando venerabili abbati monasterii S. Benedicti qui aedificatum est castro casino. Insimul et tibi erisso medico et preposito. monasterii sanctae sophiae qui aedificatum est intus beneventum qui subjecta est cenobio sancti Benedicti. Similiter et monasteria puellarum. Sancta maria de plumbariola. Simul et sancta maria

de cingla. qui residet juxta fluvium volturnum. Ubicumque fuerit de ista predicta quattuor monasteria. rebus servos. vel ancillas. Non sit quicumque homo qui audeat aut presumat facere aliquit contrarietatem. aut lesionem causam de predictis monasteriis. Simulque et res sanctae sophiae que habet in sancto iohanne de valle polluci. et similiter de asculo. vel in quacumque terra seuque civitates habuerit rebus et loca dominatio sanctorum imperatorum. Ut nullam applicationem. aut fortiam faciant ibidem servi de sanctorum imperatorum. nec in monasterio. seu cellis. vel cellulis. sive curtis et omnibus pertinentiis vestris. neque de cunctis. servis. et ancillis. Aut de vestris

subjectis. quibus in casis de vestris pertinentiis se-  
deunt. Et nullam dationem. aut tributum. sive porta-  
ticum. aut portunicum. vel ripaticum. a vobis. vel  
a monachis vestris. atque servis. et ancillis vestris. Si-  
ve ab omnibus hominibus qui in vestris monasteriis  
subditi vel commenditi sunt. ut nullus hoc presumat  
ex idem aliquit tollere vel contrare res. domos. ser-  
vos. vel ancillas. tam omnia et in omnibus quibus in  
predictis monasteriis concessa sunt a regibus franco-  
rum. sive a principibus longobardorum. vel per pre-  
cepta signata. et omnia que per cartis vel offeritionis.  
sive per emptionis. seu qualitercumque concessum ha-  
betis. vel amodo et in autem quocumque modo fuerit  
concessum. ut amodo et semper pro statu sanctorum  
imperatorum et illorum mercedem. vos et vestri suc-  
cessores. omnia que superius legitur. firmiter possi-  
deatis et securiter. Et nullus homo presumat de sua  
civitate monachos qualicumque a maiore usque ad  
minimum. de predictis monasteriis de suis habitatio-  
nibus foras eos ejcere. aut qualibet nova consuetudi-  
ne in eosdem monachos. vel in ipsa cenobia. et earum

pertinentiis facere pro eo quod vos die noctuque pro  
sanitate et prosperitate sanctorum imperatorum. et  
pro omnium illorum exercitum in mercede eorum do-  
minum deum exoratis. et innotescimus vobis christia-  
nis omnibus qui fideles estis et honoratis. sanctissimis  
imperatoribus. episcopos omnes domino servientes. A  
protospathariis. spathariis candidatis et spathariis. car-  
tulariis. et protonotariis thomarcis. armeni. greci.  
seu et longibardi. gastalldeis. seuque omnibus homini-  
bus a maiore usque ad minores qui fideles sunt deo et  
sanctorum imperatorum. videntes et cognoscentes  
istam nostram entilmam et sic ipsa pleniter deserve-  
tis et firmiter adimpleatis sicut supra continet. et quo-  
modo pro statu sanctorum imperatorum ad haec per-  
scripta quattuor monasteria firmavimus. et qui istam  
entilmam non observaverit eam non adimpleverit. sciat  
se esse damnatum. contemptor et offensor deo et san-  
ctorum imperatorum. et dei ira. et nostra super se  
induceret. et magnum patibulum. quod vero hanc en-  
tilma nostra bullamus cum bulla nostra plumbea. Men-  
se junio. decima iudictione.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXV, n.º 136)

#### IV.

(899) — Mense Maio — Indict. II — Cupersani.

*Medalspus Imperialis Spatharius, dum Cupersani ad causas definiendas degeret, controversiam, inter Theodi-  
num S. Benedicti praepositum et Maigelgarium obortam de quodam horto et duobus puteis S. Benedicto a  
Pandone donatis, diiudicat.*

Praceptum medalspi spatharii de terris in coper-  
sano.

In nomine domini nostri iesu Christi dei eterni ter-  
tiodecimo anno imperii domni leoni et alexandri san-  
ctissimis imperatoris nostris. Mense maio secunda in-  
dictione. Dum quadam resedente diem medalspus im-  
periali spatharius candidatus casale copersano ad cau-  
sis diffiniendum; tunc quidem nostra venit presentia  
prepositus sancti benedicti nomine teodinus una cum  
anningo suus advocator et ceperunt causare adversus  
† Constantinus locumtenens Capigrasa propria ma- nu subscripsi.

† Paschalis locumtenens Capigrassa testis propria manu subscripsi.

† κονσταντίνος τοποτηρητής ο καπηγρασσης τη ηχη  
 χείρι υπεγραφα.  
 † πασχαλιος τοποτηρητής ο καπηγρασσης μαρτυρ  
 υπεγραφα ιδιοχειρος.  
 † υιος υιος κανδιδου μαρτυρ υπεγραφα ιδιοχειρος.  
 † θεοδωρος τουρμαρχης..... πολιτης μαρτυρων υπε-  
 γραφα ηδιοχειρος.  
 . . . . . νηχοδμος . . . . .

† Bonus filius Candidi testis propria manu subscri-  
 psi.  
 † Theodorus Turmarcha... civis testis propria ma-  
 nu subscripsi.  
 . . . Nicodemus . . .

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 2.)

## XVI.

(1016) — Mense Augusto — Indict. XIV.

*Basilius Mesardonites Catapanus Italiae declarat accepisse nummos aureos sex et triginta a Cinnamo Calligrafo pro tributo castelli Pelagiani.*

† βασίλειος πρωτοσπαθαριος καὶ κατεπανος ἰταλίας  
 ὁ μεσαρδονίτης ἔλαβον παρὰ σοῦ κινάμου καλλιγράφου·  
 τὴν συνήθειαν καστελλίου πελαγιάνου τῆς τεσσαρες  
 καὶ δεκάτης ἰνδικτιωνος χρυσία διαχαραγματα νομι-  
 σματα τριακοντα ἑξ· καὶ ταῦτα τὰ τριακοντα ἑξ νο-  
 μίσματα λαυῶν· καὶ τελείως πληρωθεὶς τὴν συνήθειαν  
 καστελλίου πελαγιάνου τῆς τεσσαρες καὶ δεκάτης ἰνδι-  
 κτιωνος· ἐποίησά σοι τὴν παροῦσαν τελείαν καὶ πληρε-  
 στάτην ἀπόδειξιν· τῇ οἰκείᾳ μου χεὶρὶ ὑπογραφεῖσαν·  
 καὶ τῇ διὰ μολύβδου συνήθει υούλλη σφραγισθεῖσαν·  
 μηδὲ ἀυγούστῳ ἰνδικτιωνος δέ·  
 † Βασίλειος πρωτοσπαθαριος καὶ κατεπανος ἰταλίας  
 ὁ μεσαρδονίτης.

† Basilius Protospatharius et Catapanus Italiae,  
 Mesardonites, accepi a te Cinnamo Calligrafo tribu-  
 tum de castello Pelagiano indictionis decimae quartae  
 (nempe) numismata sex et triginta ex auro cusa; et  
 cum haec triginta sex numismata acceperim, et mihi  
 omnino satisfactum sit de tributo castelli Pelagiani in-  
 dictionis decimae quartae, feci tibi praesentem perfe-  
 ctam et plenissimam apodixam, mea propria manu  
 subscriptam, et consueta bulla plumbea signatam,  
 mense augusto, indictione quartadecima.

† Basilius Protospatharius et Catapanus Italiae Me-  
 sardonites.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.º 6.)

XVII.

(1018) — Mense Februario — Indict. 1.

*Boianus Italiae Catapanus ex iussione Constantini Imperatoris praecipit, ne quis auferat bona ecclesiarum, et praecipue S. Benedicti, praeceptaque ab aliis Anthypatis et Protospathariis in eandem rem data confirmat.*

Confirmatio omnium preceptorum que patricii et protospatharii fecerunt. Ex jussu constantini Imperatoris.

Per scriptum imperialis iussionis preceptum recepimus nos boiano observandum a sanctissimis imperatoribus constantino. ut non eamus ad auferenda bona ecclesiarum et precipue sancti benedicti sicut scripta sigilla kalokyri antipatj patricii simbatjci patricii. gregorii. medalspi. falci. pothi. delfina. genesii. romani antipatj patricii. iohannis antipatj patricii ammiropolj. theodori protospatharii. alexii protospatharii. xifi. et reliquorum. sed magis ex precepto imperatorum interdiximus et confirmamus omnibus qui sub sancto imperio sunt. ut nemo potestatem habeat quamcumque temptationem. aut diminutionem. sive damnum seu ingardiam. vel imitatum ad preferenda tollenda. aut

molestiam aliquam inferendam amodo et in antea in eodem monasterio sancti benedicti et omnibus possessionibus ejus. Hec et nos sicut a sancto imperatore preceptum est observamus, et ut ab omnibus observetur precimus. Ut illic deo servientes; sine turbine pro magnitudine sancti imperii deum exorent. Si quis pro uno solo verbo vult os aperire. sive adducere contrariam locutionem presumptionis aut damni seu ex rebus ejus diminuere temptaverit; et non cum timore et tremore observaverit, ut contemptor sancti imperii durissimas penas et capitis excidium sustineat. ut hec pena sustineant qui sine doctrina sunt. Illi vero qui prudentes sunt. vigilent ut custodiant preceptum sancti imperii. quem fecit de prephato monasterio. et nos dedimus mense februario. Indictione prima.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXIX verso, n. 156.)

XVIII.

1019 — Mense Iunio — Indict. II.

*Finium agri Troiani descriptio facta a Basilio Boiano Protospathario Catapano Italiae.*

† Τῶν ἀπὸ τῆς δεσποτίας τῶν ἀρειανιτῶν κομητῶν εὐπροαιρέτως ἀποσπασθέντων Φραγγῶν. καὶ τῶν μερῶν τοῦ κραταίου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλείως προσρυσθέντων. καὶ εἰς τὸ ἐξ ἀμνημονευτῶν χρόνων συμπτῶθεν. παρ' ἡμῶν τε ἀνακαινισθέν καὶ κατοχυρωθέν καστρόν ὁ Φασί τρωάς τῇ ἐνοῦσῃ ἡμῖν σπουδῇ καὶ ἐντρεχέῃ κατασκηνοθέντων. ἐξαιτησάμενων ἀπὸ τῶν πλησιαζόντων αὐτοῖς λοιπῶν. τὰ τοῦ τοιοῦτου καστρου συνορὰ ἐκκοπῆναι. καὶ τὸ οὖς αὐτοῖς ὑπεκλινάμεν. καὶ παρόντος ἰωάννου πρωτοσπαθarioῦ τοῦ τῆς ἀλφεράνας· βυζαντίου τοποτηρητοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. λεοῦτος τοῦ μαρχαλδοῦ. στεφάνου χαρτουλαρίου τοῦ ματερίτου. πασσαρι καὶ βυζαντίου τῶν κομήτων τῆς κορτῆς. μαρχαλδοῦ δομεστικοῦ τοῦ δεμάτος καὶ ἑτέρων πολλῶν.

Quum Franci, qui de dominatu erant Comitum Arianensium, ab iisque sponte desciverant, partes potentis et sancti nostri Imperatoris secuti, in civitatem, ab antiquissimis temporibus destructam et a nobis magno studio et celeritate restauratam et bene munitam, quae Troia vocatur, transmigraverint, petierintque ut a reliquis eorum finitimis praedictae civitatis termini discriminarentur, aures iis praebuimus, et praesentibus Ioanne de Alferana Protospathario, Byzantio eiusdem Protospatharii fratre et vicario, Leone de Maralda, Stephano Chartulario Materae, Passare,

τον τοπον καταστοχασαμενοι. οὕτω τα συνορα καὶ τὴν  
τούτων διαιρεσιν ἐποίησαμεθα. Καθως ἀπαρχεται ἡ  
καμάρα τοῦ ἁγίου ἐλευθερίου καὶ ἀπερχεται εἰς το τρα-  
βιέλλον καὶ κατερχεται εἰς το μεντίνον. ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ  
βρύσις τοῦ γοργάνου. καὶ καταναίνει το καταπόταμον.  
ἕως τοῦ ἀμπέλω του βωμάνου. καὶ καμπτεὶ ὄρθα ὑπὸ  
το μονοτεράτον. καὶ περὰ μεχρι τῆς στρατὰς τῶν βι-  
βινῶν εἰς τὸ βυάκιον. καὶ κρατεῖ τὴν στρατὰν μεχρὶς  
ὄργυιῶν εἴκοσιν. ἕως τῶν δένδρων τῆς τε πελέας καὶ  
συκέας. καὶ καταναίνει τὸ βυάκιον ἐξ ἀνατολῶν. καὶ  
ἀποδίδει εἰς τὴν τῶν κατευχαρίων ὁδόν. καὶ κατέρ-  
χεται τὸ κατωρύακον. καὶ ἔρχεται εἰς τὸ βουνὶν τοῦ  
βαβιάνου. καὶ καταλιμπάνει ἐξ ἀριστερῶν τὸ σπήλαιον.  
καὶ περὰ εἰς τὸ βουνίτζιν. μέχρῃ τῶν δύο ἀγριαπι-  
δέων. καὶ διαναίνει εἰς τὴν μίαν ἀπιδέαν. ἕως τῆς δι-  
χαλῆς δρυός. καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἁγίαν  
αὐγοῦσταν ἐν ᾧ ἐγένετο ὁ πόλεμος ἐπὶ τορνικίου πρω-  
τοσπαθαρίου καὶ κατεπάνου γεγονότος ἰταλίας τοῦ κον-  
τολέοντος. καὶ κατὰ τὴν ἰσότηρα αὐτῆς κατέρχεται  
ἕως τοῦ συνόρου τῆς σηπενδοῦ. ἀπεκείθεν τὴν ἀνακάμ-  
πτει. καὶ ἔρχεται τὸ αὐχένιον εἰς τὸ πηγάδιον τὸ βρυτόν.  
μέχρῃ τοῦ αὐχενίου τοῦ ὑψηλοῦ. καὶ καταναίνει τὸ λι-  
βάδιον. καὶ ἀπέρχεται εἰς τοὺς τρεῖς δρυς. οὓς εἰσιν ἐγκε-  
χαρμμένοι σταυροί. καὶ ἕως τῆς μεγάλης δρυός τῆς  
εχούσης σταυροὺς τρεῖς. κατὰ τὴν ἄκραν τοῦ ποταμοῦ  
σανδοῦρι. καὶ ἀνατρεχει τον ποταμον. καὶ ἀπερχεται  
μεχρι του πορου του λεγομένου μουγκαράδα. καὶ ἐκ-  
νίει ἀριστερὰ καὶ ἀπέρχεται μέχρῃ βουνοῦ μεγαλου κορ-  
φων τοῦ μασλογου ἀποδίδει εἰς τὸ βυάκιον τὸ λεγύ-  
μενον λαβέλα. καὶ ἐκναίνει πρὸς δυσμὰς εἰς τὸν νουνόν  
τὸν φιλίτην. καὶ ὑπάγει εἰς τὴν στρατὰν τοῦ μουντε-  
περιγιού. καὶ ἀναναίνει εἰς τὸ ἐπάνω μουντεκαλβέλλον.  
καὶ ἀποδίδει ἐπάνω τῆς καρέας. καὶ ἀπεκεί εἰς τὸ βυά-  
κιον. ἤτοι τὴν κεφαλὴν ποταμοῦ κερυάρι. καὶ ἀπέρ-  
χεται εἰς τὸν τορέλουπον. καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν βηδεῖ-  
σαν καμάραν τοῦ ἁγίου ἐλευθερίου. οὕτω τῶν συνό-  
ρων κάστρου τρωάδος. παρόντων τῶν ἀναγραφέντων  
ἀρχόντων παρὰ βασιλείου πρωτοσπαθαρίου κατεπάνου  
ἰταλίας τοῦ βοϊάνου ἐκκοπέντων. οἰκονομήθη παρ' αὐ-  
τοῦ. ὡς ἕως μὲν τῆς ἁγίας αὐγοῦστης ἐνδοθεν τῶν  
ἀναγραφέντων συνόρων. τοὺς οἰκίτορας τρωάδος δε-  
σπόζειν. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης ἐκκλησίας. καὶ ἕως τοῦ  
συνόρου σηπενδοῦ. κοινὴν τὸν τόπον τοὺς οἰκίτορας  
τρωάδος καὶ βακαρίτζας κατέχειν. νεμομένων ἀμφοτέ-  
ρων τοῦτον. καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων κτηνῶν. μηδὲν τὸ

et Byzantio Comitibus Curiae, Maragdo Domestico  
thematis, et multis aliis, loco diligenter designato, ta-  
liter terminos distinximus et stabilivimus. Sicut incipit  
a Camera S. Eleutherii, et vadit ad Travicellum, et  
descendit ad Mentinum, ubi surgit fluvius Gorgani, et  
inde iuxta fluvium descendendo vadit usque ad vineam  
Romani, et deflectit recta infra montem Aratum, et  
transit usque ad stratam Bivini ad flumen, et tenet  
stratam ad passus viginti usque ad fraxinum et ficum,  
et descendit flumen ad orientem, et ferit ad oratorii  
viam, et descendens iuxta flumen vadit ad collem Ra-  
biani, et relinquit ad sinistram antrum, et transit ad  
parvum collem usque ad duas pyros silvestres, et  
pergit iuxta unam pyrum usque ad bifurcam quercum,  
et pervenit ad ecclesiam S. Augustae, ubi praelium fuit  
sub Tornicio Contoleone Protospathario et Catapano  
Italiae, et pergit iuxta ipsam ecclesiam ad terminos Si-  
ponti, unde deflectens procedit serra ad locum ubi sur-  
git fons usque ad serram altam, et descendit per pratum  
usque ad tres quercus, quibus insculptae sunt cruces,  
et usque ad maiorem quercum quae habet tres cruces  
insculptas, ubi caput est fluvii Sandurii, et decurrit flu-  
vius et ducit usque ad transitum qui dicitur Muncarada,  
et vergit sinistrorsum, et vadit usque ad collem magnae  
summitatis, et tendit ad flumen dictum Lavella, et  
exscendit ad occidentem ad collem Carpineti, et vadit  
ad stratam montis Persigii, et ascendit supra montem  
Calvellum, et descendit ad nucem, et inde ad fluvium  
sive ad caput fluvii Cervarii, et ferit ad Torelupum, et  
coniungitur cum praedicta Camera S. Eleutherii. Di-  
visis ita finibus civitatis Troiae in praesentia supra-  
dictorum principum a Basilio Boiano Protospathario  
Catapano Italiae, constitutum ab ipso fuit, ut intra hos

ἐν κάστρῳ τῷ ἐτέρῳ κάστρῳ ἐπιδύτω. ὑπὲρ δὲ τῶν ἀπὸ ξένης παρὰ τινων τῶν οἰκητόρων βακαρίτζας καὶ τρωάδος εἰς αὐτὸν νέμεισθαι κτηνῶν συγχωρουμένων, τρεῖς μοίρας τὸ ὑπὲρ αὐτῶν λόγῳ νομίστρου καταναλίσμενον ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας γενέσθαι εὐδοκοῦμεν. τῶν δύο μὲν ἐκ τούτων μεριδίων. τοῖς τρωαδίταις παρεχομένων. τῆς τρίτης δὲ μερίδος. τοῖς βακαριτζιώταις παραχωρουμένης. μηδεὶς αὐτῶν ἔχοντος ἄδειαν πλέον τῶν εὐλόγως παρ' ἡμῶν τυπωθέντων. τὸ οἰοῦν ἀναλαμβάνεισθαι. καὶ πρὸς πιστωσιν τῶν ἐντυγχανόντων. ἀσφαλείαν δὲ τῶν τρωαδιτῶν καὶ βακαρυτζιωτῶν τὸ παρὸν ἐγγράφον ἐξετέθη. καὶ τῇ διὰ μολὺβδου συνήθει ὑολλη πιστωθὲν αὐτοῖς ἐπεδόθη. μηνὶ ἰουνίῳ ἰνδικτιῶνος δευτέρης. ἔτους ς φκζ'.

† ego Johannes de alfarana protospatrii testor.

† ego Bisantius ejusdem protospatrii custos ejusdem civitatis interfui.

† ego leo de maralda baiulus domini Imperatoris sum testis.

† ego stephanus cartularii matere testis sum.

† ego maraldus dapiferi provincie me subscripsi.

(Ex Paschalis Baffii Graeco apographo et latina interpretatione in maiori Neapolitana Bibliotheca adservatis.)

fines habitatores Troiae dominantur usque ad S. Augustam; sed a praedicta ecclesia usque ad terminos Si-  
ponti habitatores Troiae et Vaccaritiae communem pas-  
cendi animalia habeant locum, ita quod nec Vaccari-  
tienses Troianis, nec Troiani Vaccaritiensibus herbati-  
cum vel dent vel accipiant; et de omni herbatifico extra-  
neorum, quibus animalia pascere ibidem Troiani et  
Vaccaritienses concesserint, a praesenti die tres partes  
fieri volumus, quarum duas Troiani accipiant, et ter-  
tia Vaccaritiensibus cedat, et nemo audeat quicquam  
exigere ultra quam a nobis iuste stabilitum est. Et  
ad fidem legentium et ad securitatem Troianorum et  
Vaccaritiensium haec chartula condita, et assueto  
plumbeo nostro sigillo munita, illis tradita fuit, men-  
se iunio, indictione II, anno 6527.

## XIX.

(1021) — Mense Iunio — Indict. IV — Trani.

*Falco Turmarcha et Episceptiles civitatis Trani nomine Basilii Bugyani Catapani Italiae tradit coenobio Casinensi omnia bona, quae ad Maraldum Tranensem rebellem pertinebant.*

Preceptum Falci turmarche de terris in trane at-  
nullo abbati. Ex precepto basilij protospatrii.

In nomine domini quinquagesimo octavo anno im-  
perii domni basilij et domni constantini sanctissimis  
imperatoribus nostris. Mense iunio quarta indictio-  
ne. Ideoque ego falcus turmarcha. et episkeptij ex  
civitate trane. Clare facio quia domni basilij imperialj  
protospatharii. et catepano jtalie qui et bugyano dici-  
tur. demandavit mihi ut darem jn ipso sancto monaste-  
rio cujus vocabulum est sanctus Benedictus de monte  
casino. cui regimen tenere videtur domnus atenolfus  
gratia dei abbas omne rebus stabile que fuit maraldi  
rebellatorem falconi monachi ex predicta civitate quas  
ei pertinuit a supradicto genitori ejus et pro ipsa ge-  
nitrice ejus. tam de intus civitate traue quam et de

foras eadem civitate seu ubicumque. Unde ego qui  
supra falcus turmarcha secundum preceptionem de ipso  
domno catepano seniori nostro per hoc scriptum para-  
dosin. dedi atque tradidi. vice de jam dicto monaste-  
rio. Ad andreas monachus ex predicto sancto cenovio.  
omnem hereditate stavile quae fuit supra dicti maraldi  
quas ej pertinuit a supradicto genitori. et per ipsa ge-  
nitrice ejus. tam intus civitate trane quam et de foras  
eadem civitate. seu ubicumque cum trasitis et exitis  
suis. et cum omnia infra se habentibus sicut illud mihi  
disposuit atque demandavit ipse domno catepano se-  
niori nostro. Quam hac scriptum traditionis in supra-  
dicta ratione jussi scribere tibi disilo diacono et nota-  
rio. Actu mense et indictione supranominata. Falcon  
qui supra turmarcha.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXV verso, n. 139.)



XX.

1024—Mense Iannario — Indict. VII.

*Finium agri Troiani descriptio facta a Basilio Boiano Protospathario Catapano Italiae, ubi pleraque occurrunt, quae in altera descriptione edita heic sub n°. XVIII desiderantur, ac praesertim mentio de immunitatibus, et de tributo centum scyphatorum Imperiali Curiae quotannis persolvendo.*

Illis qui sunt de potestate et dominatu comitum Arianensium. voluntate predictorum comitum a francis se dividantibus. et ad partem victoriosi et sanctissimi imperatoris currentibus. hec civitas per multos et innumerabiles annos destructa. a nobis baiulis domini imperatoris restaurata et bene munita est. que civitas troia vocatur. et cum magno studio et velocitate eam habitare fecimus. Tunc vero rogati a concivibus civitatis sumus. ut fines et terminos tante civitati terrarum stabiliremus. et prefiguraremus. quorum petitionibus fidelissimis nostras aures applicantes. in presentia Iohannis de Alferana protospatarii. et bisantii eiusdem protospatarii fratris. qui est custos eiusdem civitatis troie. et leonis de maralda baiuli domini imperatoris. et stephani cartularii matere. et passeris. et bizantii comitum curie. et maraldi dapiferi provincie. et multorum virorum. ante quorum presentiam. taliter terminos troie prefiximus. Sicut incipit a camera. sancti eleuterii. et vadit ad locum. qui vocatur bitrascellum. et descendit ad aventinum montem. ubi surgit fluvius qui vocatur burganum. et inde iuxta fluvium descendendo. vadit usque ad locum qui dicitur trium virginum. et inde ascendit usque ad caput montis albani. et tendit ad montem aratum. et transit usque ad stratam bivini. et inde. usque ad fraxinum et ficum. sicut descendit et ferit ad viam francigenam. inde descendendo ad viam que ferit ad sanctam mariam de terenzano. et rediens ad sinistram usque ad flumen aquilonis. descendit usque ad transitum colounelli. et descendens per flumariam. pervenit usque ad civitatem que dicitur arpum. et a pede arpi. ferit ad caput faceoli. ubi est copia stincorum. et vadit usque ad locum qui vocatur antique ecclesie. ubi maxima petra est ficta. in loco ubi surgit fons. et tendens ad serram de stincis iuxta virgineolum ubi surgit aqua. et inde transit ad vadum fici ad flumen cervarii. et ascendens iuxta ipsum fluvium. vadit usque ad locum ubi lavella iungit se cum cervario. et ferit in media carpeneta in

strata montis ylaris in presignata quercu. et inde ascendens ad caput mallani descendit ad lavellam. et inde vadit ad caput montis maioris. et ferit ad speluncam ursarie. et descendit ad transitum nucis. et inde descendens ad valoncellum qui est caput fluvii cervarii. et ferit ad locum qui vocatur relupum. inde transiens. coniungitur cum predicta camera sancti eleutherii. Ita nos baiuli domini imperatoris divisimus fines civitatis troie. in presentia supradictorum dominorum principum. et basilii protospatarii italie de buiano. ut inter hos fines et divisa habitatores troie dominantur. Et hoc ideo tam benigne et large fecimus. propter bonam et rectam fidem quam habuerunt erga dominum imperatorem. et pro bono servitio quod ipsi exhibuerunt sub sanctissimo et victoriosissimo imperatore nostro firmiter concessimus. et dedimus supradicta loca et fines illis. quando vero hos fines et loca stabiliebamus. et. prenominata civitas a nobis cum comitibus fabricaretur. stratigoti per invidiam accusantes troianum populum dicebant nobis. Populus iste cui vos datis hos fines. fortis et durus est. qui omnes suos vicinos debellabit. et etiam principes sancti imperii interficiet. Verum nos cognoscentes eorum accusatorum malitiam. diximus quod troiani nec fecerunt nec facient contra voluntatem imperii sanctorum imperatorum nostrorum. sed potius pro amore imperii se morti tradiderunt. quando rex francorum cum toto exercitu suo venit et obsedit civitatem illorum. et ipsi fidelissimi ita obstiterunt regi. quod rex nichil eis nocere valuit. bene civitatem eorum defendentes. sicut servi sanctissimi domini imperatoris. et licet omnes res suas de foris perdidissent. propter hoc servitium domini imperatoris non dimiserunt. nec ab eius fidelitate discesserunt. Ob hanc igitur fidelitatem et bonum servitium. precepto domini imperatoris. dedimus eis largitatem hanc. ut ubicumque ipsi volunt in tota longobardia. que est sub nostra potestate. vendere vel emere aliquid sine plateatico. et commercio.

vendant et emant. et nunquam reddant aliquod tributum. frumenti. sive alicuius rei. neque faciant angariam. neque pro placito dent aliquid in curia. sed posita pace inter litigantes. nichil ab eis exigatur. et quia consuetudo est. ut fideles recognoscant dominum suum. et honorent. de suis bonis per unumquemque annum. centum skyphatos imperiali curie persolvant. et animalia illorum per longobardiam sine herbatico ubicunque volunt pascant infra prenomatos terminos. et troiani cum vacariensis usque ad terminos et fines siponti. comunem pascendi animalia habeant locum. ita quod nec vacarienses troianis. nec troiani vacariensis herbaticum vel dent vel accipiant. et quicumque extraneus sive troie sive vacaritie ad habitandum venit. sit sub eodem iure. et de omni herbatico extraneorum quod est comune inter troianos et vacaritienses. si fuerint cepta de herbatico quinque anima-

lia vel plus. semper ubi troiani habent quatuor animalia. vacaritienses habeant.... hec a nobis iuste imperio domini imperatoris stabilita et ordinata. nullus audeat mutare vel rumpere. et ad credulitatem legentium. hanc cartam. et ad firmamentum troianorum. et vacaritiensium hec scripta ordinavimus. et assueto plumbeo nostro sigillo sigillavimus. et firmavimus. et illis concessimus. mense Ianuario septima indictione. annis sex milibus quingentis triginta duobus. Constantino et Basilio fratribus regnantibus.

† ego Johannes de alfarana protospatrii testor.

† ego Bisantius ejusdem protospatrii custos ejusdem civitatis interfui.

† ego leo de maralda baiulus domini Imperatoris sum testis.

† ego stephanus cartularii matere testis sum.

† ego maraldus dapiferi provincie me subscripsi.

(Ex manuscriptis Paschalis Baffii in maiori Neapolitana Bibliotheca adservatis.)

## XXI.

(1026) — Mense Novembri — Indict. X — Tarenti.

*Leo Spatharocandidatus a secretis et iudex Longobardiae et Calabriae Bartholomaeo monacho et rectori monasterii S. Petri addicit praedium nuncupatum Muru Vetere, quo Cubuclisius per vim potitus fuerat.*

† Ο εὐλαύστατος μοναχὸς ναρθολομαῖος καὶ καθηγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου πέτρου παρόντων ἡμῶν ἐν τῷ κάστρῳ ταραντῆς κατὰ τὸν νομέμριον μῆνα τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος ἐνεκάλεσεν, ὅτι χωράφιον τῆς ἐπ' αὐτὸν μονῆς ἀνάρχω καὶ νιαία χειρὶ κατεκράτησε τὸ μέρος τοῦ κοινουκλεισίου ἐκείνου, ὅπερ καὶ νέμεται χρόνους οὐκ ὀλίγους· ἡγάγομεν δὲ καὶ τὸν κάμητα κύρτης εὐδόκιμον τὸν υἱὸν τοῦ κοινουκλεισίου· καὶ ἀπελογεῖτο ὡς ἴδιον τοῦτο κατέχειν, ἀλλ' ὁ καθηγούμενος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μοναχοὶ φανερώς ἤλεγξαν αὐτὸν, προκομίσαντες καὶ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ χωραφίου μὴ εἶναι ἴδιον τοῦ κοινουκλεισίου ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας τυγχάνειν διασφαῦσαν, καὶ κατὰπειθῆς γενόμενος ὁ εὐδόκιμος. καὶ μήτε δικαιωμα περὶ τούτου προκομίσας, μήτε εὐλογον τί ἔχων εἰς ἀντίρρησιν τοῦ τοιοῦτου χωραφίου ἀπέλαυνον οἱ μοναχοὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας τόπιον ὅπερ λέγεται μύρου ὑέτερε, τὸ κεῖμενον κατὰ ἀνατολὰς πλησίον τῆς σούδας, εἰς δὲ τὸ ὑβρεῖον μέρος πλησίον τῆς μικρᾶς θαλάσσης. καὶ δια τοῦτο τὸ παρὸν ἔγγραφον ἐπεδόθη τῇ μονῇ εἰς δικαίωσιν τῇ ὑπογραφῇ καὶ σφραγίδι ἡμῶν υἱαιωθὲν μηνὶ νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος δεκάτης.

† Religiosissimus monachus Bartholomaeus et rector monasterii S. Petri, praesentibus nobis in civitate Tarenti, mense novembri, decima indictione, conquestus est, quod territorium, subiectum ipsi monasterio, praepotenti ac violenta manu ex parte Cubuclisii usurpatum, diuque possessum fuit. Vocavimus autem in iudicium et Comitem Cortis Eudocimum filium Cubuclisii, et verbis se defendit, quod tamquam proprium illud possideret. Sed rector et cum eo monachi manifeste eum redarguerunt, afferentes etiam donationem territorii, qua ostendebatur illud minime esse Cubuclisii, sed ad ecclesiam pertinere. Et cum Eudocimus hoc sibi persuasisset, neque contra hoc instrumentum aliquod protulisset, nec habuisset quod opponeret de ipso praedio controverso, receperunt monachi illum ecclesiae locum, qui dicitur Muru Vetere, positum ab oriente prope Sudas, et a boreali parte iuxta mare parvum. Et propterea praesens scriptum in controversiae decisionem monasterio datum est, subscriptione et sigillo nostro roboratum, mense novembri, indictione decima.

† Λεων σπαθαροκανδηδάτος ἀσηκητῆς καὶ κριτῆς  
λαγγουαρδίας καὶ καλαυρίας οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα καὶ  
ἐσφράγισα.

† Leo Spatharocandidatus a secretis et iudex  
Longobardiae et Calabriae propria manu subscripsi et  
sigillavi.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis—n<sup>o</sup>. 7.)

## XXII.

1029 — Mense Aprili — Indict. XII.

*Ursenandus monachus presbyter monasterii Tarentini SS. Philippi et Nicolai vendit duobus aureis numismatis  
Ioanni Petri et Gemmae filio vineam desertam in loco dicto Monte Frese positam.*

† Signum manus ursinando mon. — Ἐν ὀνόματι τοῦ  
πατρος, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ προ-  
γεγραμμένος οὐρσενάνδος ἀναπρεσυντερος τῆς μονῆς τοῦ  
ἁγίου Φιλίππου καὶ τοῦ σοτηρίου πατρος ἡμῶν νικο-  
λάου· ἡ διακειμένη ἔνδον κάστρον τάραντος. ὁ τὸν τί-  
μιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον σὺν τῷ οἰκείῳ ὀνόματι ἰδιο-  
χείρως ποιήσας· ἐκουσία μου τῇ γνῶμῃ καὶ οἰκείᾳ προαι-  
ρέσει πιπράσκω πρὸς σέ· ἰωάννη τὸν υἱὸν πέτρου καὶ γέμ-  
μα τῶν ἀποικομένων· τὸ ἀμπέλιον ὅπερ ἀγώρακα πρὸ  
χρόνων εἰς τὸ μέρος τοῦ μόντεφρεσε ἀπὸ τῶν σῶν γο-  
ναίων· νυνὶ δὲ ἐρημάντελον ὑπάρχων διδωκίτος μου  
πρὸς σέ· καὶ τὸν ἀγῶρέον μου χαρτίον· εἰς τιμᾶς τὰς  
μεταξὺ ἡμῶν συμφωνηθείσας καὶ ἀρεσθείσας χρυσίου  
διαχαράγματα νομίσματα δύο σωτηρία ὀλβιότραχα·  
τὰ δὲ σύνορα καὶ ὁ περιωρισμὸς αὐτοῦ ἀμπελίῳ ὑπάρ-  
χει, καθὼς ἀγῶρές· χαρτὴ περιέχει ὃ δέδωκα πρὸς σέ.  
..... ἐγὼ δὲ δηλωθεὶς οὐρσενάνδος εἰς χεῖρας μου  
παρὰ χειρῶν σῶν τοῦ προῤῥηθέντος ἰωάννου δικαίαν καὶ  
συμφωνηθείσαν τιμὴν ἢ τοι τὰ τοιαῦτα δύο νομίσματα,  
δεδωκά σοι τὸ τοιοῦτον ἄμπελον καθὼς ἐστὶν ἐρημάδον  
ἂν μετὰ πάσης τῆς διακρατήσεως αὐτοῦ καὶ περιοχῆς  
σὺν εἰσόδῳ ἐξόδῳ καὶ δικαίῳ αὐτοῦ, εἰς τελείαν δεσπο-  
τείαν καὶ ἀναφαίρετον ἐξουσίαν σου τε καὶ τῶν σῶν κλη-  
ρονόμων. ὥστε ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας καὶ ὥρας ἔχειν  
σε ἐπ' αἰδίας πωλεῖν· χαρίζειν προῖξιν ἑναπογράφειν· καὶ  
εἰς ἰδίους κληρονόμους καὶ διαδόχους ἐκπέμπειν· καὶ ἐν  
αἷς ἂν προσῶποις βουλῇθεῖς δωρεῖσαι αὐτὸν ὡς κύριος  
καὶ ἐξουσιαστῆς. καὶ ὡς παρ' ἐμοῦ τοῦ προῤῥηθέντος  
οὐρσενάντου ἀναπρεσυντεροῦ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τοιοῦτου  
ἐρημαπέλου εἰληφότος σου· μὴ δυναμένου τινὸς τῶν  
ἀπάντων πρὸς τούτῳ ἀντιλέγειν, ἢ ἀντιπίπτειν· μήτε  
ἐμὲ· μήτε οἱ μετ' ἐμοῦ διάδοχοι· μήτε οἷος δέποτε ἄν-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Su-  
prascriptus Ursenandus abbas presbyter monasterii san-  
cti Philippi et servatoris patris nostri Nicolai, siti in  
civitate Tarenti, qui venerabilem ac vivificam crucem  
cum proprio nomine manu propria feci, spontanea  
mea voluntate et proprio consilio vendo tibi Ioanni, fi-  
lio Petri et Gemmae defunctorum, vineam, quam annis  
elapsis a tuis parentibus emi, sitam in loco Monte Fre-  
se, nunc desertam extantem, exhibente me tibi etiam  
emtionis chartulam, pro pretio inter nos convento  
et placito duorum aureorum numismatum asperorum  
signoque sanctae crucis inscriptorum. Fines et limites  
huius vineae sunt, sicuti continet emtionis chartula,  
quam tibi dedi. (Accipiens igitur) ego supradictus Ur-  
senandus in manus meas a tuis supradicti Ioannis ma-  
nibus iustum et conventum pretium, scilicet haec duo  
numismata, tradidi tibi ipsam vineam, sicuti est, de-  
sertam, cum omnibus pertinentiis et continentiis suis,  
cum introitu, exitu et iuribus ipsius, in perfectam  
dominationem et irrevocabilem potestatem tuam tuo-  
rumque heredum; ut ab hodierna die et hora eam  
possideas cum facultate vendendi, donandi, in dotem  
inscribendi, et in proprios heredes et successores trans-  
mittendi, et illam personis quibus volueris donandi,  
tamquam dominus et arbiter. Et ita a me praedicto  
Ursenando abbate presbytero dominium huiusmodi de-  
sertae vineae accepisti, ut nemini omnino liceat in hoc  
contradicere vel obsistere, nec mihi nec meis heredi-  
bus nec cuiquam unquam homini. Si autem, quod de-  
precor, aliquando, vel aliquo modo vel occasione, sub-  
vertere voluero praesentem venditionem, sive ego  
ipse, sive qui post me suscepturi erunt praeposituram

ἄρῳπος· εἰ δὲ ὅπερ καὶ ἀπεύχεται καθ' οἷον δίοτε τρέπον ἐν οἷῳ δίοτε καιρῷ θελήσω ἀνατρέψαι τὴν παροῦσαν πράσιν· εἴτε ἐγὼ αὐτὸς· εἴτε οἱ μετ' ἐμοῦ ὀφείλοντες ἄρχειν ἐν τῇ ἀγίᾳ καὶ δηλωθείσῃ μονῇ, κατὰτίθεμαι ζημιωθῆναι ἐγὼ τε καὶ οἱ ἐμοὶ διάδοχοι πρὸς σε καὶ πρὸς τοὺς σοὺς κληρονόμους· τὴν ῥηθείσαν τιμὴν ἐν διπλῇ ποσότητι· καὶ τὰς μελλούσας γειέσθαι ἐξόδους παρὰ σοῦ πρὸς τὸ εἰς υελτίονα ἔψιν ἀγαγεῖν αὐτον· καὶ εἴθ' οὕτως ὀχυρὰν καὶ νεβαίαν εἶναι τὴν παροῦσαν καὶ παρ' ἐμοῦ γηγονυῖαν ἔγγραφον πρᾶσιν· διὰ τὸ οὕτως ἀρσενθῆναι με· ἔγγραφει προτροπῇ ἐμῇ διὰ χειρὸς βασιλείου πρεσυυτέρου, μηνὶ ἀπριλίῳ ἰνδικτιωνος δωδεκάτης ἐν τῷ ςϜλζ' ἔτει παρουσίᾳ τῶν εὐρεθέντων καὶ ὑπογραφάντων μαρτύρων.

- † ἀναστασιος μαρτιρὼν υπεγραψα εἰκία χειρι.
- † ἰωαννης κήμης κορτης μαρτυρ υπεγραψα ἰδια χειρι.
- † λεον υιος υονη του βυγκοναλου μαρτηρον υπεγραψα.
- † νικολαος υιος πατολεστος τοποτεριτη μαρτηρον υπεγραψα.
- † κοσμας νικολαου κλιλσουριαρχο υιος μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis—n.º 8.)

sancti et praefati monasterii, mulctabimur, et solve-  
mus ego et successores mei tibi et heredibus tuis dictum pretium in duplam quantitatem, et expensas quas ipse facturus sis ut in meliorem aspectum vineam adducas. Et sic deinde validum et firmum maneat praesens venditionis instrumentum a me factum, propterea quod ita mihi placitum est. Scriptum rogatu meo manu Basilii presbyteri, mense aprili, indictione XII, anno 6537, coram testibus qui interfuerunt et se subscripserunt.

- † Anastasius testis subscripsi propria manu.
- † Ioannes Comes Cortis testis subscripsi propria manu.
- † Leo filius Bone de Bynconalo testis subscripsi.
- † Nicolaus filius Pantaleonis Topoteritae testis subscripsi.
- † Cosmas Nicolai Clilsuriarchi filius testis subscripsi.

### XXIII.

1032 — Mense Martio — Indict. XV.

*Pothus Protospatharius et Catapanus Italiae ex Argyrorum stirpe confirmat Basilio monacho Casinensi et praeposito coenobii Capuani possessionem praediorum in ambitu thematis Longobardiae, quae Basilius Mesardonites Italiae Catapanus et ipse olim praedicto coenobio confirmaverat, uti patet ex privilegio huius edito sub num. XIV.*

† σιγίλλιον γενόμενον παρὰ ποδοῦ πρωτοσπαθario καὶ κατεπάνου ἰταλίας τοῦ ἀργυρίου· καὶ ἐπιδόθεν ὑμῖν βασιλείῳ· τῷ εὐλαβεστάτῳ μοναχῷ τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τοῦ ἀγίου βενεδίκτου· τοῦ μουντε κασίνου· καὶ οἰκονόμῳ τοῦ ἀγίου βενεδίκτου τοῦ ἐνδοθεν καπύης· μηνὶ μαρτίῳ ἰνδικτιωνος ιε'.

Ἐπιπερ ὁ προδηλωθεὶς εὐλαβεστάτος μοναχὸς καὶ οἰκονόμος βασιλείος· σιγίλλιον προέκμισεν ἡμῖν βασιλείου πρωτοσπαθario καὶ κατεπάνου χρηματίσαντος ἰταλίας τοῦ μεσαρδονίτου εἰκονικῶς περιέχον τοὺς τε τύπους καὶ μετόχια αὐτοῦ ἅπερ δηλοῦντι εἰς τὴν διακράτησιν τοῦ κραταίου καὶ ἀγίου ἡμῶν βασιλείως λέγω δὴ ὑπὸ τὴν περιοχὴν δέματος λαγκυαρδίας ἐκράτει παρακαλὼν ἡμᾶς καὶ δεόμενος ἀπὸ τε ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἀδελφότητος τῆς

Sigillum factum a potho protospathario et catepano Italiae, qui et argyrio, et datum vobis basilio religioso monacho sacratissimo monasterio sancti benedicti ex monte casino, et preposito sancti benedicti qui est in-tus capue. mense martio, indictione XV. Quoniam qui-dem predictus religiosissimus monachus et prepositus basilius sigillum optulit nobis basilii protospatharii et catepani qui fuit italie mesardoniti, specialiter conti-nens loca et obedientia ejus que videlicet in pertinen-tia potentis et sanctissimi nostri imperatoris, dico nunc que sub circuito langobardie tenebat, exortans nos et

μονῆς πάσης, ὥστε ποιῆσαι καὶ ἡμῶν αὐτοῖς ἐπικυροτικὸν  
σιγίλλιον τῶν τοιούτων τοπίων καὶ μετοχιῶν, ὡς ἀκκα-  
ταπαύστωσι ὑπερευχομένους αὐτοὺς ὑπέρ τε τοῦ κραταιοῦ  
καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ φιλοχρί-  
στου στρατοῦ αὐτοῦ· ἐπὶ τουτοῦ κἀγὼ ἐν τῇ ζωῇ καὶ  
χαρᾷ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, ἐπικυρῶ  
τὸ τοιοῦτο σιγίλλιον αὐτῶν· ὡς ἂν καθὼς ἐκράτουν τῶν  
τοιούτων τοπίων ἐπὶ τε τοῦ μεσαρδονίτου καὶ τοῦ νοῦ-  
αῦ, πάλιν ὁμοίως κρατῶσιν αὐτῶν ἀπερικόπως καὶ ἀπὸ  
τοῦ νῦν, ὑπερευχόμενοι ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς μεγαλειότη-  
τος· ἡμῶν δὲ ἐν τῷ ρηθέντι σιγίλλῳ ρητῶς οὕ-  
τως· εἰς τὸ κάστρον τὰ λύσανα ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ κά-  
στρου ἐκκλησίᾳ ὁ ἅγιος βενεδικτος σὺν καὶ τῇ διακρα-  
τήσει αὐτοῦ· ἐρημάμπελα· καὶ χωραφιαῖοι τόποι, καὶ  
ἐξοδεῖν τοῦ αὐτοῦ καστρου, κατάλυμα οἰκίματος· ὁμοί-  
ως καὶ εἰς τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον λάβριν, τὸ βιουά-  
ριν ἐν ᾧ ἐκείσε ἴσταται· σὺν καὶ τῷ ἐτέρῳ βιουαριῷ τῷ λε-  
γομένῳ τοῦ ἁγίου βενεδικτου· πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ ὑπὸ  
τῇ διακράτησιν τοῦ κάστρου ασκουλου εἰς τὸ χωριον τὸ  
καλούμενον λαϊνιάνον, περιαύλια, χωραφιαῖοι τόποι, καὶ  
πηγάδιον· καὶ εἰς τὸν ποταμὸν τῆς μαλσάνας, ἕτερα  
περιαύλια· καὶ χωραφιαῖοι τόποι· καὶ εἰς τὸν τόπον τὸν  
λεγόμενον τοῦ ἁγίου ἰωαννου τοῦ ρούττα, περιαύλια  
χωραφιαῖοι τόποι· καὶ εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον τοῦ  
ἁγίου δεκορετζίου, χωραφιαῖοι τόποι· καὶ ἔξωθεν τοῦ  
κάστρου ασκουλου, ἀνωγο κάτω οἶκημα· ὅπερ ἀπεχα-  
ρίσατο εἰς τὴν εἰρημένην μονὴν τοῦ ἁγίου βενεδικτου μο-  
σχάτος ὁ τοῦ ρούττου ὁ ασχουλιτης, ὑπερ ψυχικῆς αὐτοῦ  
σωτηρίας· ὁμοίως καὶ εἰς τὸ κάστρον κανουσίου εἰς τὸ  
παλαιὸν καστρον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας μεγαλο-  
μαρτυρος εὐφημίας, ναὸν τὸν ἅγιον βενεδικτον καὶ ὑδρό-  
μυλον, καὶ χωραφιαῖους τόπους· καὶ εἰς τὴν διακράτη-  
σιν τοῦ καστελλοῦ μενερβίνου σπήλαιον καὶ ἐκκλησίαν  
τὸν ἅγιον σῶζοντα καὶ χωραφιαῖους τόπους· ὁμοίως καὶ  
ὑπὸ τῇ διακράτησιν τοῦ κάστρου τρανῶν εἰς τὸ χωριον  
τὸ καλούμενον ἄνδρας, ἐρημάμπελα, ἔχοντα καὶ ἐλαίας  
δένδρα κς', καὶ εἰς τὸ ρυάκιν τὸ λεγόμενον τῶν καλογέ-  
ρων, χωραφιαῖους τόπους· ταῦτα πάντα εὐρηχότες αὐ-  
τω διαλαμβάνοντα ἐν τῷ δηλωθέντι σιγίλλῳ τοῦ  
μεσαρδονίτου, ἐξεδέμεθα καὶ ἡμεῖς τὰ ὅμοια· ὅθεν καὶ  
πρὸς ἀσφαλεῖν τῆς δηλωθείσης εὐαγοῦς μονῆς, πίστω-  
σιν δὲ τῶν ἐντυγχανόντων, τὸ παρὸν σιγίλλιον ἡμῶν, τῇ  
διαμολύβδῳ νολλῇ ἡμῶν σφραγίσαντες, ἐπιδιδώκαμεν  
αὐτῇ, μηνὶ καὶ ἡμερᾷ τῇ ρηθείσῃ, ἔτους 596'.

obsecrans per se quidem et per fraternitatem mona-  
sterii cunctam, Ut faceremus et nos eis robustiorem  
sigillum hujuscemodis locis et obedientie eo quod in-  
deficienter abundant orantes pro potente et sancto no-  
stro imperatore, et pro universo exercito ejus a chri-  
sto dilecto Idcirco et ego in vita et gaudio potentis et  
sancti nostri imperatoris, affirmo hunc sigillum eorum.  
Ut quemadmodum tenebant hoc locorum sub mesar-  
donite et bujano rursum similiter teneant eas absque  
sectatione, et amodo, orantes pro imperiale magnitu-  
dine. leguntur autem in predicto sigillo clare ita. in  
civitate lisene foras ejusdem civitate ecclesiam sancti  
benedicti cum pertinentia sua, vinea deserta, et ter-  
ra, et intus ipsius civitatem. Casalimum domui, et in  
fluvio laurum, piscaram que ibi stat. cum ipsa alia  
piscaria que dicitur de sancto benedicto, insuper et  
sub pertinentia de asculu. in casale de lanniano, cur-  
ti. terre. et fontanam. et in amnem malsanam alie  
curti, et terre. et in sancto johanne de rutta, curti,  
terre, et in sancto decoritie. terre et intus de asculu,  
casam super orreum et sub orreum, quam donabit ad  
eandem ecclesiam sancti benedicti moschatus filius ro-  
tari, pro anima sua. et in canusio ad civitatem vete-  
rem. juxta sancta eufimia. ecclesiam sancti benedicti,  
et molinum aquarium et terre, et sub menerbino, spi-  
luncam et ecclesiam sancti salvatoris et terre. et sub  
trane in loco andre. vinee deserte habentes et olive  
arvorea XXVII. et ad riale quod dicitur de mona-  
chis, terre. hec omnia repperientes ita continentem in  
predicto sigillo de mesardoniti, fecimus et nos simili-  
ter. Unde et pro securitate illorum.

(Ex originali membrana bilingui Archivi Casinensis—n.º 9.)

# EIUSDEM RECENS VERSIO

† Sigillum factum a Potho Protospathario et Catapano Italiae ex Argyrorum stirpe, et datum vobis Basilio religiosissimo monacho sacratissimi monasterii sancti Benedicti in Monte Casino, et oeconomo sancti Benedicti intus Capuam. Mense martio, indictione XV.

Quoniam praedictus religiosissimus monachus et oeconomus Basilius protulit nobis sigillum Basilii Protospatharii et Catapani Italiae, Mesardonitae appellati, peculiari descriptione continens loca et metochia ipsius, quae videlicet in ditione sunt potentis et sancti Imperatoris nostri, nempe ea, quae (*dictum monasterium*) possidebat in ambitu thematis Longobardiae, advocans nos et orans, nomine suo et pro fraternitate totius monasterii, ut eis faceremus et nos confirmationis sigillum de ipsis locis et metochiis, eo quod indesinenter orant pro potente et sancto nostro Imperatore, et pro omni suo exercitu Christi studioso; idcirco et ego pro gaudio et vita potentis et sancti nostri Imperatoris confirmo hoc ipso sigillum, ut quemadmodum possederunt praedicta loca sub Mesardonite et Boiano, iterum similiter possideant ea sine molestia et a praesenti die, orantes pro magnitudine Imperiali, cum afferrent in praedicto sigillo haec diserte expressa: in civitate Lesina, extra eandem civitatem, ecclesiam sancti Benedicti, etiam cum pertinentia sua, vineas desertas et prae-

dia; et intus eandem civitatem diversorium ad hospitandum: similiter et in fluvio, qui dicitur Laurus, vivarium inibi extans, cum altero vivario, quod dicitur sancti Benedicti: insuper et in pertinentia civitatis Asculi, in loco dicto Lanniano, stabula, praedia et puteum: et apud flumen Malsanae alia stabula et praedia: et in loco qui dicitur sanctus Ioannes Ruttae, stabula (*et*) praedia: et in loco qui vocatur sancti Decurrentii, praedia; et intus civitatem Asculi domum cum parte superiori et inferiori, quam praedicto monasterio sancti Benedicti donavit Moschatus filius Rotti de Asculo, pro salute animae suae: item et in civitate Canusii, in Castro veteri, prope templum magnae sanctae martyris Euphemiae, ecclesiam sancti Benedicti, et molendinum aquarium, et praedia: et in pertinentiis civitatis Minervini speluncam et ecclesiam sancti Salvatoris, et praedia: item et in pertinentiis civitatis Tranensis, in loco dicto Andra, vineas desertas habentes olivarum arbores septem et viginti: et in rivo dicto Calogerorum praedia. Haec omnia cum invenissemus ita comprehensa in praedicto sigillo Mesardonitae, edidimus et nos aliud simile. Quamobrem et pro securitate dicti sancti monasterii, et ad fidem faciendam lectoribus, praesens sigillum nostrum, signatum plumbea bulla nostra, dedimus eidem (*monasterio*), mense et indictione praedicta, anno 6540.

## XXIV.

1032 — Mense Iulio — Indict. XV.

*Ursus Benenatus donat legati nomine Mariae libertae praedium vocatum Unianum, positum in loco Lini prope hospitium ecclesiae S. Donati.*

† σιγνον οὔρου τοῦ υνενάτου. Ἐν ἐνύματι τοῦ πατρός καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ προγεγραμμένος οὔρος ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρον ἰδιοχείρως προτάξας· ἔκουσί μου τῇ γνώμῃ καὶ οἰκείᾳ προῶρεσει παρέχω ἀπ' ἐντεύθεν ἤδη ὑπὲρ ψυχῆς μου σωτηρίας εἰς μαρίαν τὴν ἀπελεύθερόν μου γενομένην ἀπὸ τῆς ἐμῆς διαπρατήσεως εἰς τὸ χωρίον οὐνιάνον λόγῳ λεγόμενον αὐτῆς τοποθέσειον λινοῦ πρὸς τὸ δισικὸν μέρος τοῦ ὁσπητίου τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου δωνάτου. . . Ἰσα τοῦ

† Signum Ursi Benenati. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Superscriptus Ursus, qui venerandam ac vivificam crucem propria manu praeposui, mea sponte et proprio consilio, iam nunc trado, pro spirituali salute mea, Mariae, quae mea liberta facta est, ex mea in agro Uniani possessione, pro eius legato, locum (*dictum*) Lini, ad occasum hospitii ecclesiae sancti Donati... secus ipsum hospitium a meridie ad boream, usque in publicam viam; et ab orien-

ταούτου ἐσπητίου ἀπὸ νότου πρὸς νορῶν. καὶ μέχρι τῆς  
 δημοσίας ὁδοῦ καὶ ἀπὸ ἀνατολῆς πρὸς δύσιν μέχρι τῆς  
 χώρας ἰωάννου τοῦ ἀνεψιῦ μου· παρέχω δὲ πρὸς αὐτῇ·  
 καὶ μορίαν. . . . αὐτὸ χωρίον οὐνιάον τὸ ἐν εἰς τὸν κῆπον  
 τῆς συκῆς τῆς λαμπαδαρίας· τὸ δὲ ἄλλο πλεσίον τοῦ  
 ὁσπητίου του μεγάλου· ἔχουσα τοῖνυν ἀπ' ἐντεῦθεν ἤδη  
 ἐπεξουσίως κτᾶσθαι χρᾶσθαι νέμεσθαι πωλεῖν χαρίζειν  
 νελτιοῦν· προεῖν ἐναπογράφειν, καὶ εἰς ἰδίους κληρονόμους  
 καὶ διαδόχους αὐτῆς καταλιπεῖν· καὶ πάντα πράττειν  
 ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῇ καὶ . . . . . τρόπου.  
 εἰ δέ τις ἀπὸ τῶν ἐμῶν κληρονόμων νουληθῇ ἀνατρέψαι  
 τὴν τοιαύτην ψυχοφελὴ ὀφέλειαν· ἵνα ἔχει τὴν ἀρὰν  
 τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ἑκτὼ ἀγίων καὶ θεοφύρων πα-  
 τρῶν ζημιούσθω δὲ οὗτος καὶ πρὸς τὸ βασιλικὸν νεσπηά-  
 ριον λογῶ προστήμῳ καὶ παρανάσει τοῦ τιμίου σταυ-  
 ροῦ, χρυσοῦ διάχαράγματα νομισματα δώδεκα· ἔστω  
 καὶ ὁ παρὼν χαρτίον κεκυρωμένον· διὰ τὸ οὕτως ἀρεσθῆ-  
 ναι με· ἐγράφει προτροπῇ ἐμῇ καὶ χειρὶ βασιλείου πρε-  
 συτέρου μητρί ἰουλίου ἰνδικτιωνος ιε'. ἐν τῷ ςΦμ' ἔτει  
 παρουσίας τῶν εὐρεθέντων καὶ υπογραψάντων μαρτύρων.

† κοσταντίνος υἱὸς πετρου μαρτυρ υπεγραφα ἰδία  
 χηρι.

† ἰωάννης ἀνεψιος Θεοδωρου τοῦ Θεριου μαρτυρ υπε-  
 γραφα.

† ego niciforo diaconu teste sum.

† αχανυς υἱος ασχουνυ μαρτυρ υπεγραφα.

† κωνσταντίνος υἱὸς σισιννιου μαρτυρ υπεγραφα ἰδία  
 χηρι.

(Ex originali membrana Archivi Casinensis — n.º 10.)

te ad occasum usque ad territorium Ioannis consob-  
 rini mei. Trado insuper ipsi sycomoros (*consitas in*)  
 ipso agro Uniani, unam in horto ficus de Lampa-  
 daria, et aliam prope hospitium maius. Habeat igitur  
 iam hinc potestatem possidendi, fruendi, colendi,  
 vendendi, donandi, in melius provehendi, in dotem  
 constituendi, et suis heredibus et successoribus re-  
 linquendi, et omnia ibidem faciendi prout ei visum  
 erit, et (*quavis alia*) ratione. Si quis vero ex meis  
 heredibus voluerit subvertere huiusmodi chartam  
 spiritualis utilitatis, habeat maledictionem a trecentis  
 decem et octo sanctis et divinis Patribus, mulctetur  
 vero iste et apud Imperiale Vestiarium, ratione  
 poenae et ob contemptionem venerabilis crucis, aureis  
 inscriptis numismatis duodecim. Sit et praesens instru-  
 mentum firmum, propterea quod ita mihi placuit.  
 Scriptum rogatu meo et manu Basilii presbyteri,  
 mense iulio, indictione XV, anno 6540, coram testi-  
 bus qui interfuerunt et subscripserunt.

† Constantinus filius Petri testis subscripsi propria  
 manu.

† Ioannes consobrinus Theodori de Therio testis  
 subscripsi.

† Achanis filius Ascuni testis subscripsi.

† Constantinus filius Sisinnii testis subscripsi pro-  
 pria manu.

## XXV.

( 1032 ) — Bari.

*Basilius de Crommyda miles loricatus et primus mandatorum Imperialis exercitus vendit solidis quatuor et viginti  
 Nicolao de Sancta Aecaterina domum in civitate Barensi positam.*

† σιγγον χιρος βασιλίου. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος  
 καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ προαναφερό-  
 μενος βασιλεὺς ὁ του κρομμυδοῦ ὁ λορικᾶτος· καὶ πρω-  
 τομνηδατωρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ἀρμαμένων· ἀπὸ τῆς  
 Θεοφυλακτου πόλεως ἐρμώμενος· ὁ τον τίμιον καὶ ζω-  
 οποιον σταυρον συν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἰδιοχειρῶς ποιή-  
 σας· τὴν παρούσαν ἐκούσιον κατὰ θέσιν καὶ τελίαν διά-

† Signum manus Basilii. In nomine Patris, et Fi-  
 lii, et Spiritus Sancti. Ego praefatus Basilius de Crom-  
 myda, loricatus miles et primus mandatorum Impe-  
 rialis exercitus, ex urbe a Deo protecta profectus,  
 qui honorandam et vivificam crucem meumque no-  
 men propria manu signavi, praesens instrumentum  
 perfectae venditionis de mea voluntate facio et tra-



πρασιν ἐκτίθηναι καὶ ποιῶ πρὸς σὲ νικολαον τὸν ἐπι-  
 γόμενον τῆς ἀγίας ἀκατερινῆς ἐπὶ ὑποδεσει τοιαύτη·  
 ἐπὶ περ ἐκ θεοῦ ὀδηγουμένος υἱοῦ βασιλῆος πρωτοσπαθαρῖος  
 κατεπανος χρηματίτας ἰταλίας ὁ βοιω, ἡλέτρε με καὶ  
 χάριν μικρῆς παραμυθίας πρὸς ἀντιστήκωσιν δηλονότι  
 πασῶν μου τῶν δουλιῶν ὧν. ἐποίησάμην. ἐπὶ τῆς πρά-  
 ξεως αὐτοῦ πρὸς τὸ μέρος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἀγίου ἡ-  
 μῶν υἱοῦ βασιλέως· ὃ τε καὶ καιρὸς ταῦτα ἡπαίτει, ἔδωρή-  
 σατό μοι καὶ ὡς καὶ τὸ σιγίλλιον αὐτοῦ περιέχει, τὸ  
 καλῶν τὸ ἐν ἔνδοθεν τοῦ καστρου νάρεος· ἀντικρὺ τῆς  
 παναγίας τῆς μετίξεως καὶ σύνεγγυς τοῦ λουτροῦ τῆς  
 αὐτῆς· καὶ ἐκράτησα αὐτοῦ μέχρι τῆς ἰδ' ἰνδικτιονος·  
 κατὰ δὲ ταύτην ὁμοίως ἐκ θεοῦ ὀδηγηθῆς καὶ ποθος ὁ  
 υπερευγενεστάτος πρωτοσπαθαρῖος κατεπανος ἰταλίας  
 ὁ ἀργυρος καὶ ἀυθεντῆς ἡμῶν πρόσπεκίρυσέ μοι καὶ  
 αὐτὶς διὰ τιμίου σιγίλλιου αὐτοῦ τὸ δηλωθὲν πρωτο-  
 τυπὸν μου σιγίλλιον· καὶ ὡσαύτως ἐκράτησα αὐτοῦ καὶ  
 ἔδωκα κυρίως καὶ ἀυθεντῶς ἀπὸ τῆς ε' ἰνδικτιωνος  
 καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἀπερικύπως καὶ ἀνεπιφωνή-  
 τως, καὶ ὡς ἐστὶ περιεκτικῶς καὶ ἐξ ολοκληρου, ἔχον  
 εἰς μὲν τὸ πλατὸς πηχεῖς ἑπτὰ· εἰς δὲ τὸ μᾶκρος πηχεῖς  
 ἑξ· ἐπὶ τούτῳ νυν· διὰ τὸ δοῦναι μοι ἀνελεῖν με εἰς τὴν  
 ἐνεγκάμην, τούτου χάριν ἀπαμύνησα τὸ τοιοῦτον  
 ὅλον καλῶν μου πρὸς σὲ τὸν δηλωθέντα νικολαον εἰς  
 τιμὰς τὰς μεταξὺ ἡμῶν συμφωνηθεῖσας καὶ ἀρεσθεῖσας  
 νομισματὰ ἑικοσι τέσσαρα σωτήρια, ἃ τίνα καὶ ἀνελα-  
 βήμην ἀπὸ χειρὸν σου εἰς χεῖρας μου ἐνωπιον τῶν υπο-  
 γραφάντων μαρτυρῶν ἐπὶ τελεῖα ὡς εἴρηται πράσει καὶ  
 ἀποκοπῇ· ὥστε ἀπο τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἐξῆς ἅπαντας  
 καὶ διηγεῖς χρόνους, ἔχῃν σὲ τὸν δηλωθέντα νικολαον  
 καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις ἐπ' αἰεὶς τῆς τοιαύτης κα-  
 λήβης κρατεῖν καὶ δεσπόζειν· πωλεῖν χαρίζῃν ἐναλλάσ-  
 σειν προεῖν ἐγκαταγράψῃν, ἐν ἱεροῖς τοποῖς προσενέγκαι·  
 καὶ ἀπαξ ἀπλῶς πάντα ποιεῖν ἐξ αὐτῆς ὡς ἀργυρω-  
 νήτου ἤδη ὄντος σου, καὶ ὡς παρ' ἐμοῦ τοῦ κυρίου  
 αὐτῆς τὴν ἐξουσίαν εἰληφωτος σου· μήτε παρ' ἐμοῦ  
 καὶ τὸν κληρονόμων μου ἢ τοῦ ὅλου μέρους μου ἐκζη-  
 τοῦμενος ἢ περικοπτόμενος εἰς αὐτό· εἰ δὲ γε ποτε  
 καιρῶ· ἢ χρόνῳ· εἴτε ἐγὼ αὐτὸς εἴτε τις τοῦ μέ-  
 ρους μου πρὸς διαστροφὴν τῆς παρούσης ἐκουσίῃ μου  
 διαπράξεως φανῶμεν κίνησιν ποιοῦντες ἢ ὅλως ἀνα-  
 τρέψαι αὐτὴν βουλόμενοι, ἢ μὴ ὅλην τὴν τιμὴν αὐ-  
 τῆς ἀπολαβεῖν ἡμᾶς παρὰ σοῦ λέγοντες, εἰ τί τινα  
 ἐτέραν πρόφασιν κατ' αὐτῆς προσράπτοντες, εἴτε δι'  
 ἡμῶν αὐτῶν, εἴτε δι' ἐτέρων ὑποβολιμαίων προσώπων

do tibi Nicolao, dicto de S. Aecaterina, hac de  
 causa. Quoniam divinitus adiutus Basilius Boio, Pro-  
 tospatharius Catapanus Italiae, mei misertus est, ut  
 aliquod solatium mihi afferret, scilicet ob remunera-  
 tionem omnium servitiorum, quae ipsi praestiti, in  
 munere quod ille gerebat, pro parte potentis et sancti  
 nostri Imperatoris, quum temporis ratio id postulabat,  
 concessit mihi, ut continetur in eius diplomate, do-  
 mum, quae est intra civitatem Barri e regione eccle-  
 siae Sanctissimae Deiparae de Metizzia, et iuxta eius-  
 dem ecclesiae Baptisterium; eamque domum possedi  
 usque ad XIV indictionem. Hac autem eadem in-  
 dictione currente, Pothus Argyrus nobilissimus Pro-  
 tospatharius Catapanus Italiae et dominus noster,  
 similiter et ipse a Deo afflatus, praedictum meum pro-  
 totypum diploma venerando suo diplomate mihi con-  
 firmavit; ac pariter ipsam domum tenui ac possedi  
 tamquam dominus et proprietarius a V indictione  
 usque ad praesentem diem, nemine impediante aut  
 reclamante, integram, et hoc ambitu comprehensam,  
 habentem scilicet in latitudine cubitos septem, in lon-  
 gitudine cubitos septem et decem. Nunc vero quia  
 statui in patriam reverti, ideo integram huiusmodi  
 domum vendidi tibi praedicto Nicolao pro pretio in-  
 ter nos pacto et convento quatuor et viginti solidorum  
 labarum excusum habentium, quos de tuis in meas  
 manus recepi in praesentia subscriptorum testium pro  
 perfecto pretio, ut dictum est, venditionis et ces-  
 sionis, ut amodo et in omne deinceps futurum tem-  
 pus tu praedictus Nicolaus simul cum tuis here-  
 dibus habeas in tua potestate huiusmodi domum, cum  
 facultate tenendi, possidendi, vendendi, donandi, per-  
 mutandi, in tabulis dotalibus scribendi, piis locis of-  
 ferendi, et, uno verbo, omnia de eadem faciendi,  
 utpote qui pecuniae solutione ipsam comparasti, et  
 a me ipsius domino proprietatem accepisti; nec de  
 eadem domo sive a me ipso, sive a meis heredi-  
 bus, sive a quocumque de mea cognatione impe-  
 dimentum aliquando aut molestia tibi exhibeatur.  
 Quod si unquam aut ego ipse, aut aliquis de mea  
 cognatione, ad labefactandam praesentem a me sponte  
 factam venditionem quidquam moliamur, aut ipsam  
 omnino rescindere velimus, sive integrum ipsius pre-  
 tium abs te recepisse negantes, sive quemcumque  
 alium praetextum obtendentes, sive per nos ipsos,

ἀσφαλιζομαι ἡμεῖς καὶ τὸ πατ' ἡμεῖς μέρος τὴν μὲν τοιαυ-  
τὴν τιμὴν αὐτῆς τῶν καὶ νομισμάτων ἀντιστρέφειν  
ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς ἢ τὸ καὶ ἡμᾶς μέρος εἰς τὸ διπλά-  
σιον· καὶ ἀπαιτῶμαι καὶ χάριν προστίμου λόγῳ μὲν  
ἡμῶν νομίσματα τριάκοντα· λόγῳ δὲ τοῦ βασιλικοῦ  
πραυτωρίου ἕτερα νομίσματα τριάκοντα· παρέχοντας  
ἡμῖν καὶ τὰς ὀχλήσεις πάσας· καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων  
ἑξέδους, εἰδ' οὕτως πάλιν στερεὰ καὶ εὐπρόσδεκτος πα-  
ρὰ τῷ δικαστηρίῳ ἢ παροῦσα μου ὑπαρχει· ἐκούσιος  
καὶ βέβαιος καὶ ἀσφαλὴς διάπρασις· ὡς προστάζει τοῦ  
προδηλωθέντος αὐθέντου ἡμῶν πωλήσας σοι αὐτό,  
τοῦ καὶ οἰκείῳ στόματι αὐτοῦ περὶ γείλαντός σε ἀ-  
γοράσαι τὸ δηλωθέν καλὴν ἀφάβως καὶ ἀσκέπτως,  
ὡς ἀπ' ἀρχῆς τῆς ἐ' ἰνδικτιωνος ἀπὸ τοῦ βοιωῶ ἀπε-  
ρικοπῶς κρατησαντος μου αὐτό· καὶ ὡς ὁμοίως προσ-  
τάζει αὐτοῦ ἀναχωρήσας ἀπὸ τῶν ὧδε εἰς τὴν πα-  
τριδα μου· ὅθεν καὶ πρὸς πληροφορίαν πάντων τῶν  
ἐντυγχανόντων, τὴν τοιαυτὴν καθάραν καὶ τελείαν  
μου διάπρασιν γράφειν ἔδεχθην διὰ χειρὸς ὀρίστου βα-  
ρεὸς ἐνωπιον τῶν παρακλητῶν ἡμῶν υπογραφάντων ἀρ-  
χόντων μαρτύρων.

† κωνσταντίνος προξένος οπαζήτης παρὶν ἐπὶ τῇ  
δοσι τῶν καὶ νομισμάτων καὶ μαρτυρὴν υπεγράφα ἰδιω-  
χειρῶς.

† πετρος υἱὸς γρομάλδου πρωτοπαπᾶς υπεγράφα.

† ευσταθίος τοποκηρυχτής ὁ γρομάλδου παρὶν ἐπὶ  
τῇ δώσει τῶν καὶ νομισμάτων· μαρτυρὴν υπεγράφα ἰδιο-  
χειρῶς.

† ego petrus imperiali criti.

† νηκολαὸς κομῆς κορτῆς μαρτύρων υπεγράφα.

† στεφάνος κομῆς κορτῆς υπεγράφα ἰδιοχειρῶς.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 95.)

sive per alias supposititias personas, praesenti in-  
strumento ego ipse et mea cognatio cavemus de du-  
plo ipsius pretii quatuor et viginti solidorum tibi  
tuaeve cognationi reddendo, ac poenae nomine sol-  
vere debeam tibi solidos triginta, et Imperiali Prae-  
torio tantundem, tum etiam omnes lites litiumque  
expensas praestare, et nihilominus rata et firma in iu-  
dicio permaneat huiusmodi spontanea, certa et explo-  
rata venditio, utpote quam tibi feci de mandato prae-  
dicti domini nostri, qui et tibi ore proprio manda-  
vit, ut praedictam domum sine timore aut dubita-  
tione emereres, quandoquidem ab ipsa V indictione  
ineunte, nemine reclamante, illam possederim ex  
Boii concessione, ac similiter de eiusdem Argyri man-  
dato potestas mihi facta sit in patriam remigrandi.  
Quapropter ad maiorem fidem omnium qui lecturi  
sunt, hoc purae et perfectae venditionis instrumen-  
tum rogatu meo scripsit Orestes de Bario coram sub-  
scriptis proceribus testibus a nobis requisitis.

† Constantinus Proximus Opazenus, praesens in  
traditione XXIV solidorum, testis propria manu sub-  
scripsi.

† Petrus filius Grimaldi protopapae subscripsi.

† Eustathius Topoterites filius Grimaldi, praesens  
in traditione XXIV solidorum, testis propria manu  
subscripsi.

† Ego Petrus Imperialis Iudex.

† Nicolaus Comes Cortis testis subscripsi.

† Stephanus Comes Cortis propria manu subscripsi.

## XXVI.

1033 — Mense Februario — Indict. I.

*Leo Tarentinus filius Ischanacii Comitis quinque numismatis aureis vendit Theophylacto dicto Chimariae duo  
praedia vinealia sub Rascla posita, quae eidem Leoni obtigerant ex paterna hereditate.*

† σίγνον λέοντος υἱοῦ ἰσχανακίου κόμητος.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου  
πνεύματος· ὁ προγεγραμμένος λέων υἱὸς ἰσχανακίου κόμη-  
τος τοῦ ἀπὸ τοῦ καστρου ταραντός· ὁ τὸν τίμιον καὶ  
ζωοποιὸν σταυρὸν συν τῷ οἰκείῳ ὀνόματι ἰδιοχείρως

† Signum Leonis filii Ischanacii Comitis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Su-  
prascriptus Leo filius Ischanacii Comitis de civitate  
Tarenti, qui venerandam ac vivificam crucem cum  
proprio nomine manu mea exaravi, sponte mea et

ποιήσας· ἐκουσία μου τῇ γνώμῃ καὶ οἰκείᾳ προαίρεσει  
πιπράσκω προς σέ· θεοφύλακτον τὸ γένει τῶν ἑβραίων  
τὸν λεγόμενον χιμαρίαν· χώραν υἱιαλίων δυὼν τῶν ἀνα  
πεντήκοντα ὀρδίων τετραχῶς ἀπὸ τῆς ἐμῆς μερίδος ἐκ  
πατρικῆς μου κληρονομίας εἰς τὴν διάκράτησιν τοῦ ἁ  
γίου ἀγγέλου τοῦ ὑπο τὴν ράσκλαν διακειμένης· εἰς τι  
μᾶς τὰς μεταξὺ ἡμῶν συμφωνηθείσας καὶ ἀρετθείσας  
χρυσίου διάχραγματα νομίσματα πέντε ρομανάτα ὁ  
τυρ † παπα λεὸ υἱσκομης μαρτυρ † εγράφη χειρὶ  
νικητῆτος ἱερέος καὶ νοταρίου μηνι ἰουνίος εἰς τὰς κδ·  
ἡμερα πεμπτή· ετους ςχς· ἰνδικτιωνι ς· τὸ αὐτῶ  
χρόνο ἐκάλει ὁ κομης ρουγγέρης ἀπάνο τῆς κάπουας †.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.<sup>o</sup> 16.)

octo et decem divinis Patribus, et separatus sit a chri-  
stianorum communione; tum poenae nomine solvat  
Praetorio numismata sex et triginta, et invitus ta-  
ceat. Actum coram testibus: † Elias filius Oti de  
Sasso testis. † Iacobus Maraldus testis. † Conti-  
nus testis. † Presbyter Constantinus filius presbyteri  
Dominici testis. † Presbyter Leo Vicecomes testis. †  
Scriptum manu Nicetae presbyteri et notarii, die  
XXIV mensis iunii, feria V, anno 6606, indictione  
VI, quo tempore Comes Rogerius obsidebat Capuam.

## LXVI.

(1098) — Mense Iunio — Indict. VI — Constantinopoli.

*Alexius Comnenus Imperator spondet Oderisio abbati Casinensi se, non secus ac superioribus temporibus,  
opem laturum Francis, eique suum epiloricum deauratum ut pignus benevolentiae mittit.*

Epistola alexii jmperatoris. ad oderisium abbatem  
primum.

Quanta imperio nostro scripsistis venerabilissime  
ac sapientissime serve dei abbas cenobi casinensis; di-  
dici. Declarabat autem vestra epistola honorem atque  
laudem imperi mei. et omnipotentis quidem atque  
misericordis dei nostri est in me et in subiectis no-  
stris propitiatio maxima. et beneficia eius innumerabi-  
lia. Et ipse quidem per eius misericordiam honoravit  
imperium meum. atque exaltavit gratis. Ego autem  
non solum quod nil boni habeo in me. sed maxime  
quia super omnes homines pecco ad eum cotidie. ut  
longanimis atque misericors miseretur atque sustinet  
meam infirmitatem. vos autem ut boni atque virtute  
pleni indicatis me peccatorem sicut bonum. et vos  
quidem habetis proficuum adeo imperium meum cum  
laudatur dignum laudis opus non habens; in condem-  
nationem suam laudes possidet. ut autem adiutorium  
praebeatis forte rogo; exercitui francorum designabat  
vestrae prudentissime apices. sit inde certa vestra ve-  
nerabilis sanctitas. quoniam ita dispositum fuit super

eos imperium meum. et ita omnibus modis adiuva-  
bit atque consiliabit eos; et secundum posse suum coope-  
ratum est in eis; non ut amicus vel cognitus sed ut  
pater. et tale expendium fecit in eis. quem non po-  
test aliquis numerare. Et nisi imperium meum ita  
apertum fuisset in eis. et adiuvasset eos post deum.  
quis alter adiutorium praebuisset eis; et neque ite-  
rum piget imperium meum auxilium dare eis. et gra-  
tia dei bene prosperantur usque hodie in servitio quo  
in ceperunt. et in antea prosperabuntur quousque  
bona intentio praecedat eos. Multitudo ex equitibus  
atque pedestribus ivit ad eterna tabernacula. horum  
alii interempti alii mortui sunt; beati quidem sunt ut  
in bona intentione somnum mortis dantes. propterea  
minime oportet nos illos habere ut mortuos sed ut vi-  
vos. Et in vitam aeternam atque incorruptibilem  
transmigratos. In exemplum vere fidei atque bone  
dispositionis circa vestrum monasterium imperii mei;  
misit unum epiloricum de dorso suo oxydeauratum.  
Missa est mense junio indictione sexta. A sanctissima  
urbe constantinopoli.

(Ex Reg. Petri Diac. — Fol. LXVII, n. 146.)



1099 — Mense Februario 19 — Indict. VII.

*Robertus Caciani dominus fundum donat monasterio S. Mariae de Pertusia.*

† σήμερον χειρὸς ραμυέρτος αὐθέντι τοῦ κακιάνου. ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν ἐποίησαν ἰδίᾳ ημῶν βουλῇ· ἔδωκάν ἐγὼ ραμυέρτος εἰς τὴν ἁγίαν θεοτοκὸν τὸ μοναστηρὶον τῆς περτοῦσας· τὸ χωράφιον τῷ ἵπτον του ἰωαννου τοῦ αλύτζη· περὶ ψυχῆς μου· ἐν στιχίμα τιούτω· τοῦ ἔχεται οἱ ἀδελφοὶ τοῦ δουλεύειν εἰς τὴν μονήν· γένηποντήν· πολλήν· χαρίζην· ὡς τὴν δεσποτίαν παρ ἐμοῦ ἡλίφατε· ἐστὶν δὲ περιόρτισμός· τοῦ αὐτοῦ χωράφίου· ανατολικὸν ἢ στράτα ἢ δαιμσία· καὶ ἀπὸ ἀρκτρο οἱ αὐτοὶ μοναχοὶ· καὶ δίδη περὶ τὸ σινόρη τοῦ ὀκλοῖφάνα σέργι· καὶ ἀναυαίνει τὸ ριάκι ἕως το λιθον μέγα τὸ ριάκι· καὶ ἀναυαίνει περὶ τὴν δρίει καὶ ἀναυαίνει τα λιθάρια σιναξαμέναι· καὶ δίδη περὶ τὰ δύο λιθάρια· τὸ ἐν λίθον κατὰ τὴν στράτα· καὶ ἀναυαίνει καὶ κλίνη τὸ αὐτὸ χωράφιον τῆς μοναχοῖς· ἡ δ ὅπερ οὐκ ἠγρυμνεν φωραδὴ τίς ἐπενοχλῇ ἡμῶς περὶ τὸ τιούτω χωράφιον· ἐν πρώτῃς ἔχει τὸ ἀνάδεμα· παρὰ πατρός καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· καὶ τῶν τριῶν θεοφόρων· πατρῶν· καὶ ἐστὼ ξένων τῶν χριστιανῶν· καὶ εἰς τὸ διμύσιον νομισματα λς· καὶ ἄκον σιδῶν· ἐν παρουσίᾳ μαρτυρῶν † γουήδέλμος ὁ ἀδελφὸς τοῦ αὐθέντι † ἐνφρῆδα ἀδελφὸς αὐτοῦ μαρτυρ † ἐλία υἱὸς ὁτου τοῦ σάσσου μαρτυρ † πρεσβυτερος κωνσταντίνος τοῦ πρεσβυτερου δομίνικου μαρτυρ † παπα λεο βισκόμης μαρτυρ † λεο ἀπο κορνητου μαρτυρ † νικολαος υἱὸς κύρσου κουσεντινου μαρτυρ.

† ἐγράφη χειρὶ νικητου ἱερέος καὶ νοταρίου μηνᾶ φεβρουαρίου εἰς τὰς 19 ἡμέρα σαββατου εἰς 585· ἰνδικτιωνος ζ· †

† Signum manus Roberti domini Caciani. Ego Robertus, qui venerandam et vivificam crucem signavi, de propria mea voluntate concedo pro anima mea monasterio S. Mariae de Pertusia territorium, quod erat Ioannis Alitzi, hac conditione, ut fratres, qui monasterio inserviunt, habeant potestatem (*illud*) colendi, vendendi, donandi, utpote qui huiusmodi facultatem a me acceperunt. Termini autem eiusdem territorii sunt: ad orientem via publica; ad septentrionem ipsi monachi, et vadit usque ad terminos Sergii Oclifabae, et ascendit rivus usque ad saxum magnum rivi, et pergit usque ad quercum, et ad maceriam lapidum, et erumpit ad duo saxa, quorum unum est iuxta viam, et ascendit ac claudit praedictum monachorum territorium. Si quis vero, quod fore non putamus, ausus fuerit vos molestare de huiusmodi territorio, primum maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et a tercentis octo et decem divinis Patribus, et separatus sit a christianis; solvat etiam Fisco publico numismata sex et triginta, et invitus sileat. Praesentibus testibus: † Gulielmus frater domini. † Umfridas eius frater testis. † Elias filius Oti Sassi testis. † Presbyter Constantinus filius presbyteri Dominici testis. † Presbyter Leo Vicecomes testis. † Leo de Corneto testis. † Nicolaus filius Ursi Consentini testis.

† Scriptum manu Nicetae presbyteri et notarii, die sabbati XIX mensis februarii, anno 6607, indictione VII.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 12.)

1099 — Mense Februario — Indict. VII.

*Rogerus Italiae, Calabriae et Siciliae Dux donat monasterio Sanctissimae Deiparae de Turre nonnullos homines de Sancta Severina, Tropaea et Rocca Nicephori.*

† σιγίλλιον γεγάμενον παρα ρουκερίου δουκὸς ἰταλίας καλαβρίας καὶ σικελίας· καὶ ἐπιδοθὲν τῷ ἁγιοτάτῳ καθηγουμένῳ τῆς ὑπεράγιας θεοτοκοῦ τῶν ἐπονομαζωμένων τῶν τοῦρρων τῷ κατηχητιρίῳ τῶν ἐρημιτῶν κυρῷ υροῦνο καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τῆς ρηθείσης μονῆς μῆνι Φεβρουαρίῳ ἰνδικτιωνος ζ'.

τῷ τῶν ἐνἀρέτων ἀνδρῶν ἐπακοῦν· καὶ τὰς αὐτῶν. ἐτίσους ἐκπληροῦν, σευάσμιόν τε καὶ θεῖον· καὶ τῷ θεῷ ἑναπόδεκτον καὶ λύαν παρα πάσυν ἀρμοδιότατον δι' ὃ δι' καὶ ὁ προλεχθῆς υροῦνος ὁ καθηγούμενος τῆς προγραφίσης μονῆς τῶν ἐρημίτων, ἡτίσαστο τὴν ἡμέτεραν ἐξουσίαν τοῦ δορήσασθαι εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγιας θεοτοκοῦ τῆς τοῦρρης· ἀνδρῶπους εἰς τῷ ἐκδουλεῦν αὐτῇ καὶ εἰς τοὺς ἐν αὐτῇ μοναχοῦς· δι' αὐν ὑπερ λύτρου καὶ ἀφéseως τῶν ἐμῶν γονέων δοροῦμε καὶ ἀποχαρίζομε· προς τὴν προλεχθῆσαν μονὴν καὶ εἰς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀδελφους ἀνδρῶπους ὧν καὶ τὰ ονοματὰ ἐνταῦθα λέξομαι· λέγο δι' εἰς τὴν ἐπαρχίαν σκήλλακος· ἰωάννης πλάκιδας· τοὺς υἱοὺς γαύδιλα· αὔρσον του χρύσανθου· ἰωάννης ὑπομνήσκιος· λέων τοῦ ἁγίου φλόρου· οὔρσον τοῦ χρυσοῦ· λέον σευηριτάνος· ευσταδιος ἀδελφὸς λέοντος μακρῇ· οἱ πέδαις μουλὲ· αὐτοὶ οἱ προγραφένταις, ὠρμούνται ἐκ τῆς διακρατῆσεως ἁγίας σευηρινας· καὶ οὗτοι εἰσὺν ἐκ τῆς διακρατῆσεως τροπαίας· Κωνσταντίνος τοῦ παγκάλλου· νικηφωρος τοῦ περδεοῦα· νικόλαος παρτζελλοῦτζης· οὔρσος μανδιδάς συν τῶν τεκνῶν αὐτοῦ· νικόλαος τοῦ διάκου· τοὺς παῖδας τοῦ αλεκτοράκη· ἰωάννης ρογός· Κωνσταντίνος μανδιδάς συν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ αὐτοὶ ὑπῆρχον ἐκ τῆς διακρατῆσεως ρῶκκας νικη-

Anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo nonagesimo nono. Ego Rogerius Dux Apulie. calabrie. sicilie. cognoscens. quod quicquid uni ex minimis domini servis pro ipsius amore impenditur ipse dominus non servo sed sibi factum acceptumque protestetur. dicens. quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis. unde etiam beato martino apparens. ut elemosinam quam pauperi martinus tribuerat. se ipsum accepisse monstraret; non in nitore glorie sed in eadem paupertina veste astitit dicens. martinus adhuc catecuminus ac me veste contextit. simulque confidens me nullo modo perditurum sed in eterna retributione recepturum. si quid ecclesiis donavero maxime illis in quibus religiosorum fratrum conventum deo placide servientem cognovero; Anno ducatus mei quartodecimo. dedi ecclesie Sanctae Mariae quae in heremo sita est loco qui ab incolis turris dicitur. villanos quos apud squillatium habebam. maxime pro Dei amore. et partim pro donni ac magistri Brunonis qui tunc monasterio praeerat. reverentia et dilectione. quod ut ad peccatorum meorum remissionem. simulque ad patris mei matrisque meae et omnium parentum meorum salvationem proficeret. hanc inde scribere cartam feci. et nomina singulorum villanorum hic annotari precepi. hec sunt nomina illorum. Iohannes placidus. filii gadile. Ursus de crisanto. Iohannes epominisco. Leo de sancto flore. Ursus de criso. Leo soveritanus. Eustati frater leonis macri. filii mule. Hi in antea apud Sanctam Severinam manebant. Ceteri sequentes de torpeia fuerunt. Constantinus de pancallo. Nichiforo de perdevio. Nicolaus de sparhelutis. Ursus mandilat cum suis filiis. Nico!aus de diaco. filii alleptorache. Iohannes robus. Constantinus mandilas cum suo fratre. Sequentes vero de Nichifola fuerunt Iohannes platogeni. Basilius scapu de horio cum suis infantibus. Cosmas cum suo filio. Hoc etiam presente Archiepiscopo regitano. Rogerio. sigillo meo et subscriptis testibus

Φωρου· Ἰωαννης πλατογένης· υασιλεις καπεδεχορίου  
 συν τῶν παιδῶν αὐτοῦ κοσμάς συν του υἱοῦ αὐτοῦ·  
 τοῦτου του προγραφέντος απεχαρίσαμεν προς τὴν μο-  
 νὴν τῆς ὑπεράγλας θεοτοκοῦ τῆς τοῦρρης καὶ εἰς τὸν  
 καθηγουμενον κυρον υροῦνον καὶ εἰς τους ἀδελφους τῆς  
 ρηθρητης μονῆς· καὶ ὑπέγραφα ἰδία μου χειρῇ καὶ ε-  
 μαρτυρίῃ δια τῶν ὑπογραφαντων αρχοντων μου καὶ  
 ἐνουλλοθῇ τῇ διαμολύδῳ μου συνηθῇ νουλλη μηνι  
 καὶ ἰνδικτιωνι τοις προγραφεισι ετους ςχζ'.

auctoritari precepi. et ego ipse post subscriptionem  
 archiepiscopi raegitani subscripsi. † Ego Rogerius  
 archiepiscopus subscripsi. † Ego Rogerius dux me  
 subscripsi.

† Ego arnulfus cusentinus archiepiscopus interfui  
 et subscripsi.

† Ego Sasso cassanensis episcopus et pape vica-  
 rius subscripsi.

† Ego tristenus tropeanus episcopus subscripsi.

† Ego Guido Roberti ducis filius hoc signum cru-  
 cis feci.

† Signum hugonis de claro monte.

(Ex membrana bilingui Archivi Neapolitani — n.º 9.)

## EIUSDEM RECENS VERSIO

† Sigillum factum a Rogerio Italiae, Calabriae Si-  
 ciliaeque Duce, ac traditum sanctissimo abbati (mona-  
 sterii) SS. Deiparae, quod dicitur de Turre, (et) ab E-  
 remitis inhabitatur, domino Brunoni dictique mona-  
 sterii fratribus, mense februario, indictione VII.

Virtute praeditos exaudire homines, eorumque pe-  
 titionibus satisfacere pium ac divinum est, nec non  
 Deo gratum, et nihil hoc est congruentius. Quapro-  
 pter praedictus Bruno suprascripti monasterii Eremitarum  
 abbas a mea petiit potestate, ut monasterio SS.  
 Deiparae de Turre donarem homines, qui tum mona-  
 sterio, tum monachis in eo degentibus servirent. Ob  
 redemptionem igitur et remissionem meorum paren-  
 tum praedicto monasterio fratribusque in ipso com-  
 morantibus homines dono ac largior, quorum nomina  
 heic dicam: videlicet de Scyllacii provincia, Ioannem  
 Placidum, filios Gaudilae, Ursum de Chrysantho, Ioan-

nem Hypomniscium, Leonem de Sancto Flore, Ursum  
 de Chryso, Leonem Severitanum, Eustathium fratrem  
 Leonis Macri, filios Mulae. Hi suprascripti ad Sanctae  
 Severinae agrum pertinent; qui autem sequuntur, ex  
 Tropaeano sunt agro. Constantinus de Pancallo, Ni-  
 cephorus de Perdebua, Nicolaus Partzellutza, Ursus  
 Mandilas cum suis filiis, Nicolaus de Diaco, filii Ale-  
 ctoracii, Ioannes Rogus, Constantinus Mandilas cum  
 suo fratre. Hi autem de agro Roccae Nicephori erant:  
 Ioannes Platogenes, Basilius Capodechorii cum suis fi-  
 liis, Cosmas cum suo filio. Hoc autem suprascriptum  
 (*privilegium*) monasterio SS. Deiparae, atque abbati do-  
 mino Brunoni dictique monasterii fratribus concessi, et  
 propria mea manu subsignavi, coram testibus subscri-  
 ptis proceribus meis; et consueta mea plumbea bulla  
 fuit roboratum, mense atque indictione supradictis,  
 anno 6607.

## LXIX.

(1101) — Mense Iunio 16 — Indict. IX.

*Rogerus Siciliae et Calabriae Comes donat Brunoni ceterisque monachis monasterii S. Mariae de Ere-  
 mo tres pagos in agro Scyllacensi positos, videlicet Aruncium, Metaurum et Libianum cum hominibus inibi  
 habitantibus.*

† Κατὰ τὸν ἰουγιον μῆνα τῆς θ' ἰνδικτιῶνος εἰς τὰς  
 ις' εδουκα ἐγὼ κόμης ρουκέριος προς σε τὸν κυρον  
 μρούνον καὶ εἰς τους λυπὸς ἀδελφους τοὺς ερυμιτας  
 μπερ ψυχης μου σωτηρίαν εἰς τιν διακρατησιν σκυλ-

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI Millesimo  
 centesimo. II. indictione nona.

EGO ROGERIUS calabriae comes et siciliae pro  
 dei amore et animae meae remedio et fratris mei et

λακος το χωριὸν τοῦ ἀρῶνγκιν μετα πασὸν τῶν ἀνδρῶπων οὖν ἐγὼ ἐμοῦς ἐκυσε πλοοιμοὺς καὶ ἐκτοραυ-  
τας μετὰ τῆς αὐτοῦ διακρατῆσαιος ἐδουκα σας καὶ  
οσοὶ ἀνδρῶποι μου κατοικοῦν εἰς το χωριον μεταῦριν  
καὶ εἰς τὸ λιμιᾶνον οὖν κατοικοῦν ἐκίσε ἐμοὶ οἰκα εἰς  
τὰ τιὰντα χωρία πλοοιμοὺς καὶ ἐκτουρίας καὶ οἱ μὲν  
εἰς τὰ ττηὰντα γ' χωρία οὐκ ἐχει του πληροῦμα τον  
ρ' ἀνδρῶπων ἐνα σας πλοοισῖν ἐκ τον λαων μου ἀχρυσ  
αν γενισοῦνται ρ' καὶ τοῦτο δυδου καὶ στέργου ὑπερ  
ψυχικῆς μου σωτηρίας καὶ τὸν γονεον μου καὶ τον  
τε κλοιρονομων μου καὶ τῆς ἐμῆς συμυιου κομιτίσσης  
αδυλασίας καὶ ἀπεδωκα τον χαρτίον εἰς χεῖράς του  
κυρου λαυιου ἐνοπιον ρονκεριου ἐπισκοπου συρακου-  
σιου καὶ ρουμυέρτου δε παρις καὶ ρουμυέρτου νου-  
ρελλου καὶ γιούσυέρτου καὶ λούτζι † καὶ νικολαου  
μεσῶν.

omnium filiorum et filiarum meorum atque pro o-  
mnium parentum meorum Karitate dono et concedo  
ad habendum in perpetuum absque omni servicio tem-  
porali et omni remota calunnia; sanctae mariae de he-  
remo et magistro brunoni et domino Lanvino et cete-  
ris fratribus qui ibidem deo deserviunt vel post eorum  
obitum deservituri sunt dono inquam casale aruncia-  
ni cum omnibus suis pertinentiis. et omnes villanos  
pertinentes ad aruncium. et ad mentaurum. et olivia-  
num qui sunt in meo dominio quicumque sint. cuius-  
cumque sint negotii vel artis vel marinarii et si centum  
villani in predictis locis inventi non fuerint; ex meis  
aliis villanis numerus perficiatur centesimus. Quod  
feci presentibus his. Comitissa adelaide. et roberto  
borrello et iosberto de luciaco. et roberto electo meli-  
tensi atque Rogerio siracusano episcopo. et nicolao  
canberlario. Insuper concedo ecclesie beate marie et  
suprascriptis fratribus nostris molendinum sub-  
tus squillacium constitutum ad fontem de alexi. Si quis  
hoc donum fregerit anathema sit.

(Ex membrana bilingui Archivi Neapolitani—n.º 10.)

### EIUSDEM RECENS VERSIO

† Mense iunio indictione nona die decimasexta.  
Ego Comes Rogerius dedi tibi domino Brunoni et ce-  
teris fratribus Eremitis pro salute animae meae in  
agro Scyllacii pagum Aruncii cum omnibus homini-  
bus, quos ego illic (*habeo*), nautis et artificibus, et cum  
eius pertinentiis. Concessi etiam vobis quotquot ho-  
mines ad me spectantes incolunt pagum Mentauri et  
Libiani, et quotquot ad me pertinentes habitant in  
hisce agris, nautas et artifices. Si vero qui degunt in

iisdem tribus pagis non constituunt centum homines,  
(*praecipio*), ut de reliquo meo populo numerus cen-  
tenarius expleatur. Et huiusmodi donationem facio et  
confirmo pro salute animae meae ac parentum et he-  
redum meorum, et uxoris meae Comitissae Adelasiae;  
atque hanc chartulam tradidi in manus domini Lanui-  
ni, coram Rogerio Syracusano Episcopo, et Roberto de  
Paride, et Roberto Borello, et Giusberto, et Lutzi †  
et Nicolao cubiculariis.

### LXX.

1101 — Mense Augusto 27 — Indict. IX.

*Leontius episcopus Locrensis tradit monachis ordinis S. Basilii possessionem monasterii S. Philippi, quod  
Adelasia Comitissae Rogerii uxor, eiusque filius Rogerius de integro aedificari iusserant, et concedit immu-  
nitates et praedia, imposita dumtaxat nummi aurei unius et octo librarum cerae annua praestatione.*

† λεοντιος ὁ ἀμαρτωλὸς μοναχὸς ἐντελὴς ἐπίσκο-  
πος λόκρης προτάξας τὸ οἰκτεῖον ὄνομα ἐντέλλεται τὰ (ὑ-  
πογεγραμμένα).

† Leontius peccator monachus, humilis episcopus  
Locrensis praeponens proprium nomen, quae sequun-  
tur praecipio.

† ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίου τριάδος, τῆς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι καὶ μιᾷ τῇ ὑπερουσίῳ καὶ παντοδυνάμῳ θεότητι προσκυνουμένης καὶ σεβωμένης ἀμήν † Ἐπεὶ δὲ θεοῦ γενέσκει καὶ τῇ τῆς θεομήτορος πρεσβεΐᾳ καὶ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ἦλθεν ἐν τῇ χώρᾳ λόκρης ὁ ἡμέτερος αὐθέντης κύριος ρωκερίος κύριος τῇ ἐνάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μαΐου μηνὸς τῆς ἰνδικτιωνος· ἡ μετὰ τῆς ἀειμνήστου αὐτοῦ μητρὸς κυρὰς ἀδελφασίας κωμιτίσεως· καὶ τῇ αὐτῶν ἐτήσει ἐπορεύθη μετ' αὐτῶν εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Φιλίππου τῆς ἀνωτέρω πόλεως τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ ἑορτῆς εἰς προσκύνησιν τῷ θεῷ καὶ τοῦ ἁγίου Φιλίππου· ἰδὼν δὲ αὐτὸς τὴν αὐτὴν μονὴν εὐτελεῖ οὖσαν καὶ ἐν τόπῳ ἀπρεπεῖ πεποιημένην παρα τοῦ πατρὸς τοῦ κράτους αὐτοῦ, περιβλεψάμενος ὁδε κακείσε, εὔρεν ἐκείσε πλησίον τόποιον ἄχριστον καὶ πετρώδη ὡς ἐπὶ δυσμᾶς. ἐν ᾧ καὶ διάσκεψάμενος τοῦ ἀνεγείραι ἐκείσε ἐκ βαθροῦ τὴν εἰρημένην ἁγίαν μονὴν βελτιότεραν καὶ χρητοτέραν· εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ ἁγίου Φιλίππου· ἣν τῇ συνεργείᾳ τοῦ τα πάντα περιέποντος καὶ οἰκονομοῦντος χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, τὴν ταύτης φροντίδα καὶ οἰκοδομὴν ἀνελάβωμεν παρὰ τοῦ εἰρημένου εὐτυχιστάτου καὶ κραταίου ἡμῶν κύριου ρωκερίου· ἀνάγκη γὰρ ἡμῖν ἐστὶν πάντοτε ὑπακούειν καὶ πράττειν τὰς ἐτήσεις καὶ δεήσεις τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχριστῶν δεσπότην, τῶν μάλιστα παρὰ βλεπομένων τὰ ἐπίγια καὶ ἀπουλεπόντων εἰς τα οὐράνια, πρὸς σωτηρίαν τῶν χριστιανῶν καὶ τῶν εαυτῶν ψυχῶν· ἀργύρια δὲ οὐκ ολύγα ἡμεῖς λαβόντες παρ' αὐτοῦ εἰς ἀνοικοδομὴν τῆς αὐτῆς μονῆς, καὶ παρεῖδυσ ἔσον εἰς δύναιμι ἡμῶν οὐκ ἡμελήσαμεν· ἄλλα πάσαν σπουδὴν ἐθέμεθα ἐν αὐτῇ, ὅπως ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐν ᾧ αὐτὸς ἐκλεξε, τὴν αὐτὴν μονὴν ἀνοικοδομηθῆναι διέσπεισα. καὶ ἰδὼν τερπνότατον τῆς θεομήτορος ἀνείγηρα· καὶ κέλλια ἱκανὰ τῇ τοῦ θεοῦ βοήθειᾳ πεποίηκα καὶ εἰς ἐμφάνειαν ἐτελείωσα τῇ ἡκοστῇ ἐνάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ ἰουλίου μηνὸς τῆς ἰνδικτιωνος· θ'· καὶ τὸν ἐν τῷ προλεχθέντι ναῷ τοῦ ἁγίου Φιλίππου ἡγουμένον κύριον βαρλαάμ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ὄντας τρεῖς μοναχοὺς τῆς τάξεως τοῦ ἁγίου βασιλείου ἐπισωρεύσας καὶ ἑτέρους ὁσίους ἄνδρας οὐκ ὀλίγους, ἐν τῇ ναισστῇ μονῇ αὐτοῦς μετοίκησαμεν· τοῦ εἶναι ἀδιάλύπτως προσεύχομένους ὑπὲρ πάντων τῶν χριστιανῶν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ χρηστοῦ καὶ τῶν ὑποδιέδοχων

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, sanctae et vivificae et consubstantialis Trinitatis, in tribus personis et una incomprehensibili et omnipotente divinitate adoratae et veneratae. Amen. † Postquam Dei nutu, eiusque Genitricis et sancti Philippi intercessionem in Locrensem regionem venit dominus noster dominus Rogerius Comes nona die mensis maii, indictionis octavae, cum eius semper memoranda matre domina Adelasia Comitissa, et ex eorum petitione perrexi cum ipsis in templum sancti Philippi, quod situm est in superiori parte civitatis, die eius festo, Deum ac sanctum Philippum adoraturus; cumque ipse (*Rogerus*) vidisset idem monasterium humile et in indecoro loco conditum a patre suo, ibi circumspiciens, locum invenit propinquum inutilem ac petrosum occidentem versus, in quo dictum sanctum monasterium pulcrius atque decentius ad sancti Philippi gloriam et laudem a fundamentis aedificare statuit. Cuius (*monasterii*) curam et aedificationem, auxilio Christi veri domini nostri omnia tuentis et aedificantis, a dicto felicissimo et potente domino nostro Comite Rogerio suscepimus; necesse enim nobis est semper obedire et exequi petitiones ac preces piissimorum et Christi amantium dominorum, illorum praesertim, qui ob christianorum suarumque animarum salutem terrestria despiciunt ac caelestia intuentur. Nos autem nummos non paucos ab eo accipientes ad excitandum idem monasterium, statim pro viribus nostris (*id operis*) non negleximus, sed omni cellato studio, ut in ipsomet loco, quem ille significavit, idem monasterium conderetur, satagemus: templumque decorum Dei Genitrici aedificavimus, et cellas idoneas opitulante Deo extruximus, et perfecimus vicesima nona die mensis iulii indictionis nonae; et praepositum praedicti templi sancti Philippi dominum Barlaam, et tres monachos qui cum eo erant ordinis sancti Basilii, aliosque pios homines non paucos cum congregavissemus, in novum (*eos*) monasterium transtulimus, ut pro omnibus christianis, et pro faustitate ipsius (*Comitis*), tamquam patroni tantique boni auctoris, eiusque successorum, iugiter orarent. Praedictum autem sancti Philippi templum novo coniunximus monasterio, cum inibi proximum non esset alterum monasterium, sicuti divini canones praecipiunt, ac dominus noster edixit. Et (*statuimus*), ut nemo ex

αὐτοῦ, ὡς προστάται καὶ τοιοῦτου ἀγαθοῦ τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι· τὸν δὲ προλεχθέντα ναὸν τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ἐν τῇ ναιοστῇ μονῇ ἐνώσαμεν διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖσε πλησίον δηλοῦν μοναστήριον καθὼς οἱ θεοὶ κανόνες διάκειλεύουσιν, καὶ καθὼς ὄρησεν ὁ ἡμέτερος αὐθέντης. Καὶ ἵνα μηδεὶς τῶν ἀλλογόνων ἡγουμένους ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ εἰ μὴ ἀπὸ τῶν γρεκῶν· μήτε ἀρχεῦσιν ἐν αὐτῇ οὔτε ἐπίσκοπος, οὔτε ἀρχιεπίσκοπος· ἀλλ' ἵνα ἐλεύθερα ἔστω καθότι καὶ ὑπῆρχεν ἐκ παλαιῆς καὶ παλαιᾶς μονῆς. Καὶ διότις ἡ αὐτῇ μονῇ ὑπάρχει ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ, ὄρησεν ὁ ἡμέτερος αὐθέντης ἵνα ἡ αὐτῇ μονῇ ἐπιτελεῖ ἐτουςίος πρὸς τὴν ἡμετέραν καθολικὴν ἐκκλησίαν χρυσῶν νομισμάτων ἑν, καὶ πλῆθος οὐδὲν, καθότι καὶ ἐπιτελεῖ ἡ παλαιὰ μονὴ· οὕτως μὲν ταύτη· Καὶ ἐν τοῖς φαινόμενοις πραγμασίαις ἡ βεβαίωσις. ὅθεν καὶ ἡμεῖς θέλοντες παρα τῶν ἐκεῖσε πρὸς δρευνόντων μοναχῶν ἀναφέρεισθαι ἡμᾶς ἐν τοῖς ἀγίοις καὶ ἱεροῖς δυπτύχοις ἔσον καὶ τοὺς ὑποδιαδόχους ἡμῶν, ἀπὸ τῶν δικαίων διακρατιμάτων τῆς ὑπὲρ ἀγιωτάτης καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ τῇ ἀγίᾳ μονῇ ἀφιερωθῆναι διόρησα· χωράφια. λέγω δὴ καὶ ὄρη· τὰ ἐπιλεγόμενα τοῦ ἁγίου λέοντος συν τῇ εἰρημένῃ ἐκεῖσε ἐκκλησίᾳ. ἃ καὶ περιόρῃζονται οὗτος· ἀπὸ μὲν ανατολῶν βουνός ὁ λεγόμενος τοῦ ταυρίνου· καὶ χωράφια τῆς αὐτῆς μονῆς τὰ λεγόμενα τῆς ἀγίας δυνάμεως. τὰ ἅπερ ἀφίερωσεν ὁ εἰρημένος κύριος· ἐκ δὲ δίσσεως· ἡ μεγάλη χεῖρ τοῦ βουνου ἡ κατερχομένη ἐκ τὸ δυτικὸν μέρος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἁγίου λέοντος· ἀπὸ δ' ἀρκτου ἑτέρα χεῖρ καὶ ἡ παράδος. ἐκ δὲ νότου καὶ μεσημβρίας ποταμός ὁ λεγόμενος τῆς τροπῆς καὶ συγχεῖ· Ταῦτα πάντα ἔστω ἀπὸ γε καὶ εἰς το ἐξῆς ἀφιερωμένα ἐν τῇ προλεχθείσῃ ἀγίᾳ μονῇ· τελεῖν δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἐτουςίος ἐν τῇ ἀγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, κήρας λίτρας ὀκτὼ καὶ πλῆθος οὐδὲν. μὴ ἔξῃστω δὲ τι, ἀφελῖν τί ἀπὸ τῶν ἀνοτέρω προγραμμένων εἰ μὴ τὸ τυποδὲν παρ ἡμῶν τέλος καὶ μόνον· ὅστις δὲ πολὺ χρυσάμενος ἀφελῖ τί παρ ὧ ἐτυπωσάμεν χωρὶς ἡδύσεως τοῦ ἡγουμένου· εἴτε ἐπίσκοπος· εἴτε ἀρχιεπίσκοπος· εἴτε ἀπὸ τῶν κληρικῶν, ἢ κοσμικῶν προσώπων, εἴη τὸ ἀνάθεμα παρα πατρὸς υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· σχῆι δὲ καὶ τὴν ἀρὰν τῶν ἁγίων τῆς θεοφωρῶν πατρῶν τῶν ἐννικῶν ἔστω καὶ ἔξω τῆς ἀγίας ἐκκλησίας καὶ ξένος καὶ ἀλλότριος τῶν ἁγίων μυστηρίων· καὶ τῆς καθολικῆς καὶ ἀμωμητοῦ πιστεύσεως τῶν χριστιανῶν κτώμενος τὴν ἀγίαν θεοτο-

alienigenis, nisi Graecus, eidem monasterio praesit, neque in ipsum vel episcopus vel archiepiscopus iurisdictionem exerceat, sed liberum sit, prout ab antiquis usque temporibus fuit vetus monasterium. Et cum idem monasterium sit in nostra dioecesi, statuit dominus noster, ut ipsum monasterium solvat quotannis nostrae catholicae ecclesiae nummum aureum unum, et nihil amplius, ut vetus monasterium pendebat. Sic igitur dicta confirmantur. Quare etiam volentes, ut monachi illic inhabitantes nos, perinde ac successores nostros, in sancta et sacra diptycha referant, ex iustis possessionibus sanctissimae et catholicae ecclesiae, quae sub nostra iurisdictione est, quaedam cum suis finibus praedia eidem sancto monasterio elargiri statuimus. Dico igitur et fines. (*Praedia*) nuncupantur sancti Leonis, et additam habent dictam ecclesiam ibidem extantem; fines vero sunt huiusmodi: ab oriente collis dictus Taurini, et praedia eiusdem monasterii, quae vocantur Sanctae Potestatis, per dictum Comitem donata; ab occidente magnus vertex collis, qui descendit ab occidentali parte eiusdem ecclesiae sancti Leonis; a septentrione alter vertex et via; a noto et meridie flumen dictum de Trope, et clauditur. Haec omnia a praesenti tempore et in posterum sint dicata praedicto sancto monasterio, (*hoc pacto*), ut quotannis solvantur pro iis sanctae catholicae ecclesiae cerae librae octo et nihil amplius; neque liceat alicui a suprascriptis aliquid exigere nisi statutum a nobis solummodo tributum. Quisquis autem audacter aliquid praeter ea quae statuimus invito praeposito exegerit, sive episcopus, sive archiepiscopus, sive ex clericis aut secularibus aliquis, maledictus sit a Patre, Filio et Spiritu Sancto, atque in tercentorum octo et decem sanctorum Patrum maledictionem incurrat; quoniam sit etiam excommunicatus, et expers sanctorum mysteriorum et catholicae inculpataeque fidei christianorum, nactus vindices sanctam Dei Genitricem, sanctumque Philippum praesenti fu-

κον και τον αγιον Φίλιππον διαδίκους εν το νιν αιωνι  
και εν τω μέλλοντι· Ταύτα δὲ πάντα τα ἀνοτέρω γρα-  
φέντα και λαληθέντα ἀνέδημεν τῷ θεῷ και τῷ μα-  
καρίῳ πέτρῳ και τη ἀγία αὐτοῦ ἀποστολικῇ ἐκ-  
κλησίᾳ καὶ ἀγάγε και δηλοῦ τὸ ἐσφραγισμένον ἔγγραφον  
ὑπερ ἐποίησε πρὸς τὴν αὐτὴν μονὴν ὁ ἡμέτερος αὐ-  
θέντης κυρος ρωπέριος κύμης. \*Οθεν και πρὸς ἀσφά-  
λειαν κήρῳσιν τε και υἱβαίῳσιν τῶν γραφέντων και  
λαληθέντων τη αὐτῇ χειρῳ μου ὑπέγραψα προέταξα  
και ὑπέταξα τὸν τίμιον σταυρὸν και τὸ οἰκον ὄνομα·  
και τη διάμολύβῳ βουλλῇ συνήθη ἐσφάγισα τὸ πα-  
ρὸν ἐκδοτηρὸν χαρτίον ἐπιδέδωκα πρὸς τὴν προμνη-  
μονευθεῖσαν ἀγίαν μονὴν τὴν ναίαν και πρὸς τοὺς εν  
αὐτῇ προεδρεύοντας ἡγοούμενον και ἀδελφους· τη ἡ-  
κωστῇ εὐδόμῃ ἡμέρᾳ του αὐγούστου μηνὸς της ἰνδι-  
κτιῳνος. θ'. ἐν ἔτει κόσμου. ςχθ'. † ἔγραψα ἡ τοιαύ-  
τη ἀφιέρωσις τη προστάξει του σεβασμιωτάτου και ἀ-  
γίου ἡμῶν ἐπισκοπου. λοκρης κυρου λεοντιου διὰ χειρος  
ἐμου βαρσακιου εὐτελοῦς ἀρχιδιακονου βασιλικου κλη-  
ρικου της ἀγίας καθολικῆς ἐκκλησίας λοκρης. † λεων  
ὁ εὐτελής πρωτοπαπᾶς της μεγάλης ἐκκλησίας μαρ-  
τυρ ὑπέγραψα. † Ἰωάννης ἀναγνώστης και κουρου-  
κλεισιος της μεγάλης ἐκκλησίας λοκρης μαρτυρ ἰδιο-  
χειρι: † θεώδωρος εὐτελής πρεσβύτερος και σκευοφυ-  
λαξ της καθολικῆς ἐκκλησίας λοκρης μαρτυρ: † λεων  
ὁ εὐτελής ἀναγνώστης ἐκκλησιαρχῆς της μεγάλης ἐκ-  
κλησίας λοκρης μαρτυρ ὑπέγραψα: † λεων πρεσβυ-  
τερος ἐκδικος της ἐκκλησίας λοκρης μαρτυρ ὑπεγρα-  
ψα: † ἀναστασιος εὐτελής πρεσβύτερος και χαρτου-  
λarios της μεγάλης ἐκκλησίας λοκρης μαρτυρ: † βα-  
σιλειος διακονος και διοικητῆς της μεγάλης ἐκκλησίας  
λοκρης μαρτυρ ὑπεγραψα. † πασχαλιος εὐτελής πρω-  
τοπαπᾶς του ἐξοπίλου ἰδία χειρὶ ὑπεγραψα μαρτυρ:  
† λεων ὁ εὐτελής πρεσβύτερος και κληρικος της με-  
γάλης ἐκκλησίας λοκρης μαρτυρ ὑπεγραψα: † Κων-  
σταντινος ὁ εὐτελής δευσερτικος της καθολικῆς ἐκκλη-  
σίας λοκρης ὑπεγραψα. † λεοντιος ὁ ἀμαρτωλὸς μο-  
ναχος εὐτελής ἐπισκοπος λοκρης προέταξα και ὑπέ-  
ταξα.

turoque seculo. Haec omnia suprascripta et dicta  
Deo et beato Petro eiusque sanctae apostolicae ec-  
clesiae obtulimus, sicuti demonstrat hoc scriptum  
sigillo munitum, quod dominus noster dominus Ro-  
gerius Comes pro eodem monasterio fecit. Quare et  
ad suprascriptorum ac dictorum securitatem, com-  
probationem et firmitatem, manu mea subscripsi prae-  
ponens et subsignans venerandam crucem et pro-  
prium nomen, atque consueta plumbea bulla praesen-  
tem donationis chartam signavi, et memorato sancto  
novo monasterio, et praeposito ac fratribus in eo  
habitantibus tradidi vicesima septima die mensis au-  
gusti, indictione IX, anno mundi 6609. † Scriptum  
est praesens donationis instrumentum iussu reveren-  
dissimi et sancti nostri Locrensis episcopi domin.  
Leontii, manu mei Barsacii humilis archidiaconi, im-  
perialis clerici sanctae catholicae Locrensis ecclesiae.  
† Leo humilis protopapa maioris ecclesiae testis sub-  
scripsi. † Ioannes lector et cubicularius maioris Lo-  
crensis ecclesiae testis propria manu. † Theodorus  
humilis presbyter et sacrista catholicae Locrensis ec-  
clesiae testis. † Leo humilis lector ecclesiarcha ma-  
ioris Locrensis ecclesiae testis subscripsi. † Leo pre-  
sbyter defensor Locrensis ecclesiae testis subscripsi.  
† Anastasius humilis presbyter et chartularius ma-  
ioris Locrensis ecclesiae testis. † Basilius diaconus  
et oeconomus maioris Locrensis ecclesiae testis sub-  
scripsi. † Paschalis humilis protopapa de Exopilo  
propria manu subscripsi testis. † Leo humilis pre-  
sbyter et clericus maioris Locrensis ecclesiae testis  
subscripsi. † Constantinus humilis domesticus catho-  
licae ecclesiae Locrensis subscripsi. † Leontius pec-  
cator monachus humilis episcopus Locrensis praesi-  
gnavi et subsignavi.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 11, quae per Paschalem Baffium a primo versu usque ad verba λίγω  
δῆ και ὅρη exscripta fuit.)

1106 — Mense Octobri 19 — Indict. XV.

*Leontius episcopus Locrensis donat monasterium SS. Deiparae Bucetorum templo Deiparae semper Virginis Mariae, et monasterium S. Ioannis Baptistae dictum Eremitarum Lavino praeposito eiusdem, sub annua praestatione trium librarum thuris.*

† Εν ονοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ  
ἀγίου πνεύματος. ΛΕΟΝΤΙΟΣ ὁ ἁμαρτωλὸς μοναχὸς εὐ-  
τελής ἐπίσκοπος λοκρης † † †

† Οὐκ οἶδα πῶς οἱ προ ἑμοῦ ἐπίσκοποι τὰ παρὰ  
τῶν ἀδελφῶν ἀγαθῶν ἀφανισθέντα παλαιᾷ μοναστή-  
ρια, ἤτε ραθυμία ἤτε ὄκνησιν υαλλόμενοι, ἢ ἐνδία ταῦτα  
ἀνορθώσαι οὐκ εἰδέλυσαν. καὶ ἐν ἀπέμνησιν ἐως τῆς  
ἡμῶν ἀφ᾽ ἧς ἐρημομένη καὶ ἀδιώρρωτα. τοίνυν ἐλ-  
θόντος ἑμοῦ τοῦ ἀνωτέρω ῥηθέντος ἐπισκοποῦ οὐ μι-  
κρὰ φροντίς μοι περὶ τούτων ἐγένετο. Ὅθεν θεοῦ κε-  
λεύσει καὶ υιοθεΐα τῆς ὑπερένδοξου δεσποίνης ἡμῶν  
θεοτοκου καὶ ἀειπαρθενου μαρίας καὶ πάντων τῶν  
ἀγίων. ἐδὴ μὲν ἐξ αὐτῶν βάρων, μοναστήρια δύο·  
λέγω δὴ τῆς ἀγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος τοῦ χρι-  
στοῦ παρασκευῆς ἧς ὁ καὶ πλήθος ὁσίων γυναικῶν  
συνήλεξα. εἰς δὲ τὸ ἕτερον ναὸν περιδοξὸν ἀνέγρηα ἦγον  
τῆς ὑπερέμνητος δεσποίνης ἡμῶν θεοτοκου καὶ ἀει-  
παρθενου μαρίας, ἐν ᾧ χωρὸν μοναζόντων ἀνδρῶν οὐ  
μικρὸν κατέστησα. τὰ δὲ ἀνωτέρω ῥηθέντα παλαιᾷ  
μοναστήρια ἐκτέλεσθαι ἀδιοίκητα, δια δὲ τὸ μὴ  
ἰσχύειν με ταῦτα ἀνορθώσαι ἐκδίδωμι ἐξ αὐτῶν τῶν  
προγραφέντων παλαιῶν μοναστηρίων. ἦγον τὸ ἐπι-  
λεγόμενον τῆς ὑπεράγιας θεοτοκου τῶν νοικήτων σὺν  
καὶ τοῦ ἀγίου ἀναλίου τὰ τελούντα ὑπὸ τὰ δίκαια  
τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγιωτάτης καθολικῆς ἐκκλησίας λοκρης·  
εἰς τὸν πάνσεπτον ναὸν τῆς ὑπερένδοξου δεσποίνης ἡμῶν  
θεοτοκου καὶ ἀειπαρθενου μαρίας, καὶ τοῦ ἀγίου ἰωαν-  
νου τοῦ προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ τὴν εὐα-  
γγελιστάτην μονὴν τὴν λεγομένην τῶν ἐρημητῶν καὶ εἰς σὲ  
φὸν ταύτης προΐστωρα καὶ πνευματικὸν ἡμῶν ἀδελφόν  
κυρον λαυῖνον καὶ εἰς τοὺς μετὰ σὲ πάντας ἀδελφούς,  
μετὰ πάντων τῶν διαφερόντων αὐτοῖς τελικῶν πραγμα-  
των, καθὼς οἱ ἐκδοτικοὶ χάρτες τῶν ταῦτα κτωμένων  
περιέχουσι· τοῦ ἐπ᾽ εἶναι αὐτὰ ἢ τοιαύτη ἀγία μονή  
καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἀδελφοὶ ἀπὸ γε καὶ εἰς τὸ διηνεκές·  
μὴ ἀσχολούμενοι ὑπὸ τινος. μήτε παρ ἑμοῦ μήτε παρα-  
των μετ ἡμᾶς μελλοντων προχειρίζεται ἐπισκοπῶν ἐν

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Leontius peccator monachus, humilis episcopus Lo-  
crensis † † †.

† Nescio quomodo antecessores mei episcopi, ever-  
sa ab impiis Agarenis antiqua monasteria, sive ne-  
gligentia, sive pigritia, sive inopia ducti, restaurare  
noluerint, et reliquerint usque ad meum adventum  
deserta et non refecta. Cum igitur venerim ego su-  
pradictus episcopus, non parva cura me de iisdem  
incessit. Quapropter iussu Dei et auxilio gloriosis-  
simae dominae nostrae Deiparae et semper Virginis  
Mariae, et omnium Sanctorum, a fundamentis duo  
monasteria excitavi, unum nempe sanctae et invictae  
martyris Christi Parasceves, in quo sanctarum vir-  
ginum coetum congregavi: in altero admodum con-  
spicuum templum exegi, scilicet gloriosissimae do-  
minae nostrae Deiparae et semper Virginis Mariae,  
in quo chorum non parvum monachorum constitui.  
Supradicta autem vetusta monasteria ordine ac regi-  
mine destituta sunt; et cum eadem restaurare non  
valeam, dono ex ipsis suprascriptis veteribus mo-  
nasteriis unum cognominatum templum sanctissimae  
Deiparae Bucetorum, cum redditibus sancti Ananiae  
spectantibus ad sanctissimam ecclesiam catholicam  
Locrensem meae iurisdictionis, venerabili templo glo-  
riosissimae dominae nostrae Deiparae et semper Vir-  
ginis Mariae, et sanctissimum monasterium sancti  
Ioannis Prophetae, Praecursoris et Baptistae, quod  
dicitur Eremitarum, tibi ipsius praeposito et spirituali  
fratri nostro domino Lavino, omnibusque fratribus  
tuis successoribus, cum universis redditibus ad eadem  
(monasteria) pertinentibus, sicut donationum char-  
tulae eorum qui haec possidebant continent; ut ipsum  
sanctum monasterium et fratres inibi degentes ea-  
dem habeant nunc et in perpetuum, nec a quoquam  
turbentur, neque a me, neque ab episcopis, qui post  
me delecti fuerint in catholica ecclesia. Vos autem



τῇ τοιαύτῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. τελευτῶν δὲ ἡμᾶς ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ ὑπὲρ ἡμῶν ἀγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ κατ' ἐνιαυτὸν λίτρας τρεῖς. λιυανου καθαρῶν· καὶ ὑπερῷχεσθαι ὑπὲρ τῶν ταῦτα ἀφιερωσάντων· ὅστις δὲ τόλμῃ χρησάμενος σκοληθεῖν παρασλεύσῃ τὸ ἡμῶν σιγίλλιον ἔστω ἀνάθεμα παρὰ πατρὸς υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος καὶ ἀκωνιότητος τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμότητος πίστεως τῶν χριστιανῶν· ἐπὶ τοῦτω καὶ τὸ τίδε ἐκδοτικὸν χαρτίον γράψαντες ἀπεδώκαμεν σοὶ τῷ πνευματικῷ ἡμῶν πατρι κυρῷ λαυίνῳ καὶ τοῖς μετὰ σὲ ἀδελφοῖς, μνηστωριῶν. εἰς τὰς δεκαένεα· ἰνδικτιωνος μὲν· ἔτους ς'· χι'· ἐνωπιον τῶν κατ' οὐνομα ὑπογράφαντων τιμιωτάτων ἡμῶν κληρικῶν. προτάξας ἐν αὐτῷ καὶ ὑποτάξας τὸ οἰκεῖον ὄνομα σὺν τῇ τάξει καὶ ἀξίᾳ †

† ἔγραψεν τὸ παρὸν ἐκδοτικὸν χαρτίον χειρὶ ναρσακίου ἀρχιδιάκονου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας λόκρης προστάξας τοῦ ἀγιωτάτου μου δεσπότης εἰ δὲ καὶ φανῇ ἀρνούμενος τὴν ἐκκλησίαν ἢ τὸν ταύτης προϊστάμενον ἢ κολύων τὸ τυπωθὲν τέλος ἵνα δώκω σε ὡς ἀρνητῆς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας.

† παγκρατίος εὐτέλης διάκονος χαρτοφύλαξ καθολικῆς ἐκκλησίας λόκρης ὑπέγραψα.

† εὐστρατίος εὐτέλης πρεσβύτερος καὶ δευτερός τῆς ἀγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας λόκρης μαρτυρ ὑπέγραψα.

† Κωνσταντῖνος ὁ εὐτέλης δομέστικος τῆς αὐτῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὑπέγραψα.

† Λεων ὁ εὐτέλης πρεσβύτερος καὶ κληρικὸς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας λόκρης ὑπέγραψα.

† Ego Henricus episcopus neocastrensis hoc donum me presente me vidente me testante afirmo ut testis.

† Λέων ὁ εὐτέλης ἐκκλησιάρχης μαρτυρ ὑπέγραψα.

† Νικόλαος ἀναγνώστης ὁ στραυτος.

† Θεόδωρος ὁ εὐτέλης ἀναγνώστης ὑπέγραψα.

† Θεόδωρος εὐτέλης ἀναγνώστης ὁ πυρῆχος ὑπέγραψα.

† Νικόλαος εὐτέλης ἀναγνώστης ὑπέγραψα.

† Λεοντίος ὁ ἁμαρτωλὸς μοναχὸς εὐτέλης ἐπίσκοπος λόκρης πρόεταξα καὶ ὑπέταξα † † †

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 12.)

solvere debetis pro ipsis (monasteriis) sanctissimae ecclesiae meae singulis annis libras tres thuris puri, et orare pro his qui haec obtulerunt. Quicumque autem audacter hoc meum sigillum violare voluerit, maledictus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et interdicatur ei communio purae et inculpatae christianorum fidei; ideoque hanc donationis chartulam scriptam tibi tradidimus spirituali nostro patri domino Lavino, fratribusque successoribus tuis, mense octobri, die XIX, indictione XV, anno 6615, coram honorabilibus nostris clericis, qui se proprio nomine subscripserunt, praesignando et subsignando meum nomen, prout ordo et dignitas postulabat †.

† Scripta est haec donationis chartula manu Barsacii archidiaconi catholicae ecclesiae Locrensis, iussu sanctissimi domini mei. Si quis autem apparuerit ecclesiam vel huius praepositum non recognoscens, sive impedimentum afferens statutae pensitationi, tamquam proditor sanctae ecclesiae persecutionem nanciscatur.

† Pancratius humilis diaconus tabularius catholicae ecclesiae Locrensis subscripsi.

† Eustratius humilis presbyter et secundicerius sanctissimae maioris ecclesiae Locrensis testis subscripsi.

† Constantinus humilis domesticus eiusdem sanctae ecclesiae subscripsi.

† Leo humilis presbyter et clericus maioris ecclesiae Locrensis subscripsi.

† Leo humilis ecclesiarcha testis subscripsi.

† Nicolaus lector Strabotus.

† Theodorus humilis lector subscripsi.

† Theodorus humilis lector Pyrichus subscripsi.

† Nicolaus humilis lector subscripsi.

† Leontius peccator monachus humilis episcopus Locrensis praesignavi et subsignavi † † †.

1106 — Mense Novembri — Indict. XV.

*Nicodemus, Antonius et Pancratius monachi monasterii S. Angeli de Battipede tradunt Andreae Spetzanito vineas in agro civitatis Circlarii pro sacra suppellectile, quam ab eodem Andrea accipiunt.*

† σίγνον χειρος νικοδημος μοναχος μονῆς του αγιου αγγελου του βάγτεπαϊδε.

† σίγνον χυρος αντόνιος μοναχος της αυτῆς μονης.

† σίγνο χυρος πανκρατιος μοναχος τῆς αυτης μονης.

† Ἐν ονοματι του πατρος και του υιου και του αγιου πνευματος· αἰμοῖς οἱ προγεγραμμένοι μοναχοί αἱ τοῦς τιμιοις και ζωοποιοις σταυρους οικείαις χερσιν καθύπογράψαντες την παρουσαν ἔγγραφον. απλην αποχην και καθαραν. και τελειαν ψυχικην δωρεαν ποιουμεθα εκουσία ἡμῶν τη γνώμοι· και παντός απηγωρευομενου τρωπου· εἰς σαῖ ανδρεαν ο του επιλεγομενου σπετζανιτου και τοις σοις κληρονομοις και διαδοχοις· και παντέοις διάκατοχοις. δι εἰσπερ εν αλίδεια και ευδειτιτι ομωλογοουμεν χαρηζειν σει την τοιαυτην ψυχικην δωρεαν κατα τελειαν νομην και δεσποτην δικαιαν αμπελιου ρίζες τ'. και ολιγοστον χωραφιον επι απανωθεν μερος του αυτου αμπελιου αργον ενδωθεν του φραγμου ὡς χωρήσεις ἄλλα τ' ριζες. και επεκυνα εν τη διακρατησει ἄστει κηρκαριου εις τοπον λεγουμενον της κανικέλλας· οπερ ανέλαβον καγῶ νικοδημος μοναχος ψυχικην δωρεαν αφιερωσιν πάρα του προγεγραμμενου αντονιου μοναχου· οπερ αφιερώσατο ὁ τιοτος αντόνιος μοναχος εις την μονην του αγιου αγγελου του βάγτεπαϊδε. αιν ὦ και το αγγελικον σχῆμα ανέλαβεν· καγῶ δε νικοδημος· δια το μη εχην τι δοῦναι ἐκ της τοιαύτης μονης διότι εν πενία διαγωντώς μου εβουλευσαμεν την τοιαυτην αφιερωσιν του αμπελιου συν και το ολιγοστον χωραφίτζη και το υμερωδενδρηων δοῦναι και απολαβῆν σκευει της αγιας εγκλησιας· ὦ και γεγωνα· και απέλαβον παρα του εριμενου ανδρεω σπετζανιτου ευαγγελιον καλον εχον του ενιαυτου ολων. ου μην, ἄλλα και ἄλλας πολλας ευεργεσιας· ουκ επαύσατο ποιῆν εις την αγιαν ταυτην μονην και υπερ τουτου ουκ εἰσχησαν τι δοῦναι αυτω αντηχαρισμα δεδοκα αυτω· το τιοτο πενιχωρῶν δωρημα του αμπελιου του ἐχην αυτα απο του νυν και μεχρι τερματων αιῶνος· πουλιν χαρήζην ανταλαγτην και εις προικας τεκνων σου καταγράφεσθαι

† Signum manus Nicodemi monachi monasterii S. Angeli de Battipede.

† Signum manus Antonii monachi eiusdem monasterii.

† Signum manus Pancratii monachi eiusdem monasterii.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti monachi, qui venerandas et vivificas cruces propria manu signavimus, de libera nostra voluntate et sine modo aliquo vetito, praesentis acceptae, purae, simplicis et absolutae concessionis pro animae nostrae salute instrumentum facimus tibi Andreae filio cognominati Spetzaniti, tuisque heredibus et successoribus, et quibuscumque tuorum bonorum possessoribus; quo in veritate et iustitia confitemur, nos tibi facere huiusmodi concessionem animae salutarem cum perfecto iure et iusto dominio, vineae scilicet in qua tercentae vites consitae sunt, et parvi territorii inculti, siti supra vineam praedictam, et sepi-  
bus clausi, in quo aliae vites tercentae et amplius recenseri possunt, in pertinentiis civitatis Circlarii, ubi dicitur Cannicella, quam concessionem recepi ego Nicodemus monachus a suprascripto Antonio monacho, is vero pro animae suae salute obtulit huic monasterio S. Angeli de Battipede, ubi monasticam vestem induit. Ego autem Nicodemus, quod darem de praedicto monasterio non habens, quoniam in paupertate vitam ago, statui hanc concessionem memoratae vineae, et praedioli cum arboribus fructiferis, tradere, et sanctae ecclesiae suppellectilem acquirere, quod et feci, atque accepi a praedicto Andrea Spetzanito pulcrum evangelistarium, in quo totius anni lectiones conscriptae sunt. Ad haec quum a compluribus aliis beneficiis in hoc sacrum monasterium conferendis ipse non destiterit, nosque parem pro his gratiam ei referre non valeamus, tenui hac vineae concessionem ipsum remuneramur, ut eam habeat amodo et usque ad seculorum finem, (cum facultate) venden-

και παντα πραγτειν αυθεντως. ως τω κυρος και την εξουσιαν παρ εμου ελλειφος· εστιν δε ο περιορησμος του τιουτου αμπελιου· κατα μεν ανατολᾶς· ο περιβολης του πρεσβυτερου λεοντος νοταριου· και κατα δυσμᾶς και ἄρκτος και μεσύμβριας το σινορον τὸν χωραφίων του αυτοῦ ανδρου και οι αδελφοι αυτοῦ· ταυτα συν δωρουμαι· και στέργω συ αυτω βεβέαν και απαρασάλευτον· και μη εστώ εν τούτῳ ο παρενοχλων εἰ παρεμποδίζων σε. εἰ τε ημοῖς δῆλονότι οὔτε το καθ' ημων· ἢ ξένου προσωπου. η δ' ὡπερ οὐκ ἡγοίμεν επέλθῃ τις εκ τῶν τιουτων· και ζητίσιν κήνησιν ἢ αγωγήν τινα κατα σου χρήσασθε· ειστάσθε· ημᾶς και δεφεντευδεύειν υπερ του παροντος χαρτίου· και σὲ αζήμιον διαφυλάγτεσθαι· ἰ δὲ παλιν ημεῖς οἱ μοναχοι μεταμειλουμεθα· ειναι ημας κατυραμενους· παρα κυριω θεω παντωκρατορι την ἀρὰν επισπομενοι των τιῆ· αγίων θεωφορων πατρων. και την λέπραν γιέξῃ· και τω μερος αυτου μετα ιουδα του προδωτου· ζημιουσθωσαν και υπερ παραβασίας του τιμιου και ζωοποιου σταυρου νομισματα λς'. και εκ το δῆμοσιον ετερα τωσχυτα· και εἰδ ουτως μενέτω κυρια και απαρασάλευτος. η τιωτη ημων δωρεα. γραφὲν δια χειρὸν εμου ευστρατιου νοταριου και στρατηγου κηρχλαριου εν μηνι νοεμβριον της ιε' ινδικτιωνος ετους ςχιε'. παρουσια μαρτυρων.

† παπᾶς γεόργιος υιος γριγοριου του χανγγέλλου μαρτυρ υπεγραφα.

† παπας βασιλειος γανβρος του πρεσβυτερου σινεσι μαρτυρ.

† ιωαννης υιος πρεσβυτερου νικητου ο του τζιτζι κρούδου μαρτυρ υπεγραφα.

† ιωαννης της ουρσας μαρτυρ υπεγραφα.

† βασιλειος μυλυνάρις μαρτυρ υπεγραφα.

† νικηφορος της σεργους μαρτυρ υπεγραφα.

† καγῶ νικολαος του δειδασκαλου και στρατηγου κυρου μιχαηλ των ρειδων· ἐν τῷ κηρχλαριω στεργω τα ανωτερω γεγραμμενα ως εκ στοματος κυρου μιχαηλ του προγραφεντος.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 18.)

di, donandi, permutandi, in tabulis dotalibus suorum filiorum inscribendi, et quidlibet faciendi iure perfecti dominii, utpote qui potestatem et auctoritatem a nobis accepit. Sunt autem ipsius vineae termini huiusmodi: ad orientem est hortus presbyteri Leonis notarii; et ad occidentem, septentrionem ac meridiem sunt fines terrarum ipsius Andreae eiusque fratrum. Haec tibi concedo, et volo, ut rata firmaque sint, nec quisquam tibi impedimentum inferat, nec nos scilicet, nec quisquam de nostro monasterio, nec alia extranea persona. Si vero, quod fore non putamus, horum aliquis insurgat volens tibi negotium facessere, aut actionem vel petitionem adversus te instituere, nos debeamus obstandere, et huiusmodi concessionis instrumentum defendere, teque ab omni damno immunem praestare. Quod si nosmetipsos monachos huius concessionis poenituerit; maledictionem a Deo omnipotente et a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, lepramque Giezi habeamus, et pars nostra sit cum Iuda proditore; praeterea ob praevaricationem venerandae et vivificae crucis poenae nomine solve-re teneamur solidos sex et triginta, et Fisco publico tantundem; et nihilominus ratum firmumque permaneat huiusmodi nostrae concessionis instrumentum, quod quidem scriptum est manu mea Eustratii notarii et Strategii civitatis Circlarii, mense novembri, indictione XV, anno 6615, praesentibus testibus.

† Presbyter Georgius filius Gregorii Cancelli testis subscripsi.

† Presbyter Basilius gener presbyteri Synesii testis.

† Ioannes filius presbyteri Nicetae Tzitzicrudi testis subscripsi.

† Ioannes de Ursa testis subscripsi.

† Basilius Molinaris testis subscripsi.

† Nicephorus filius Sergiae testis subscripsi.

† Ego Nicolaus filius Magistri et Strategii domini Michaelis de Arintha in civitate Circlarii confirmo suprascripta, uti mandavit oretenus mihi praedictus dominus Michael.

*Epiphanius Mandator vendit numismatis duobus Lavino ceterisque monachis, degentibus in Monte, praedium situm in loco dicto Lardaria.*

† Σίγγον χειρὸς ἐπιφανίου μακράτωρος ὁ προγεγραμ-  
μένος ἐπιφάνιος· ὁ τὸ σίγγον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶ  
σταυροῦ. οἰκία χειρὶ ποιήσας. τὴν παροῦσαν ἐγγρα-  
φον ἀποχτὴν. ἀποταγὴν καὶ τελείαν διάπρασιν· τίθημι  
καὶ ποιῶ ἐκουσία μου τῇ γνώμῃ· οἰκία προαίεσει·  
καὶ οὐκ ἐκ τινος τὸ παραπὰν ἀνάγκης· ἢ υἱας· ἢ δό-  
λου· εἴ χλεύης· ἢ ῥαδιουργίας· ἐκτὸς φάγτου ἀγνοίας·  
καὶ τῆς οἰας οὖν περιστάσεως. εἰς σὲ κύρον λαυῖνον  
ὃς κατοικεῖ εἰς τὸ ὄρος· καὶ εἰς σὲ σίρη ῥαϊιέρην· καὶ  
εἰς πάντας τοὺς ἀδελφούς τοῦ ὄρου· πεπρακὰ ἡμῖν  
χωράφιον. τὸ ὄντα καὶ διακοίμενον εἰς τόπον ἐπιλε-  
γόμενον λαρδαρίαν πλησίον τῆς ἀγίας Θεοτοκου· ὡς  
καταναίνει ἡ ὁδὸς· ἀπο τὸν τείχον τῆς ἀγίας Θεοτο-  
κου τὸ χανδάκην, καὶ μίγῃ εἰς τὸ σίνωρον τοῦ κυροῦ  
ἀρκουδῆ τοῦ ὀροφύλακος· καὶ ἀναναίνει αὐτὸν τὸ συν-  
όρη· καὶ ἀποδίδῃ εἰς τὸ ἀμπέλην ὅπερ ἀμφιαίρῳσεν  
ὁ σκουλλανδὸς αὐτῶν τῶν καλογήρων· κατὰ ἄρκου·  
καὶ διαναίνει τὸ σίνωρον ἰωάννου τοῦ πούλαρη καὶ  
υποκείμετος κατὰ ἀνατολᾶς. καὶ συγκαλεῖ εἰς τὸν αὐ-  
τὸν ἀγκύνα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἀγίας Θεοτοκου, καὶ  
συγκαλεῖ· πέπρακὰ ἡμῖν τὸ τοιοῦτον χωράφιον εἰς  
νομίσματα υ'. ἅτινα λαυῶν ἀπο τὰς σᾶς χεῖρας· τοῦ  
ἐντιώχου ὠνησαμένου εἰς τὰς ἡμῶν χεῖρας· καὶ ταῦτα  
λαυῶν παρα σοῦ πεποίηκά σοι τελείαν καὶ πληρεστά-  
την διάπρασιν, καθαρωτάτῳ νοί· καὶ ἀμετατρέπτῳ  
λογισμῷ. ὅτι ὁ πουλῶν, ἐκδικὸς ἐστίν. καὶ ὁ ἀγο-  
ράζων. ἀνὲν μὲν ἀμφιβολίᾳ. ἀγοράζει ἐκ τοῦ πολύν-  
τος· καὶ ἴδου τοῦ ἔχειν αὐτὸ ἐξουσίαν ἀπο τῆς σή-  
μερον, καὶ εἰς τοὺς ἐξῆς καὶ διήνεκαῖς ἅπαντας χρό-  
νους· κτᾶσθαι. χρᾶσθαι. νέμεσθαι. τοῦτ' ἐστίν. που-  
λῶν. χαρίζειν. ἀνταλλάττειν. καὶ εἰς τοὺς ἐπερχομέ-  
νους καὶ μέλλοντας ποιμένειν τὴν μονὴν κατὰλειμ-  
πάντη· ὡς τὸ κῆρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμοῦ εἰλη-  
φός· μὴ ἐνοχλούμενος· ἢ ἐμποδιζόμενος παρὰ τινος· ἄλ-  
λ' ἐὰν ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνῳ φωραθῇ μετὰμελούντα.  
ἐκ τοῦ κατ' ἡμῶν μέρους· εἴτε ἔγω ὁ προγεγράμμενος.  
ἢ τε παιδὴν μου· εἴ ἀδελφὸς μου· εἴτε τίς ἐκ τοῦ  
κατ' ἡμῶν μέρους· ἰδίου καὶ κληρονόμου· ζήτησιν·

† Signum manus Epiphanii Mandatoris. Praedi-  
ctus Epiphanius, qui signum venerabilis et vivificae  
crucis propria manu exaravi, praesens acceptilatio-  
nis, renunciationis et perfectae venditionis instru-  
mentum condo et facio libera mea sententia, propria  
deliberatione, nulla omnino necessitate, vel vi, vel  
dolo, vel fraude, vel astutia, sine facti ignorantia  
et qualibet circumventionem, tibi domino Lavino, qui  
habitas in Monte, et tibi domino Raynerio, et omni-  
bus fratribus eundem Montem incolentibus. Vendidi  
vobis agrum, extantem et positum in loco dicto  
Lardaria, prope ecclesiam sanctae Deiparae, sicut de-  
scendit via e parietibus ecclesiae sanctae Deiparae  
de Chandace, et tangit fines (praediorum) domini Ar-  
cudi Orophylacis, et ascendit per ipsum finem, et fe-  
rit in vineam, quam Scullandus iisdem monachis  
donavit, a septentrione, et transit per fines Ioan-  
nis Pulare et Vicecomitis ab oriente, et concluditur  
ad ipsum latus ecclesiae sanctae Dei Genitricis, nec  
pergit ulterius. Vendidi vobis hunc agrum numisma-  
tis duobus, quae accepi in manus meas a manibus  
vestrum qui bona fide emistis, eaque accipiens fe-  
ci vobis perfectam et plenissimam venditionem, pu-  
rissima mente et inconcusso consilio, quoniam ven-  
ditor rem divenditam praestat, emptor vero sine frau-  
de emit a venditore; ut habeatis facultatem nunc et  
omni futuro tempore possidendi, utendi, disponen-  
di, id est vendendi, donandi, permutandi, et suc-  
cessoribus futurisque monasterii moderatoribus relin-  
quendi, utpote qui dominium et facultatem a me ac-  
cepistis, nemine molestiam aut impedimentum afferen-  
te. Si qua vero occasione vel tempore aliquem ex  
parte mea poenituerit (huius venditionis), sive me  
ipsum antescritum, sive filium fratremque meum,  
sive aliquem ex mea cognatione et successione, et  
quaestionem instituerit, aut (vos) turbaverit, vel in iu-  
diciu[m] vocaverit propter hunc agrum, in primis ma-  
ledictus sit a Deo omnipotente, et anathemate tercen-

ποιήσει. ἡ κίνησιν. ἡ ἀγωγὴν. εἰς τὸ τοιοῦτον χω-  
ράφιον. ἐμπρώτης. ὑπάρχῃ αὐτὸν κεκατηραμένον. παρα-  
θεῶ παντοκράτωρος. τῶν τιῇ ἀγίων θεοφόρων πα-  
τρῶν τὸ ἀνάδεμα. τὴν ἀγκύλην τοῦδα τοῦ Ἰσκαριότου.  
καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ μετὰ τῶν κραζόντων ἄρον ἄρον σταυ-  
ρων. ζημιούσθω δὲ εἰς τῷ μὲν ἀγορακτί παρ' αὐτοῦ  
ἐν διπλῇ ποσότητι. καὶ εἰς τὸ διμύσιον νομίσματα λς'  
καὶ εἰδ' οὕτως στέργειν, καὶ ἐμμένειν ἢ τοιαύτη κύρωσις.  
νευαία καὶ ἀπαρασάλευτος. ἄχρι τεματίων αἰῶνων.  
Ἐνώπιον τῶν παρῑυρεθέντων ἀξιολόγων πιστῶν μαρ-  
τυρων. † πρεσβύτερος λέος μαρτυρ. † πρεσβύτερος νι-  
κολας ἀδελφος αὐτοῦ μαρτυρ. † πρεσβύτερος ευστά-  
θιος μαρτυρ. † λέον τοῦ μανδάτωρος μαρτυρ. † χρυ-  
σίως τοῦ μελισσάρη μαρτυρ. † πάνκαλος τοῦ πίρτη  
μαρτυρ. † παπα ἰωάννης τοῦ δωμα μαρτυρ. † ἡ-  
λίας υαρούνης μαρτυρ.

† γραφὴν δια χειρὸς νικολάου πρεσβυτερου τοῦ σαγ-  
κούλλου ἔτους ςχιγ' ἰνδιχτιῶνος γ'.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 13.)

torum octo et decem sanctorum Patrum feriat, et  
laqueum Iudae Iscariotae (sortiatur), partemque habeat  
cum illis qui clamabant: Tolle, tolle, crucifige; et te-  
neatur solvere emptori duplum quantitatis, atque Fi-  
sco numismata sex et triginta; et sic deinceps firma  
et inconcussa maneat haec confirmatio usque ad finem  
seculorum. Coram testibus honestis et fide dignis,  
Εν ονοματι τοῦ πατρος, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. ἡμεῖς οἱ ἀνωτερῶ πρόγεγραμμενοι. τὸν σήχνον τοῦ τιμίον καὶ ζωοποιῶν σταυρὸν ποίξαντες· ἰδίᾳ ἡμῶν βουλὴ φαινόμεθα πράσχωντες, εἰς σὲ ἰωαννην ὁ υἱὸς γισάνδου ὁ ἡμετερος, γαμβρός. τὸ χωραφίον. ὅπερ ἔχωμεν. εἰς τὸ τόπον πωθεσίαν τοῦ λάρνακος, ἐγγὺς τοῦ ρυακίου· διὰ τάρια σαλερνα· δέκα ἕξ. εἰσὶν δὲ τὰ συνόρια τοῦ χωραφίου ἀπὸ μέρους ἀνατολικόν· συνορῇ ὁ αὐτὸς ἰωαννης ὁ γαμβρός (καὶ τὸ χωραφίον· ὅπερ ἔχει εἰς προίκιον καὶ ἀπὸ δυσμας (τὸ χωράφιον τῶν) υἱῶν τοῦ ἄρμη ὁ υἱὸς ἰωαννου τῆς ὀπτιμας καὶ ἀπὸ ἄρκτρος, χωραφίον τοῦ κῦρ δάριος· καὶ ἰωαννου δε. . υτης καὶ ἀπὸ μεσιμβρίας· ἡ ὁδὸς δημοσίᾳ· ἡμεῖς δὲ οἱ ἀνωτερῶ πρόγεγραμμενοι. μετὰ τὸ ἀπολαβεῖν τὰ τάρια ἐκ χειρὸς. τοῦ ἡμετέρου γαμβροῦ ἰωαννου· ἐποιήσαμεν αὐτῷ τὴν παρούσαν γραφὴν. ἵνα ἐχέτω τὸ χωραφίον ἐξουσίαν πουλεῖν· χαρίζειν ἀνταλλάττειν, καὶ ποιεῖν ὅσα βούλεται. ὡς κυριὸς καὶ τὴν ἐξουσίαν, παρ ἡμῶν εἰλιφῶς· ἔαν δὲ (Φανῇ) ποτε καιρῷ τίς, ἄνθρωπος ζητόντα ἡ μάχας ποιῶν περὶ τοῦ χωραφίου τοῦτου· ζητιοθήτω εἰς τὸν ἀγῶνα· εἰς τὸ διπλουν. καὶ εἰς τὸ δημοσίον, νομισματα λς'. καὶ ὁ ἀγῶνας ἐχέτω τὸ χωραφίον στερεῶς καὶ ἀπαρασάλευτως. Εἰ γραφὴ τὸ παρὸν ἐγγραφὸν δια χειρὸς βασιλείου νοταρίου ὁ υἱὸς κώμητος. ἐν εἵξει σ'χοβ'. ἡδικοτιωνι ἰβ'. μηνὶ ἰαννουαριῶ ἐνῶπιον καλῶν καὶ ἀξιόπιστων μαρτυρῶν.

† νικολαὸς (κριτῆς ὁ) υἱὸς βιταλῆς κρητῆς μαρτυρῶν ὑπεγραψά ἰδιοχειρῶς τὸν σταυρὸν μαρτυρῶν † λεὼν ὁ υἱὸς νικολαοῦ τοῦ θέπεντου. μαρτυρῶν † ἰωαννης ὁ υἱὸς πέτρος τοῦ δωνάτου. Εἰ τοῖς καιροῖς τοῦ εὐλαβεστάτου ἀνδέντου. ἡμῶν ρίξ γουλιέλμος καὶ κατεπάνος, ὀλεττας λουπίνου παππακαρβούνε οικκετωρ σαλερνῶ καὶ δεσκόμης (πέτρος) γιτζος.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 57.)

† Signum manus Ioannis Ebuli. Signum manus Gemmae eius uxoris.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis exaravimus, de propria nostra sententia declaramus vendere tibi Ioanni filio Gisandi nostro genero territorium, quod possidemus in loco dicto Larnace iuxta rivum, tarenis Salernitanis sexdecim. Sunt vero fines eiusdem territorii: ad orientem ipse Ioannes gener noster, et praedium quod dotale accepit; ad occidentem territorium filiorum Armi filii Ioannis de Optima; ad septentrionem fundus domini Darii, et Ioannis de. . . . .; ad meridiem via publica. Nos autem suprascripti, acceptis tarenis de manu generi nostri Ioannis, fecimus ipsi praesens instrumentum, ut habeat facultatem, tanquam dominus, ipsum territorium vendendi, donandi, permu- tandi, et faciendi de eo quicquid voluerit, utpote qui dominium ac potestatem a nobis accepit. Si vero temporis progressu quisquam tentaverit litem, aut molestiam inferre de huiusmodi territorio, solvat poenae nomine emptori duplum pretii, et Fisco solidos sex et triginta, ac nihilominus ipse emptor firme et stabiliter territorium retineat. Scriptum est praesens instrumentum manu Basilii notarii filii Comitum, anno 6672, indictione XII, mense ianuario, praesentibus probis et fide dignis testibus.

† Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis propria manu crucem subscripsi. Testis † Leo filius Nicolai de Thepento. Testis † Ioannes filius Petri de Donato. Temporibus piissimi domini nostri Regis Gulielmi, et Catapani Olettae Lupini Pappacarbune de Salerno et Vicecomitis Petri Gitzi.

*Zoë filia defuncti Arsenii Monachi cum eius viro et filiis vendit Ioanni genero Constae de Ursino partem vineae silae in pertinentiis Protomartyris Leontii tarenis aureis duobus et viginti.*

† σίγνον χειρος ζώης θυγατρ τοῦ ἀπεχόμενου ἀρσένιου μοναχου· † σίγνον χειρος ιωαννου υἱοῦ αὐτῆς· † σίγνον χειρος ἀρκαδίου υἱοῦ αὐτῆς· † σίγνον χειρος υασιλείου κόβαρου συνεύου αὐτῆς †

ἡμεῖς οἱ ἀνοτέρω γεγραμένῃ· οἱ τὰ σίγνα του τιμίου σταυροῦ ταῖς οἰκίαις ἡμῶν χερσὶν καθύπογράψαντες, τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν γυνῇ καὶ οἰκίᾳ προέβρι, καὶ οὐκ ἐκ τῆς τοῦ παρὰπαν ἀνάγκης, ἢ χλεύης ἢ φαιδουργίας, ἢ ὅσα ἐν τοῖς θεοῖς νόμοις ἴσιν ἀπηγορευμένα. ἀλλὰ μάλλον σὺν προθυμίᾳ πάσῃ καὶ δλοφύχῳ προδεσει, δι οἷς ὁμολογοῦμεν πιπράσκει πρὸς σὲ ιωαννην γαμυρὸν κωνστα τοῦ οὐρσίνου· τὸ ἀμπελον ὅπερ ἔχομεν εἰς τὴν κρήνην προτομαρτυρος λεωντιου, τὸ μέρος ἡμῶν ὅπερ ἐκατέλαχεν ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐμφύτευσις ἣν ἐποίησαντο ἡ γονεῖς ἡμῶν εἰς τὸ ριζέντα ἀμπελον ὅπερ ἐφύτευσαν λέγο δι ὁ πατήρ μου πρεσβύτερος ἀρκαδιος καὶ ὁ πανταλεων, καὶ ἔχομεν αὐτῶ ἐκ τῆς προλεχθήσαν ἐμφύτευσις ὅπερ καὶ μεν ἐστὶν πλησίον τοῦ ἀμπελου κυρας ἡρήνης γυνῆς πανταλεοντος· ταυτο ὡς ἴριτε πεπράκαμέν σοι αὐτῶ σοι τῶ ριζέντι ιωαννη, εἰς χρυσὸν ταρια κβ'. ἄττην λαβων αὐτὰ ἀπὸ χειρῶν σου εἰς οἰκίας ἡμῶν χεῖρας δεδωκαμέν σοι τὴν ἀπασαν αὐτοῦ δεσποτίαν καὶ κυριότητα, ἀπὸ τῆς σημερον ἡμεραν καὶ ὥραν εἰς τοὺς ἐξῆς ἀπαντας καὶ διήναικοις χρόνοις ποιῇ ἐν αὐτῶ πάντα τα δοκοῦντα σοι· πουλεῖν, χαρίζην· ἀνταλλάγτην καὶ εἰς πρίκα τέκνων παραγραφῆσαι καὶ ὅσα ὁ νόμος τοῖς οἰκίαις δεσπόταις παρακελεύεται, ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν δεσποτίαν παρ ἡμῶν ἡλειφως. ἡ δὲ καὶ τίς φανῇ ποτὲ κληρῶ ἢ χρόνῳ κήνησιν ζήτησιν ἢ ἀγωγὴν ποιήσῃτω, ἥτε ἡμῶν κληρονόμων ἢ διαδόχων, ἵνα ἡσταμέδα καὶ διεκδικῶμεν αὐτῶ ἐκ παντός προσωπου· ἱ δὲ καὶ οὐ διεκδικήσωμεν ἀλλὰ μάλλον πρὸς ἐπιστροφὴν πηραδῶμεν ἐλθεῖν ἵνα μὴ εἰσακουῶμεδα, ἀλλ' ἵνα ζημιουμέδα, εἰς τὸ διμῶσιον νομισματὰ ε' καὶ λ' δια παρανόσεως τοῦ σταυροῦ· καὶ σοι τῶ ἀγορακῶτι δια τὴν πληότεραν ἀγανάκτισιν, τὸ τίμημα ἐκ δυπλου. καὶ ἡδ οὕτω στέργῃ τὴν καθάραν

† Signum manus Zoës filiae defuncti Arsenii Monachi. † Signum manus Ioannis eius filii. † Signum manus Arcadii eius filii. † Signum manus Basilii Coxari viri eius.

Nos suprascripti, qui signa venerabilis crucis nostris manibus exaravimus, proprio nostro consilio et deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel fraude, vel malitia, vel quibuscumque aliis artibus, quae a divinis legibus prohibentur, sed potius cum omni alacritate et totius animi proposito declaramus vendere tibi Ioanni genero Constae de Ursino partem nostram vineae, quam habemus in pertinentiis Protomartyris Leontii, quaeque ad nos pervenit ex emphyteusi, quam fecerunt parentes nostri de eadem vinea, nempe pater meus presbyter Arcadius et Pantaleo, et eandem habemus ob praedictam emphyteusim prope vineam dominae Irenes uxoris Pantaleonis. Ipsam, ut dictum est, vendidimus tibi praedicto Ioanni tarenis aureis duobus et viginti; quos cum acceperimus a tuis manibus in nostras, dedimus tibi plenum dominium et facultatem a praesenti die et hora in omne aevum perficiendi in ea omnia quae tibi placuerint, vendendi, donandi, permutandi, et in dotem filiarum inscribendi, ac (faciendi) quidquid lex propriis dominis permittit, utpote qui ius et potestatem a nobis acceperis. Si quis vero aliqua occasione vel tempore litem, quaestionem aut actionem intendat, vel ex nostris heredibus, vel successoribus, tuebimur et defendemus te ab omni persona. Nisi vero defenderimus, sed potius hanc venditionem subvertere tentaverimus, ne exaudiamur, quin imo mulctemur Fisco numismatis sex et triginta propter crucis violationem, et tibi emptori ob maiorem indignationem duplo pretio; et nihilo-

παρ' ἡμῶν σοι γεναυμένην διὰ πρᾶσιν, ἥτις ἐγεγόνη ἐνό-  
πιον τῶν καλῶν ἀνδρῶπων ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἰνδικτι-  
νος ἱβ'. ἐγράφη χειρὶ εὐτελούς πετρῶν πρεσβυτέρου  
καρμαλλοῦ. † κωνσταντῶν καλογεροπολλὸς μαρτυρ  
υπεγράφη † παπᾶ θεοδώρος μαρτυρ υπεγράφη: †  
θεοδώρος γαλιότος μαρτυρ υπεγράφη † ριγαρδὸς  
μαρτυρ υπεγράφη † καλοκέρως φραγκοπέτρος μαρτυρ  
υπεγράφη † ἰωάννης μακρῆς μαρτυρ υπεγράφη † ἡ-  
κητᾶς πρεσβυταίος μαρτυρ υπεγράφη † πέτρος με-  
λαχρινὸς μαρτυρ υπεγράφη.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.º 51.)

minus firma deinde maneat haec pura a nobis tibi  
facta venditio, quae scripta est coram probis ho-  
minibus, anno 6672, indictione XII, manu Petri Ca-  
ramalli humilis presbyteri. † Consta Calogeropolus  
testis subscripsi. † Presbyter Theodorus testis sub-  
scripsi. † Theodorus Galiotus testis subscripsi. † Ric-  
cardus testis subscripsi. † Calocerus Francopetrus  
testis subscripsi. † Ioannes Macris testis subscripsi.  
† Niceta presbyter testis subscripsi. † Petrus Me-  
lachrinus testis subscripsi.

## CLXVI.

1164 — Mense Octobri — Indict. XIII — Panormi.

*Sitelciul filia Caitseut una cum Nicolao filio suo vendit Sitelciul filiae Calae eiusque filiae Sitenni vineam  
positam prope Panormum tarenis tercentis quinquaginta.*

† σίγγον χειρὸς σίττελκιουλ' θυγατρὸς καίτσευτ.  
† σίγγον χειρὸς νικολάου υἱοῦ αὐτῆς.

σίττελκιουλ', σὺν τῷ ἡμῶν υἱῷ νικολάῳ. οἱ ἀνωτέρω  
ἰδιοχείρως τὸν τύπον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυροῦ  
ἐν τῷδε τῷ ὕφει χαράξατες, ὁμολογοῦμεν ὡς ὅτι ἡδὴ  
ἡμῶν βουλῇ καὶ ἐκουσίᾳ προέβρισε χωρὴς δόλου καὶ  
χλεύης ἢ ραδιουργίας καὶ πάσης ἄλλης ἀπιγωρευμένης  
αἰτίας ἢ βίας. ἀλλ' ἐν ἐρρωμένῳ ἡμῶν τὸ νοῖ καὶ λο-  
γισμῷ ὑγιέονται μετὰ παντὸς θελήματος. πεπράκαμεν  
πρὸς ὑμᾶς σίττελκιουλ' τὴν θυγατέρα καλῆς τῆς θυ-  
γατρὸς ἰωάννου ρομαίου. καὶ πρὸς τὴν σὶν θυγατέρα  
σίττενῆς, ἐξ ἧσου. τὴν ἡμετέραν φυτίαν τοῦ ἀμπελῶνος  
σὺν καὶ τῆς γῆς αὐτῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτῆς ἡμερο-  
δένδρων, τὴν περιέλθουσαν τὸ γίδιον αὐτῆς ἡμῶν ἐκ  
πατρικῆς κληρονομίας τοῦ πατρὸς ἡμοῦ νικολάου ζή-  
κρῃ υἱοῦ λανγγουβάρδου τὴν αὐτονομίαν ἔχοντος. τὴν  
οὔσαν καὶ διακειμένην ἐν τοῖς προάστεϊσι πόλεως πα-  
νὸρμου εἰς τὸν ἀγρὸν μαρίας. διὰ ταρία τριάκοντα πεν-  
τήκοντα κόκκου α'. ἅτινα καὶ παρ' ἡμῶν τέλεια καὶ  
ἀνελλήπα αὐτὰ τὰ τριάκοντα πεντήκοντα ταρία ἀ-  
νελαυμάμεθα, παρέδωκαμέν σοι αὐτῇ καὶ τὴν αὐτοῦ  
δεσποτίαν καὶ πεποιήκαμέν σοι τῇ ρηθείᾳ σίττελκιουλ'  
καὶ τῇ θυγατρὶ σου σίττενῆς ἐκ ταύτης τὴν τελείαν  
διὰ πρᾶσιν τὸ ἐπεξουσὶος ἔχειν ὑμᾶς. αὐτὴν εἰς ἀπασαν  
χρήσιν ὑμῶν καὶ κυριώτητα ποιῶν ἀπ' αὐτὴν τὸ νο-  
ληθῆν ὑμᾶν, ποιεῖν χαρίζειν καὶ προεῖν γράφειν καὶ

† Signum manus Sitelciul filiae Caitseut. † Si-  
gnum manus Nicolai filii eius.

Sitelciul et filius meus Nicolaus, qui supra si-  
gnum venerabilis et vivificae crucis in hac char-  
tula exaravimus, declaramus proprio nostro consilio  
et voluntaria electione, sine dolo et fraude vel ma-  
litia, ac omni alia vetita causa vel vi, sed integra  
mente, sanoque iudicio atque omni voluntate ven-  
dere tibi Sitelciul filiae Calae filiae Ioannis Ro-  
maei, ac tuae filiae Sitenni ex aequo vineam no-  
stram cum eius terra et arboribus fructiferis, quae  
nobis obvenit una cum ipsius agello ex paterna he-  
reditate patris mei Nicolai Zicri, filii Langobardi  
eiusdem cognominis, sitam ac positam in suburbio  
Panormi in agro Mariae, tarenis tercentis et quinqu-  
aginta grani unius. Quos tarenos tercentos et quin-  
quaginta iustos et integros a vobis accepimus, et  
tradidimus vobis ipsam vineam et dominium in eadem,  
atque concessimus tibi praedictae Sitelciul et filiae  
tuae Sitenni, venditionis huiusce vi, facultatem, ut  
ipsam possideatis ad omnem vestrum usum, cum  
potestate faciendi de ipsa quidquid volueritis, ven-  
dendi, donandi, in dotem scribendi, et de ea omnia  
perficiendi, quae veris dominis lex facere permittit,  
utpote quae ius et dominium a nobis accepistis. Sunt  
autem fines ipsius huiusmodi: ab oriente procedit

πάντα ποιῆν ἐξ αὐτῆς ὅσα ὁ νόμος τοῖς τελείοις δεσπόταις παράκελεύεται ὅς τὸ κύριος καὶ τὴν δεσποτίαν αὐτῆς παρ ἡμῶν ἡλιφάντος· ὑπάρχει δὲ ὁ περιούρισμός αὐτῆς αὐτως. τὸ ἀνατολικὸν αὐτοῦ φθάζει μέχρι τῆς στρατᾶς λιμῶνος δι' οὗ καὶ ἡ ἑσθὸς ἐξέρχεται αὐτῆς. καὶ ἐκ δύσεως τὸ ἀμπέλον τζήφινγς, καὶ ἐκ νότου τὸ ἀμπέλον ἰούδα δέπει. καὶ ἐκ νορρᾶς τὸ ἀμπέλον βασιλείου ράπτου. καὶ συνκλήει. οἰκίονμεθα πρὸς ἡμᾶς ἐκ τούτου καὶ τὴν νομικὴν διέκδοκῃσιν ἀπὸ παντός προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου. ὅστις δὲ καὶ φανήσεται ἐκ τοῦ ἡμετέρου μέρους ἰδίου ἢ ἀδελφός ἢ τέκνον ἢ συγγληρονόμος ὀχλησιν ἢ ἀγωγὴν ἐπιφερόμενος πρὸς ἡμᾶς ἐνεκα τούτου διδοκόμεν ζημιωθήτω εἰς τὸ δημόσιον νομίσματα λς' καὶ ἡδ' οὕτω ἐρρώσθαι τὸ παρὸν ἔγγραφον. ὡς γράφει ἐπὶ τῆς εὐσεβεστάτης βασιλείας τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν δεσπότης γουλιέλμου μεγάλου ρηγός· ἐνώπιον τῶν κατωτέρως ὑπογραφέντων κριτῶν· χειρὶ καλοκάρου ταουουλαρίου. μηνὶ ὀκτωβρίῳ τῆς ἰνδικτιῶνος ιγ' τῷ ς' χογ' ἔτει ἐνώπιον μαρτυρων.

† χριστόδουλος υἱὸς φιλίππου μαρτυρῶν ὑπέγραψα ἰδιοχείρως ὡς τὸ ὕψος δειλοῦ † θεόδωρος εἰ καὶ ἀνάξιος ἱερεὺς τοῦ ἁγίου μάρτυρος πανταλεόντος μαρτυρῶν ὑπέγραψα † निकόλαος υἱὸς λέοντος μαρτυρῶν ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν † κώνστας υἱὸς στεφάνου ρωμαίου μαρτυρῶν ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν † φιλίππος ὁ κουράτωρ μαρτυρῶν ὑπέγραψα τὸν τίμιον σταυρὸν † χριστόδουλος καὶ κριτῆς ὑπέγραψα ἰδιοχείρως :

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 52.)

usque ad viam portus, ubi suus ingressus et egressus extant; ab occidente vinea Tziphais; a meridie vinea Iudae Thepet; atque a septentrione vinea Basilii Rapti, et clauditur. Promittimus vobis a praesenti tempore legitimam defensionem ab omni persona extranea et propinqua. Quicumque vero apparuerit ex nostra parte vel propinquus, vel frater, vel filius, vel coheres molestiam vel actionem huius rei causa vobis afferens, huic obstabimus, et ipse mulctabitur Fisco sex et triginta numismatis. Et sic deinceps firmum sit praesens instrumentum, quod scriptum est sub piissimo regno potentis et sancti nostri domini Gulielmi magni regis, in praesentia subscriptorum iudicum, manu Calocyri tabularii, mense octobri, indictione XIII, anno 6673, coram testibus.

† Christodulus filius Philippi testis propria manu subscripsi, ut ex caractere patet. † Theodorus etsi indignus sacerdos sancti Martyris Pantaleonis testis subscripsi. † Nicolaus filius Leonis testis subscripsi venerabilem crucem. † Consta filius Stephani Romaei testis subscripsi venerabilem crucem. † Philippus Curator testis subscripsi venerabilem crucem. † Christodulus Iudex propria manu subscripsi.

## CLXVII.

1165 — Mense Augusto 10 — Indict. XIII — Badulati.

*Michael Camerlingus mandat famulis atque exactoribus vectigalium Badulati, ne qua molestia Eremitas de Nemore afficiant quoad colonos eorumdem.*

† ἐπὶ δεῖκατὸν αὐγούστου μηνός τῆς ἰνδικτιῶνος ιγ' διατρίβοντος καμοῦ μιχαήλ καπριλλίγγου εἰς τὸν βαδουλάτον, καὶ πρῶς ἡμᾶς παραγενάμενος ὅτε κυρὸς λανδρίνος μάιστωρ τὸν ερεμιτῶν τοῦ δρους, κατὰ τὸν δουλευτὸν βαδουλάτου. οὐ μικρὸν καταγούγγιζεν, ὅτι πρὸς ἐνόχλουν αὐτῶν εἰς τοὺς παρίκους τῆς ἐκκλησίας οὓς ἐκράττει καὶ ἐδύσποζεν χρόνους μς'. καθότι

† Decimo die mensis augusti, indictionis XIII, degente me Michael Camerlingo Badulati, cum ad nos accessisset dominus Landrinus magister Eremitarum de Nemore, contra famulos (*plateae*) Badulati vehementer questus est de molestia, quam ipsi afferunt quoad colonos ecclesiae, quos tenebat et possidebat septem et quadraginta abhinc annis, prout sigillum



καὶ το σιγίλλιον ὅπερ ἐδίδκνουν ἐπὶ χεῖρας τῆς ἀφιερώσεως αὐτῶν ἐδείλου· ὅπερ ἐπῆρσεν καὶ ἀπέδωκε αὐτοῖς γουλιέλμος καρβουναῖλος· ἐνγραφῶντα καὶ ἐνὺπόγραφον ὑπο ἀξιολογῶν ἀνδρῶν· καὶ ἐν κερῶν ἀφίλον αὐτῶν τούτους οἱ κόμητες τῶν γαλαίων μοιλήτου διὰ τὸ ποιεῖν νηπτάς, ὡς ἔχοντες τὴν εἰσχὺν τῶν πλώϊμων. καὶ τῇ χάριτι καὶ ἀντολή τοῦ αἰγίου καὶ κραταιοῦ ρηγός, ἐδιεκδίκησαν τούτους ἐνώπιον τῶν μεγάλων κριτῶν καλαβρίας. ἐδίδκνυο δὲ καὶ ἐνγραφὸν τοπερ ἐκδείκνυσαν αὐτοῖς συν τῷ σιγίλλῳ, ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς μεταπευσάμενοι, ἡγάγωμεν πάντας τοὺς δουλευτάς καὶ ἀπετητάς τεῖς πλατείας βαδουλατου, ἐνώπιον τῶν τούτων ὄντας ἀπο τὸν κερὸν τοῦ κόμητος ἰωσφρὲ καὶ τῇ κομητίσσης· τὸν τε γέροντα σφυνάρον. καὶ γέροντον παζούνον καὶ νικύλαον τοῦ παπᾶ ἀρκαδίου καὶ νοτάριον γένεισον, τὸν ὄντα ἀπετιτῆν εἰς τὸν κερὸν σικληγαίδας κομητίσσης· καὶ τούτους ἀκριβὸς ἐρωτῆσαντες ἅπασι δις καὶ πωλλάκις, ἐκ ἐπίσταντε ὅτι ἀπ αὐτῶν τεῖς ἀπέττην εἰς τὸν κερὸν τῆς κομητίσσης ταῖλος ἐκ τοῦς τιούτους ἀνθρώπους. οἱ δὲ μία φωνὴ ὕμων· ὅτι οὔτε εἰς τὸν κερὸν τοῦ κόμητος οὔτε εἰς τὸν κομητίσσης οὐ κομητῶμεθα ἀπετείσασθαι ἀπ αὐτῶν τέλος· ἡ μὲν μόνον τὰ ὀνόματα αὐτῶν εἰδόμεν γεγραμμένα εἰς τὴν πλατείαν κόμητοῦ βίου. ἀνμαρτυροῦντος δὲ σχεδὼν παντὸς τοῦ λαοῦ τῆς χώρας ὅτι οὐδέποτε κερὸν ἀπετείσθησαν αὐτοῖς ἀνθρώποι παρὰ τὸν δουλευτῶν τοῦ κόμητος οὔτε τῆς κομητίσσης· πρὸς ταῦτα ἐφέρον ἡ συνκαθεζόμενοι συν ἡμῶν ἀρχῶντες. ἵνα ἀπο τῶν δουλευτῶν τῶν ἐριμῶν, ὁμῶδη εἰς τὰ ἅγια ευαγγέλια. ὅτι τοὺς τιούτους τῶν τε ἀνδρῶν λωνγύβαρδον συν τῶν δύνον ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἰωαννῇ τὸν συγγενῇ αὐτοῦ καὶ τὸν παῖδων αὐτοῦ, καθότι καὶ το σιγίλλιον διαγινώσκει· ἡ ἐκκλησία ἐκράτει καὶ ἐδέσποσεν αὐτοῖς εἰς τὸν κερὸν τοῦ κόμητος καὶ τεῖς κομητίσσης· καὶ ἔχην αὐτοῖς εἰς τὸ διήνεκές ὅπερ καὶ γέγωνε· ἐλθόντος τοῦ αἰγίου ευαγγελίου ὡμῶσε ὁ δουλευτῆς αὐτῶν ἀναστασιος υἱὸς ταβερνήτου· καὶ ἀποπαύσαμεν τοὺς δουλευτὰς μοῖκέτι πλέων ζητεῖν ἢ ἐνωχλῆν αὐτοῖς τοὺς ἐριμίτας ἐν ἰουδίπῳ τρωπῳ· ἐνθεν καὶ πρὸς ποίστωσιν τῶν ἐντιχανώντων ἐπείδη καὶ ἀπεδώδη αὐτοῖς τῷ παρὸν δικαίωμα ἐνώπιον τὸν παρεβρεθέντων καὶ υπογραφάντων χριστήμων ἀνδρῶν μὴν καὶ ἰνδικτιῶν προγεγραμμένοις· τοῦ ἔτους ςϞϞγ †

† νικύλαος στρατηγὸς στύλου καὶ ἁγίας αἰκαθε-

donationis ipsorum ab eo exhibitum declarabat, quod fecerat et dederat ipsis Gulielmus Carbonellus, scriptum et subscriptum a viris fide dignis. Dudum praedictos colonos ipsis (*Eremitis*) abstulerant Comites galearum Mileti, ut eos nautarum officio manciparent, et classis vires augerent; gratia vero et mandato sancti et potentis Regis hos sibi vindicarunt (*praedicti monachi*) coram maioribus Calabriae Iudicibus; et ostendit etiam (*memoratus Landrinus*) una cum sigillo sententiam, quam in iudicio retulerant. Nos autem rursus cum de tota re edocti essemus, arcessivimus coram nobis omnes famulos, et vectigalium exactores plateae Badulati, qui a temporibus usque Comitis Geofridi et Comitissae id muneris exercebant, videlicet senem Sfinarum, et Georgium Pazunum, et Nicolaum filium presbyteri Arcadii, et notarium Genesium, qui erat exactor temporibus Sicelgaidae Comitissae. Et cum hos accurate interrogavissimus semel, iterum ac saepius, num scirent si quis eorum temporibus Comitissae vectigal ex huiusmodi hominibus exegerit, una voce responderunt: Neque Comitis, neque Comitissae temporibus ex ipsis quodquam fuisse tributum exactum recordamur, sed tantum eorum nomina inscripta vidimus in platea Comitis Rhai; et insimul testabatur cunctus fere populus eiusdem regionis nullo unquam tempore famulos Comitis vel Comitissae tributum ab ipsis hominibus exegisse. Ad haec procures, qui nobis assidebant, statuerunt, ut famuli Eremitarum iurarent ad sancta evangelia, ecclesiam temporibus Comitis et Comitissae iugiter habuisse et possedisse hos homines, nempe Langobardum cum duobus suis fratribus, et Ioannem eius consanguineum cum filio, prout et sigillum declarat, quod et factum est. Cum sanctum evangelium allatum esset, iuravit eorum famulus Anastasius filius Tabernitae, et mandavimus, ne famuli amplius quavis ratione actionem instituerent, vel molestiam afferrent praedictis Eremitis. Unde ad legentium fidem factum et traditum est ipsis praesens iudicatum coram probis hominibus qui interfuerunt, et se subscripserunt, mense et indictione supradictis, anno 6673.

† Nicolaus Strategus Styli et Sanctae Aecatheri-

ρίνης παρεύρεθεῖς ἐπὶ τούτῳ μαρτυρῶν ὑπέγραψα τὴν  
ἐμὴν μαρτυρίαν οἰκείᾳ χειρί

† Φίλιππος τῆς λάνδρας καὶ καβαλλάριος μαρτυ-  
ρῶν ὑπέγραψα διὰ τοῦ σταυροῦ

† ἰωάννης μαιστῶρ καγκέλλαριος ἀγίας ἐγκατερί-  
νης μαρτυρῶν ὑπεγράψα διὰ τοῦ σταυροῦ

† σήδερος κριτῆς βαδουλατοῦ μαρτυρῶν ὑπεγράψα  
διὰ τοῦ σταυροῦ

† ρωπέρτος πλασταρος μαρτυρ

† γενεσιος καβαλλάριος μαρτυρ

† λέων ρουσάκης καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν στρατηγὸς  
βαδουλατοῦ μαρτυρῶν ὑπέγραψα διὰ τοῦ σταυροῦ

† πρεσβύτερος θεοδωσιος καὶ πρωτοπαπὰ μαρτυρ

† παπας ἀρκαδῆος φρικνολλῆς μαρτυρῶν

† νικόλαος παζούνης μαρτυρῶν ὑπεγράψα

† ὁ καπριλλίγγος μίχαηλ

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 53.)

nae, qui huic sententiae interfui, testis subscripsi  
meum testimonium propria manu.

† Philippus de Landra Caballarius testis subscri-  
psi per crucem.

† Ioannes Magister Cancellarius Sanctae Aecathe-  
rinae testis subscripsi per crucem.

† Siderus Iudex Badulati testis subscripsi per  
crucem.

† Rupertus Plastarus testis.

† Genesius Caballarius testis.

† Leo Rusacis hodiernus Strategus Badulati te-  
stis subscripsi per crucem.

† Theodosius presbyter et protopapa testis.

† Presbyter Arcadius Fricnolla testis.

† Nicolaus Pazunis testis subscripsi.

† Camerlingus Michael.

## CLXVIII.

### 1165 — Indict. XIII — Cyr-Zosimi.

*Ursus Synesiota donat monasterio S. Mariae de Cyr-Zosimo praedium positum in loco dicto S. Euplo.*

† σύγιον χεῖρος κυρ οὔρσου ἐπωνυμία σινεσιῶται.

† κἀγὼ οὔρσος ὁ πρόγεγραμμένος ὁ τὸν τύπον τοῦ  
τιμίου καὶ ζωώπιου ἐκείᾳ μου χεὶρί καθυπόγραψας·  
ἀφ' ἐμῶ τὸ χωράφιον μὴ τὸ ὅπερ ἐστὶν εἰς τύπον  
ἐπιλεγῶμενον ἀγίου εὐπλου· εἰς τὴν ἀγίαν θεοτοκε τοῦ  
κυρ ζωσίμου καὶ εἰς τὸν πριουλον κυρ ἰωάννην βάρ-  
σάνου· ὑπὲρ ψυχικῆς μου σωτηρίας, καὶ τῶν ἡμῶν γνῶ-  
νέων· καὶ ἐστὶν δι' ἐσινδριῶτης ἀπὸ ἀνάτωλῆς ἢ στρατα  
καὶ ὁ πρεσβύτερος ἰωάννης καὶ εἰς τὴν δύσι ὅπου σμη-  
γουν. τὸ ὁ ριᾶκητζ με τὸ ὁ ριᾶκὴν μὲγάλως. καὶ  
ἀπὸ ἄκτροῦ ὁ κυρ ἰωάννης τοῦ ἀργέντου. καὶ ἀπὸ  
μίσυμβριά τὸ ὁ ριᾶκὴ τοῦ ἀγίου εὐπλου· καὶ ἀπο  
γὰρ τὴν σήμερον ἡμέραν καὶ ὥρᾳ, ὁμύλωγω τοῦ ἐξου-  
σίᾳς αὐτῇ ἡ ἐκκλησία τεμελάτου αἰῶνος· εἰ δὲ τίς  
ἐκφείῃ· καὶ μέλλῃ κατὰλιδυναί τε τιαῦτι ἀφ' ἐέρω-  
σιν, ἐστω κἀτιράμενος παρα κυριῷ θεῷ πάντοτε κἀτω-  
ρι. καὶ εἰς τὸ δὲ μῶσιον νομισματὰ ε' καὶ ἡθ' οὕτως  
στέργειν καὶ ἡμνεῖν· στέρκα καὶ ἀπαρσάλευτον· πα-  
ρυσία τῶν ἀξιόπιστων μαρτυρῶν. γραφὴν διὰ χεῖρος  
ἀρχιερέως ἰωάννου τοῦ κυρ ζωσίμου. ἐτεῖ 5709'. ἰν-  
δικτιωνι 19'.

† Signum manus Domini Ursi cognomento Syne-  
siotae.

† Ego suprascriptus Ursus, qui signum sanctae et  
vivificae crucis propria mea manu exaravi, offero  
meum territorium, situm in loco ubi dicitur S. Euplus,  
sanctae Deiparae de Cyr-Zosimo et priori domino  
Ioanni Barisano pro salute animae meae meorumque  
parentum. Sunt autem eius fines huiusmodi: ad orien-  
tem est via et presbyter Ioannes; ad occidentem,  
ubi parvus rivus cum magno coniungitur; ad septen-  
trionem dominus Ioannes de Argento; ad meridiem  
rivus S. Eupli. Declaro igitur a praesenti die et  
hora eandem terram esse in potestate ecclesiae usque  
ad finem seculorum. Quod si quis surrexerit huius-  
modi oblationem infractus, maledictus sit a domino  
Deo omnipotente, et Fisco solvere teneatur solidos  
sex, et nihilominus rata, firma et immutabilis per-  
maneant haec oblatio facta coram fide dignis testibus,  
et scripta manu archipresbyteri Ioannis de Cyr-Zosi-  
mo anno 6673, indictione XIII.

† ἰωάννης του μοναχου μαρτυρ υπεγραφα † παπα  
κωνσταντίνου σπανου μαρτυρ † ρινκαρδος νουκαρρι-  
της μαρτυρ υπεγραφα.

† πετρος της χάρας μαρτυρ † ἰωάννης κηραλα-  
ριτας μαρτυρ.

† νικολαος βέρβεκάρης μαρτυρ υπεγραφα.

† ρωκεριος της μοναστρεας μαρτυρ υπεγραφα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 59.)

† Ioannes de Monacho testis subscripsi. † Pre-  
sbyter Constantinus Spanus testis. † Riccardus Nu-  
carrita testis subscripsi.

† Petrus de Cara testis. † Ioannes de Circlario  
testis.

† Nicolaus Berbecaris testis subscripsi.

† Rogerius de Monacha testis subscripsi.

## CLXIX.

1166 — Mense Julio — Indict. XIV.

*Petrus Coratzi, eiusque frater Philippus et soror Ursa donant monasterio S. Georgii Martyris praedium  
situm in pertinentiis Episcopii.*

† σίγνον χειρος πέτρος, υἱός τοῦ ἀπηχομένου λεον-  
τος χωρατζη

† σίγνον χειρός Φιλίππου ἀδελφός αὐτοῦ.

† σίγνον χειρός οὔρας ἀδελφῆς αὐτοῦ.

† Εν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ του  
αἰγίου πνευματος. οἱμοῖς αἱ προγραφέντες αἱ τα σίγνα  
τοῦ τιμίου καὶ ζωπιῶν σταυροῦ, αἰκείας ἡμῶν χερ-  
σὶν καθυπογράψαντες, τὸ δε ὕψος ὑπὸ του νοταρίου  
προτάξας, τὴν παρούσαν ἔγγραφον καὶ καθαρὰν ἄ-  
φιερωσιν. τιθεμεθα καὶ ποιῶμεν, ἐκουσία ἡμῶν τῇ  
γιώμῃ καὶ αὐτωπροσετῶ βουλῇ· εκτος βίας ἀνάγ-  
κης καὶ παντὸς ἀπηγορευομένου πρώτου. εἰς σὲ ἡ-  
λὴν εὐλαβεστατον καθηγούμενον. τῆς ἐσιωπίας μο-  
νης τοῦ αἰγίου καὶ ἀδελφώρου μάρτυρος γεωργίου,  
καὶ πρὸς πάντας τοὺς μετὰ της σοῦ τελευτήν μὲλ-  
λοντας ἔστε καθηγούμενους, ἐν ταύτῃ τῇ ἀγιωτατῇ  
μονῇ τοῦ αἰγίου μαρτυρος γεωργίου, δι ἧς ἐν ἀλήθειᾳ  
καὶ ἐνδότητι ὁμολογῶμεν, ἀπεντευθεν εἶδι δωρίσα-  
σθαι καὶ ἀφιέρωσασθαι κατὰ τελείαν νομίμην, καὶ  
δεσποτίαν δικαίου χωραφίον, ἐν τῇ διακρῆσει τῆς  
ἐπίσκωπης, ἐν τῇ τωποθεσίᾳ τοῦ γαμίλλου, συνόρῃ  
δὲ τοῦ τιοῦτοῦ χωραφίου κατὰ μὲν ἀνατολᾶς, τὸ  
ριζικὴν τῆς περιόρισμίας τοῦ ἀρμετιου, καὶ κατὰ δυ-  
σμάς, μέλης κριτῆς, ἀπο δὲ ἀρκτου, ἰωάννης σκα-  
παλλήτης, ἐκ μεσιμβρίας δε νικολαος τζωκουλου,  
τούτω τιγαροῦν τὸ τραχῶς περιόρισθεν, δωρούμεν,  
καὶ ἀφιερωνόμεν· εἰς τὴν ρηθεῖσαν ἀγιωτατῇ μονῇ  
τοῦ ἀδελφώρου μαρτυρος γεωργίου, οὐχ ὥς εἰπεῖ  
καὶ ὥς ἔτυχεν. ἀλλὰ ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεως, καὶ

† Signum manus Petri filii quondam Leonis Co-  
ratzi.

† Signum manus Philippi fratris eius.

† Signum manus Ursae eius sororis.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae  
crucis propriis manibus exaravimus, nomina vero  
manu notarii, de propria nostra sententia et libera  
voluntate, sine vi, necessitate, et quovis vetito modo,  
praesentis purae oblationis instrumentum facimus et  
damus tibi Eliae piissimo praefecto sacratissimi mo-  
nasterii sancti et invicti Martyris Georgii, omnibus-  
que post tuum obitum eiusdem sanctissimi mona-  
sterii S. Martyris Georgii futuris praepositis : quo  
instrumento vere et recte declaramus amodo dare et  
offerre terram perfecto iure et dominio, quam habe-  
mus in pertinentiis Episcopii in loco ubi dicitur Ge-  
mellus; cuius fines sunt hi: ad orientem rivus confinii  
de Armetio; ad occidentem Melis Iudex; ad septen-  
trionem Ioannes Scupallites; ad meridiem Nicolaus  
Tzoculus. Hanc igitur terram quatuor his terminis  
comprehensam concedimus et offerimus praedicto  
sanctissimo monasterio gloriosi Martyris Georgii, non  
temere, nec inconsulto, sed pro redemptione, re-  
missione et salute animarum nostrarum, nostrorum-  
que parentum, ut in vestris precibus et in sacris  
diptychis nostri commemorationem faciatis; ut a  
praesenti die sanctissima ecclesia potestatem habeat  
praedictam terram vendendi, itemque donandi, et

σωτηρίας, τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τῶν γυναικῶν ἡμῶν τοῦ εὐχεσθαι καὶ μνημονεύεσθαι, ἡμᾶς, ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτυχοῖς, ἵνα ἀπο τοῦ παρόντος ἔχετε, ἡ ἀγίωτατη ἐκκλησία το ρηδεν χωραφίον πουλήν τε ἄσματος καὶ ἀφιερούσαι, καὶ πάντα ποιῆν, ὥσα τοῖς εἰδείς δεσποταῖς, παράκελεύουσιν, ὡς τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν λαβόν, μήτε κωλυμένος, παρὰ τινος οὔτε παρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ἡ μὲν Φανῇ τῆς ποτὲ κερῶ τοῦ ἐπιζητῆν τὴν ἀγίωτατην ἐκκλησίαν ἐκ τοῦτον τὸ ρηδεν χωραφίον, ἥσαστε ἡμᾶς καὶ διέκδικαν αὐτῶ ἀπὸ παντός ἐναντιούμενου προσόπου, ἡ δὲ καὶ τουτο οὐ ποιεῖμεν ἀλλὰ εἰς ἐπίστρωφιν τινᾶ χρυσώμεθα, πρῶτων μὲν ζημιόυσθαι ἡμᾶς ὑπὲρ παραβασίας τοῦ τιμίου καὶ ζωόποιου σταυροῦ νομίσματα λς', ὑπωκησθαι δὲ καὶ τὸ ἀνάδεμα τῶν τιῆ ἀγίων θεῶφωρων πατέρων, καὶ εἰδ οὕτως ἔστω στερεᾶ καὶ ἀπαρασάλευτος ἡ παρούσα καὶ παρ ἡμῶν γεναιμένην τελείαν καὶ καθαράν ἀφίερωσιν, διὰ τὸ οὕτως ἡμᾶς ἀρεσθῆναι.

γραφεν διὰ χειρὸς νικολαου νοταρίου ὁ τοῦ κασίνου μτρί ἰουλίω ἰνδικτιωνί ἰδ' εἶτους ςχρδ'. ἰνδικτιωνος ἰδ' παρουσία μαρτυρῶν

† γίδως ἱερουργός μαρτυρ υπεγραφα διὰ τοῦ σταυροῦ.

† νικόλαος παξιμαδιος μαρτυρ υπεγραφα δια τοῦ σταυροῦ.

† ἰωάννης κουνιγγαρης μαρτυρ υπεγραφα δια του σταυροῦ.

† ἰωάννης βινγγιάνιτης μαρτυρ υπεγραφα δια του σταυροῦ.

† νικολαος κρητής ἐπίσκοπιων μαρτυρῶν υπεγραφα διὰ τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 60.)

omnia faciendi, quae propriis dominis iure permittuntur, sicut auctoritatem a nobis accepit, ne impedimentum habeat a quacumque persona, nec a nobis ipsis. Et si quo tempore apparens aliquis, de hac ipsa terra sanctissimam ecclesiam molestare voluerit, nos debeamus obstare, ipsamque defendere ab omni contraria persona. Quod si hoc facere nolumus, sed contravenire proponamus, primum quidem solvere debeamus propter praevaricationem venerandae et vivificae crucis solidos sex et triginta, et maledictionem habeamus a tercentis octo et decem sanctis divinis Patribus, ac deinde firmum et inconcussum permaneat praesentis purae et absolutae oblationis a nobis factae instrumentum, quia haec est nostra voluntas.

Scriptum manu Nicolai notarii de Casino mense iulio, indictione XIV, anno 6674, coram testibus.

† Gidus sacerdos testis per crucem subscripsi.

† Nicolaus Paximadius testis per crucem subscripsi.

† Ioannes Cuningaris testis per crucem subscripsi.

† Ioannes Vigianita testis per crucem subscripsi.

† Nicolaus Iudex Episcopii testis per crucem subscripsi.

## CLXX.

1166 — Mense Novembri — Indict. XV — Circlarii.

*Tabulae dotales inter Sergium Villaritam et Argentiam Annae de Lando filiam.*

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος παναγία θεοτοκε σὺν τῷ μονογενῇ σου υἱῷ καὶ θεῷ ἡμῶν ευτυχῶς βοηθεῖ ἡμῖν εἶσεν τα ὀφίλοντα δοθεῖναι παρ ἡμοῦ νικητοῦ ὁ ἐστὶν υἱος σεργίου βίλλαριται πρὸς τὸν ἐκ θεοῦ δωθεντα μὴ γαν-

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Sanctissima Deipara simul cum unigenito Filio tuo et Deo nostro prospere nos adiuva. Haec sunt, quae ego Nicetas filius Sergii Villaritae dare debeo Argentiae legitimae filiae Annae de Lando, divinitus

βρῆ ονοματι αργεντία θυγατρὶ ἀννης τοῦ λάν-  
δου. τῷ ἐμῷ γνησίῳ υἱῷ ονοματι σέργιον νομιμος γυνή  
ἐν πρώτοις δίδωμι τῇ ἐμῇ γυνὴ δια τὸν ὑποβολὸν  
αὐτῆς νομισμα ἐν. καὶ τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ τὴν μύραν αὐ-  
τοῦ καὶ τὰ ἔλξη του θεοῦ, λογῶ δὲ αὐτῆς θεωρε-  
τροῦ το τέταρτον μέρος ὅπερ νῆν ἐχω καὶ μελλῶ  
ὑποκτῆσαι ἀχρι βίου ζωῆς μου.

† ἀντιπροικίον γεναμένον παρ ἐμοῦ ἀννης τοῦ λάν-  
δου πρὸς τὸν ἐκ θεοῦ δωθέντα μοι γανυρον ονοματι  
σεργίον, τῇ ἐμῇ γυνισίᾳ θυγατρὶ ὀνοματι αργεντία νο-  
μιμον ἀνδρα ἐν πρώτοις δίδωμι τῷ ἐμῷ γανυρῷ δια  
ταῖς φορεσίαις αὐτοῦ παννὴν λεῖον πυχαις μ'. καὶ  
φουσταῖον α' ὃ ἐστὶν πυχαις ι', δίδωμι δὲ τῇ ἐ-  
μῇ θυγατρὶ κρεβάγτωστρωσία γ' ἔχοντα ἀνφοτερὰ  
σάγκους φρανκίους γ' καὶ κοπερτία γ'. καὶ συνδο-  
νία ε'. καὶ προσκεφαλαίον α'. καὶ βοηδίων. καὶ πε-  
ριστερας γ'. το (ἐν ἡμέρον) τα β'. ἀγρία καὶ στεγνα-  
τον α' καὶ κρεμασταλίον α' καὶ τυγανὴν α'. καὶ το  
μέρος μου τοῦ ὀσιπτιοῦ ἀπο τε ἀμπέλων χωραφίων  
ἡμεροδενδρίων ἵνα ἐχῇ μου μέρος δίδωμι σὶ τα ἡμερο-  
δενδρία, ἄνευ το χωραφίων τοῦ κολφοῦ των μυλων  
τῆς τύμπης ὅπερ κρατεῖ ἐνεχυρὸν . . . . μαλφίτανος  
ας ἐξηγώρασεν αὐτὰ, ε' δηναρία, καὶ ἐχῇ αὐτὰ προ-  
τήμη, καὶ τὰ ἐλεῇ τοῦ θεοῦ· γράφει δια χειρὸς ἐ-  
μοῦ μιχαὴλ νοταρίου παρακλησὶ νικολαοῦ νοταρίου  
καὶ ταυταλαρίου ἄστειος κηρχλαρίου ἐν μηνὶ νοεμβρίῳ  
ἰνδικτιωνίᾳ ἐ' τοῦ ἐτους ε'χοε'. παρόντων ἀξιωμασίων  
μαρτυρῶν.

† ὁτος κραπαρὴς μαρτυρ ὑπεγράφα.

† ἰωάννης πασχα μαρτυρ ὑπεγράφα.

† ἀναστάσιος βιλλαριτῆς μαρτυρ ὑπεγράφα.

† νικολαὸς μαῖος μαρτυρ ὑπεγράφα.

† ἰωάννης γρεκος μαρτυρ ὑπεγράφα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 61.)

mibi datae nurui, et legitimae uxori mei proprii  
filii Sergii. In primis do praedictae meae nurui pro  
incremento dotis eius numisma unum, et meo fi-  
lio portionem suam, et Dei misericordiam. Ratione  
autem donationis post nuptias do ei quartam par-  
tem bonorum, quae possideo, et quae possessurus  
sum dum vixero.

† Tabulae detales factae a me Anna de Lando,  
et traditae Sergio meo genero divinitus mihi dato,  
et legitimo viro Argentiae meae legitimae filiae. In  
primis do meo genero pro indumentis ulnas telae li-  
neae quadraginta, fustaneum unum decem ulnarum.  
Do etiam meae filiae lectos tres, quorum singuli ha-  
bent culcitas fimbriatas tres, stragula tria, lintea  
sex, unum cervical, bovem, et tres columbas, unam  
domesticam, et duas silvestres, patinam unam, unum  
cremastalium, et unam sartaginem; et de aedibus  
meam partem; et de vineis, agris, et arboribus  
fructiferis meam partem, excepto territorio Colfi,  
et molendino Tympae, quod pignori accepit Malita-  
nus, liberatum pretio septem denariorum, et ipsum  
retinet pro pecunia soluta; et Dei misericordiam.  
Scriptum manu mea Michaelis notarii ad requisitio-  
nem Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii,  
mense novembri, indictione XV, anno 6675, prae-  
sentibus fide dignis testibus.

† Odo Craparis testis subscripsi.

† Ioannes Pascha testis subscripsi.

† Anastasius Villarites testis subscripsi.

† Nicolaus Maius testis subscripsi.

† Ioannes Graecus testis subscripsi.

1167 — Mense Iulio — Indict. XV — Rossani.

*Ioannes archiepiscopus Rossanensis accipit ab Hierotheo praeposito monasterii S. Ioannis de Calveto nonnulla ecclesiastica ornamenta, eumque remuneratur donatione quorumdam bonorum.*

† ἰωάννης ἐλαίῳ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος πόλεως ρουσιάνων.

† Ἐπὶ δὲ ἡμεῖς οὐ σεβασμιώτατος. . . . . καὶ παντρεῦτατος κυρος ἱερῶς θεός ὁ τῆς σεβασμίας μονῆς καθηγούμενος· τοῦ σωτηρίου πατρὸς ὑμῶν ἰωάννου τοῦ καληνίτου εἶπεν πρὸς τὴν ὑφ' ἡμῶν καθολικὴν ἐκκλησίαν μετὰ τινῶν τῶν ἐν τῇ ριθίσῃ μονῇ ἐυλαυνῶν καὶ εὐλογημοτάτων μοναχῶν. τῇ μὲν ὡς ὑπερᾶλλαξι τὴν ἀγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν· καὶ τὴν ὑμῶν ἀσθενότητα· φέρον μεθ' αὐτῶν καὶ ἀφαγνίζον ἐν τῷ ἁγίῳ ναῷ τῆς ἀχειροποιεῖται· τὰ εἶρα καὶ θαυμασία καὶ πολύτμημα κόσμια· λέγω δὲ· τὸ ἐπητραχίλῃον· καὶ τὸ γονατίον· καὶ τὰ ὑπερμάνικα διάφορα χρυσόπαστα· καὶ διαμαργάρου σκεδιασμένα. ἔχοντα διαφόρους ἀγίας ἡκούας. ὑπὲρ δὲ τῆς τημέτης χάριτος· καὶ τῇ μὲν εἰς ἐξέργου πρὸς ἡμᾶς ἐπεδίεστο ἡδύμεν καὶ ἡμεῖς ὁ προσεστὴς τῆς ἀγίας ἐκκλησίας διαφερόντων δικίων· πρὸς τὴν τοῦ καληνίτου σεβασμίαν μονὴν ἐπιδοῦναι· καὶ ἐπηχυρῶσαι· μητρὸν τῇ πρὸς ὀφέλῃ τῆς ριθίσῃς ἀγίας μονῆς. τῇ συμμουλῇ τινὶν τοῦ ὑφ' ἡμῶν ἐναγίου κλήρου. ἐκδιδόμεθα. πρὸς τὴν ριθίσαν ἀγίαν μονὴν· τοῦ προᾶστιον τῆς δράκουερας· καὶ τοῦ υραχίτατον ἐκί πορίτῃον· κατὰ ἐπικράτι ἡμεῖς τὸ προστεν· ἡ ἀγία καθολικὴ ἐκκλησία. ὁμῶς καὶ τὸν μίλον· τοῦ φηληκῆ· τὸν ὄντα ἡς τὸν κυλάδον ποταμὸν τριέντου. ὁμῶς καὶ τὰ χωραφίτῃον· τοῦ παλεωχωρίου· τὰ πλησίον τῶν ἀμπελίων· τῆς ριθίσῃς τοῦ καληνίτου μονῆς. τὰυτὰ ἅπαντα τὰ ρηθέντα· καὶ καλὸς ἐκτεθέντα· καὶ ἐκτεθέντα παρ ἡμῖν· πρὸς τὴν ριθίσαν καὶ σεβασμίαν τοῦ καληνίτου μονῆς· μὴ εἶναι δὲ ἡμεῖς· μητέ τῇ τῶν μετ' ἡμῶν μελλοντῶν διαδυῶσαι· τὸν τῆς ἀρχιεπισκοπῆς θρόνον· ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς ριθίσαν τοῦ καληνίτου μονῆς· ἐκ τῶν καλῶς· καὶ ευνομόνως παρ ἡμῖν πρὸς αὐτὴν ἐκδοθέντων τουρνοῦν· ἡ δὲ τῆς φανῆ ἐναντητοῦμενος ἐν ταυτοῖς τῇ διαπραξίσται· ὑποκίστο αὐτοὺς καὶ ἡ κεκατηραμένοι παρα κυρίου θεοῦ παντοκράτορος· τῶν τί· καὶ ἡ ἁγίων θεοφορῶν πατρῶν σχί· δε καὶ τὴν ἀρὰν ἰούδα τοῦ προδωτοῦ σχῆν· δε καὶ τὸν οσίον

† Ioannes divina misericordia archiepiscopus civitatis Rossani.

Cum venerabilissimus . . . . . et omnino sacrosanctus dominus Hierotheus, praepositus colendi monasterii servatoris patris nostri Ioannis de Calveto, venisset ad catholicam ecclesiam nobis concreditam cum quibusdam piis et honestissimis monachis dicti monasterii, ut succurreret permutationis nomine sanctae catholicae ecclesiae, et egestati nostrae, secum attulit et dicavit sancto templo Deiparae non humanitus factae sacra et mirifica pretiosaque ornamenta, idest stolam, mappulam et manipulos varios auro pictos et margaritis decoratos, habentes diversas sanctas imagines. Hoc vero pro munere et honore, quo reapse nos prosecutus est, censuimus et nos praepositus sanctae ecclesiae ex diversis iuribus (nostris) tradere et confirmare venerabili monasterio de Calveto exiguum quidquam praedicto sancto monasterio profuturum. Consilio igitur nostri pientissimi cleri, damus dicto sancto monasterio praedium suburbanum Dracunerae, et parvulum hortum ibidem positum, ut ea possedit antea sancta catholica ecclesia; item molendinum Feliciae, positum in valle fluminis Trienti; similiter et praediola Paleochori, prope vineas praedicti monasterii de Calveto. Haec omnia suprascripta probe donata et tradita sunt a nobis dicto venerabili monasterio de Calveto, nec liceat mihi, neque cuiquam eorum, qui post me in archiepiscopali solio consecrabuntur, auferre vel abiudicare a praedicto monasterio de Calveto (aliquid) ex iis, quae recte et benevole nos eidem donavimus. Si quis vero his in aliqua re adversabitur, subiaceat maledictioni domini Dei omnipotentis, et tercentorum octo et decem sanctorum divinorumque Patrum,

ιωαννην του καλυυτου την αντημαχμενον εν τη ημερα της κρίσεως· Ἐπη τούτω γάρ· καὶ τὸ παραποδοτηκόν· καὶ ἀνταλλακτικόν χαρτόν· πρὸς τὸν ριζέντα πανευλαεστατον καθηγουμενὸν κυρον ἱερόθεν· καὶ πρὸς τοὺς ὑπ αὐτῶ· ευλαεστατοὺς μοναχοὺς· καὶ πρὸς τὴν ριζεσαν σευασμὶαν μονήν· πεπεικάμεν· πρὸς δὲ περισσώτερην πίστοσιν καὶ ασφάλην ἀναδεν μὲν τοῦτω ἰδιωχειρος υπεγραφα· κατοθεν δὲ· τὴν διαμολυδου συνιδει νολλη εσφραγισα εγγραφη χειρι ιωαννου ευτελους ιερεως ευδομαριου καὶ υπομνηματογραφου Ἐπη της ἔσευους υασιλίας γουλιαλμου του φηλοχριστου υμων δεσπότου καὶ αγιου ριγος· μηνι ιουλιῳ ἰνδικτιωνι ιε' ετους γχοε· παρουντια των καὶ υπογραφεντων εν αὐτῶ· ἀξηρολογων ιερεων τε καὶ κληρικων.

† κωνσταντινος ευτελης διακονος μαρτυρων υπεγραφα † μιχαήλ ὁ ευτελής πρεσβύτερος καὶ σκευοφύλαξ υπεγραφα † νικόλαος ὁ ευτελής πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιαρχης μαρτυρ υπεγραφα † θεόδωρος ευτελής πρεσυτερος καὶ κατιχητης ὁ μανας υπεγραφα † ιωαννης ὁ ευτελής πρεσυτερος καὶ ευδομαριος υπεγραφα † ἰωάννης ευτελής πρεσβυτερος ευδομάριος καὶ υπομνηματογράφος τοῖς προγραφεισι υπεγραφα † μιχαήλ ὁ ευτελής διάκονος καὶ κανστρίσιος τῆς μεγάλης καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας ὁ μαλεῖνος υπεγραφα † σιμειον ὁ ευτελής πρεσυτερος ὁ λεόπαρδου υπεγραφα † ιωαννης ὁ ευτελής πρεσυτερος καὶ ταβουλαριος ἀρλειτας υπεγραφα † γρηγοριος ευτελής πρεσυτερος καὶ κληρικὸς ὁ μοσατος υπεγραφα † ιωαννης ευτελής πρεσυτερος, καὶ κληρικὸς υαρδολος υπεγραφα † ιωαννης ευτελής πρεσυτερος καὶ ευδομαριος ὁ κουνουτης υπεγραφα † ιωαννης ὁ ευτελής πρεσβυτερος καὶ ευδομαριος υπεγραφα † μικρος ευτελής διάκονος καὶ δευτερεύων υπεγραφα † υασιλειος ὁ ευτελής πρεσυτερος καὶ ευδομαριος μανδακας υπεγραφα † νικόλαος ὁ ευτελής πρεσβύτερος καὶ κληρικὸς ὁ μέλητης υπεγραφα † ἀδάμ ὁ ευτελής πρεσβύτερος καὶ ευδομάριος υπεγραφα τὸν τίμιον σταυρον † γρηγοριος ὁ ευτελής πρεσυτερος καὶ ευδομαριος ὁ ἱερόμνημων υπεγραφα † νικόλαος ὁ ευτελής πρεσβύτερος καὶ κληρικὸς ὁ ἀρκουδακος υπεγραφα † λέων ὁ ευτελής διάκονος ἀλανατης υπεγραφα † rostus gracianus † ιωαννης κληρικος καὶ υπομνησκος πρωτοπαπῃ υπεγραφα † . . . . .

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 51.)

habeat etiam exsecrationem Iudae proditoris, et adversarium nanciscatur in die iudicii sanctum Ioannem de Calveto. Qua de re fecimus hanc traditionis et permutationis chartulam dicto piissimo praeposito domino Hierotheo, eiusque religiosissimis monachis, et dicto venerabili monasterio. Ad maiorem porro fidem et securitatem superius propria manu hoc signavimus, inferius autem consueta plumbea bulla munivimus. Scriptum manu Ioannis humilis sacerdotis hebdomadarii et actuarii, sub pio regno Gulielmi religiosi nostri domini et sancti Regis, mense iulio, indictione XV, anno 6675, coram probis sacerdotibus et clericis in hac chartula subscriptis.

† Constantinus humilis diaconus testis subscripsi. † Michael humilis presbyter et scevophylax subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et ecclesiarcha testis subscripsi. † Theodorus humilis presbyter et catechista de Manna subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi. † Ioannes humilis presbyter hebdomadarius et actuarius supradictis subscripsi. † Michael humilis diaconus et castrensis magnae et catholicae ecclesiae cognomento Maleinus subscripsi. † Simeon humilis presbyter filius Leopardi subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et tabularius Arlites subscripsi. † Gregorius humilis presbyter et clericus Mosatus subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et clericus Bardolus subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius Cunutes subscripsi. † Ioannes humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi. † Micrus humilis diaconus et secundicerius subscripsi. † Basilus humilis presbyter et hebdomadarius Mandaces subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et clericus Melites subscripsi. † Adamus humilis presbyter et hebdomadarius subscripsi honorabilem crucem. † Gregorius humilis presbyter et hebdomadarius hieromnemon subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter et clericus Archudacus subscripsi. † Leo humilis diaconus Alamnates subscripsi. † Ioannes clericus et monitor protopapae subscripsi.

1168 — Mense Iulio — Indict. I.

*Leo filius Eliae, et Elia eius filius donant monasterio SS. Deiparae de Pertusia praeaium et vineam incultam posita ad S. Mariam de Groffulo.*

† σήγγον χειρὸς λέοντος ὁ υἱὸς ἡλίας. † σήγγον χειρὸς ἡλίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

† Εν ονοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡμῆς οἱ ἀνωτέρω πρόγεγραμμενοι· τὸν σήγγον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυρὸν ποιῶντες οἰκίᾳ ἡμῶν γυνῆς, Φαινῶμεθα καὶ πρόσθεν ἔχομεν . . . . . εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεραγίας Θεοτοκου τῆς περτούσας, ἐν (χωράφιον καὶ ἀμπέλιον) ἐρημον ἅπερ καὶ ἔχωμεν γραπτὸν, ἐν προῖξ, εἰς τὸν τόπωνπωθεσίαν τῆς ἁγίας Θεοτοκου τοῦ γρόφουλου ἐγγὺς τοῦ χωραφίου του νικολαου δάλφιου. ἔστιν δὲ τὰ συνόρια τοῦ αὐτοῦ χωραφίου ἀπο μέρους ἀνατολικῆς καὶ δυσμῆς καὶ μεσημβρίας συνορῇ χωραφίων τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου τῆς ἁγίας Θεοτοκου τῆς περτούσας. καὶ ἀπὸ ἀρκτρος χωραφίων τοῦ ἰωαννου ὁ υἱὸς πετρος δὲ δωνάτου. ἡμεῖς, δὲ οἱ ἀνωτέρω προγεγραμμενοί. ἐποιήσαμεν τὴν παρούσαν γραφὴν. εἰς τὸ μοναστήριον διότι ἐγενώμεθα μοναχοὶ εἰς τὸ αὐτὸ μοναστήριον. ἵνα ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν τὸ χωράφιον καὶ τὸ ἔρημον ἀμπέλιον. τοῦ ποιεῖν ὅσα βούλεται. καὶ τὸ ἔρημον ἀμπέλιον. κῆτε εἰς τὸ τοπωνπωθεσίαν· εἰς τὰ ἔρημα ἀμπέλια, ἔπερ. εἰσαν πωτὲ τοῦ ἰωαννου τοῦ γρόφουλου, εἰσιν δὲ τὰ συνόρια. ἀπὸ μέρους ἀνατολικῆς, οἱ τοῦ γρόφουλου καὶ ἀπὸ δυσμῶν, οἱ αὐτοῦ τοῦ γρόφουλου καὶ ἀπὸ ἀρκτρος· χωράφιον τοῦ αὐτοῦ γρόφουλου καὶ ἀπὸ μεσημβρίας, χωράφιον τοῦ μοναστηρίου. Ἐὰν δὲ φανῇ ποτὲ καιρῷ τίς ἄνθρωπος. ζητῶντα ἢ μάχας ποιῶν, ἐπάνω τοῦ μοναστηρίου. ζημιωθήτω εἰς τὸ μοναστήριον. εἰς τὸ δηπλάσιον. τὸ χωράφιον. καὶ τὸ ἔρημον ἀμπέλιον. καὶ ἡ μονὴ ἐχέτω τὸ χωράφιον. καὶ τὸ ἔρημον ἀμπέλιον στερεῶς. καὶ εἰς τὸ δημοσίον νομισματὰ λς'. Ἐγγραφὴ τὸ παρὸν ἐγγραφὸν διὰ χειρὸς βασιλείου· νοταρίου ὁ υἱὸς κύμιτος. ἐν ἔτει ς'χσ' ἰνδικτιωνι α'. μηνὶ ἰουλίῳ. Ἐνώπιον καλῶν καὶ αξιοπιστῶν μαρτυρῶν † νικολαὸς κρητῆς ὁ υἱὸς βιτάλης κρητῆς μαρτυρ † ἰδιοχειρῶς υπεγράφη τον σταυρὸν † λέων κρητῆς ὁ υἱὸς ἰωαννου τῆς ὀπτιμας μαρτυρ ἰδιοχειρῶς υπεγράφη τον σταυρὸν. μαρτυρ † ἰωαννης ὁ υἱὸς βιτάλης κρητῆς.

† Signum manus Leonis filii Eliae. † Signum manus Eliae eius filii.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui signum venerandae et vivificae crucis exaravimus, de propria nostra voluntate declaramus offerre . . . . . monasterio SS. Deiparae de Pertusia territorium et vineam incultam, quae dotalia accepimus, sita ad S. Mariam de Groffulo iuxta territorium Nicolai Dalfii. Sunt vero eiusdem territorii fines: ad orientem, occidentem et meridiem praedium ipsius monasterii S. Deiparae de Pertusia, ad septentrionem territorium Ioannis filii Petri de Donato. Nos autem suprascripti confecimus monasterio praesens instrumentum, quoniam monasticam vestem induimus in eodem monasterio, ut habeat potestatem faciendi quicquid voluerit de eodem territorio et vinea inculta. Ipsa vero vinea inculta sita est in loco (ubi dicitur) Vineae incultae, quae erant quondam Ioannis Groffuli. Sunt autem fines: ad orientem filii Groffuli; ad occidentem ipsi filii Groffuli; ad septentrionem territorium eiusdem Groffuli; ad meridiem territorium monasterii. Quod si procedente tempore quisquam praesumpserit litem aut molestiam inferre monasterio, poenae nomine solvat eidem duplum pretium tum pro territorio, tum pro vinea inculta, et monasterium firme retineat ipsum territorium et vineam incultam, et publico aerario solidos sex et triginta (solvat). Scripta est praesens chartula manu Basilii notarii filii Comitum anno 6676, indictione I, mense iulio, coram probis et fide dignis testibus. † Nicolaus Iudex filius Vitalis Iudicis testis propria manu crucem subscripsi. † Leo Iudex filius Ioannis de Optima testis propria manu crucem subscri-



μαρτυρ ιδιόχειρως υπεγραψα τὸν σταυρόν· μαρτυρ †  
σατριάος ὁ υἱὸς νικῆτας τοῦ πρόξιμου. Εν τοῖς και-  
ροῖς τῷ εὐλαβεστατου αὐθεντου ἡμῶν ριξ γουλιέλ-  
μου ὁ υἱὸς τοῦ ριγος γουλιέλμου· καὶ στρατιγὸς ὁ-  
λέττας ατταβιάνο ὁ υἱὸς νικολαου βιτζιούσος καὶ δε-  
σκάμης πέτρος γίτζος.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 62.)

psi. Testis † Ioannes filius Vitalis Iudicis propria  
manu crucem subscripsi. Testis † Satrianus filius  
Nicetae de Proximo. Temporibus piissimi domini  
nostri regis Gulielmi filii regis Gulielmi, et Stra-  
tegi Olettae Octaviani filii Nicolai Vitziusi et Vice-  
comitis Petri Gitzi.

## CLXXIII.

1168 — Indict. I.

*Petrus Rapicellus vendit Arcadio Mesito vineam positam in agro S. Leontii tarenis aureis quinque et triginta.*

† σίγνον χειρὸς κυρου πέτρου υἱοῦ χρυσοιωαννου  
ραπηκέλλου· καγὼ πέτρος ὁ αντερω προγραφῆς, ὁ  
τὸ σίγνον του τιμίου καὶ ζωόποιου σταυροῦ τῇ οἰ-  
κῇ μου καθύπογράφας χειρὶ, ἐκουσία μου τῇ γνώ-  
μη καὶ οἰκῇ πρωέρεση· καὶ οὐκ ἐκ τινος τὸ παράπαν  
χλεύης εἰ ραδιουργίας, ἢ τῆς ἱας οὖν περιστάσεως·  
ἢ ὥσα ἐν τοῖς νόμοις ἦσιν ἀπηγορευμένα. ἀλλὰ μαλ-  
λον σὺν προθυμια πάσει καὶ ὁλοφύχῳ προθέσει δι-  
ᾷς ὁμολογῶ πεπραχένε με προς σέ· ἀρχάδιον μεσίτων,  
τὸ ἀμπελον τὸ ἀπερ ἔχω εἰς τὴν χῶραν τοῦ αγίου  
λεωντίου, ὅπερ ὁ σχολάριος ἐκατεφύτευσεν ἐπὶ ἐμυ-  
σιδιτιτος τὸ μέρος τὸ ἐπὶ λανχανοντα μοι. εἰς χρυσοῦν  
ταρια λῆ'. ἀττηνα λαυῶν αὐτὰ ἀπὸ χειρῶν σου εἰς  
τάς ἐμὰς χεῖρας. ἐπιδέδωκά σοι τὸ ρηθὲν ἀμπελον ἀπὸ  
τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἐξῆς ἀπαντας χρονους μέχρι τερ-  
μάτων αἰῶνων. σοὶ τε καὶ εἰς τοὺς σοὺς διάδοχους  
ἀπαντα ποιῆν ἐν αὐτῷ τα δωκοῦντα σοι. πουλεῖν  
χαρίζειν ανταλλάττειν καὶ ἐν προίξη τῶν ἰδίων σου.  
κατὰγράφην τέκνων. καὶ ὥσα οἱ θεοὶ νόμοι τῶν ἀ-  
γίων βασιλέων τοῖς οἰκήοις δεσποταῖς παρεκελεύσαν-  
το. ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἐμοῦ ἡλει-  
φὸς καὶ ἡ μὲν ποτὲ καιρῷ εἰ χρῶνῳ φανῇ τίς κοι-  
νησιν ζήτητην εἰ ἀγρογὴν ποιήσῃτο, ἵνα ἴσταμε καὶ  
διεκδικῶ σοι αὐτῷ ἐκ παντός πρωςόπου. ἢ δὲ καὶ οὐ  
διεκδεκτῆσω καὶ δεφενδεύσω σοι αὐτῷ, ἀλλὰ μαλλον  
πρὸς επαναστροφὴν πηραδῶ ἐλθὴν ἵνα μὴ εἰσακούω-  
με· καὶ ἵνα ζημιόυμαι ὑπερ παραβάσεως του τιμίου  
σταυροῦ νομισματα λῆ'. καὶ σοὶ τῷ ἀγορακωτι τὸ  
τίμιμα δυπλοῦν, καὶ ἡθ' οὕτω στέργη· καὶ ἔμενειν τὴν  
παρ ἐμοῦ σοι γεναμένην καθαραν καὶ πληρεστατην  
πράσιν· μαλλον καὶ ἵνα τελλῇ ἐξ αὐτου τέλος κατ-

† Signum manus domini Petri filii Chrysoioannis  
Rapicelli. Ego suprascriptus Petrus, qui signum ve-  
nerabilis et vivificae crucis mea propria manu sub-  
scripsi, voluntario meo consilio et propria electione,  
ac sine aliqua prorsus fraude, vel malitia, vel qua-  
cumque circumventionem, vel quovis a legibus vetito  
modo, sed potius cum omni alacritate et totius animi  
proposito declaro praesenti (*chartula*) me vendidisse  
tibi Arcadio Mesito vineam, quam habeo in agro  
S. Leontii, quamque Scolarius in emphyteusim pro  
medietate habuit, partem nempe, quae mihi obvenit,  
pro tarenis aureis quinque et triginta; quibus acce-  
ptis a tuis in meas manus, dedi tibi dictam vineam  
ab hodierna die et in omne futurum tempus usque  
ad finem seculorum. (*Do etiam facultatem*) tibi et  
tuis successoribus omnia peragendi in ipsa (*vineae*),  
quae tibi videantur, vendendi, donandi, permutandi  
et in dotem constituendi tuis filiis; et omnia faciendi,  
quae divinae leges sanctorum Regum propriis domi-  
nis permittunt, utpote qui auctoritatem et potesta-  
tem a me accepisti. Et si qua occasione vel tem-  
pore quis litem, quaestionem aut actionem intenderit,  
teneat ob stare teque defendere ab omni persona;  
nisi vero tuear vel defendam, sed potius consilium  
mutare praesumam, ne exaudiar, et solvam propter  
violationem venerandae crucis numismata sex et tri-  
ginta, ac tibi emptori duplum pretium. Et sic firma  
atque inconcussa deinceps maneat praesens pura et

ενιαυτὸν εἰς τὸν ἅγιον λεόντιον ταρίον ἐν ἔγραφῃ ἐπὶ  
εταῖς ἑξοσὶν ἰνδικτιωνος ἀ' ενοπιον μαρτυρων: † νι-  
κητῆς πρεσβυτερος μαρτυρ υπεγραφα † καλοκυρος  
Φρανκοπετρος μαρτυρ υπεγραφα † ἀνδρεας υἱος πρε-  
σβυτερου νικηφορου μαρτυρ υπεγραφα † παπα νικο-  
λαος υἱος θεοδωρου γαληροτου μαρτυρ υπεγραφα †  
αλεξανδρος στρατηγος μαρτυρ υπεγραφα καὶ ἑτέρῃ  
καὶ κυρωσα τὸ παρὸν χαρτίον: γραφὲν χειρὶ πετρου  
πρεσβυτερου καραμαλλου † ego renaldus canonicus  
hoc confirmo.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 55.)

plenissima venditio a me tibi facta. Insuper solvas  
quotannis S. Leontio tributum tarenii unius. Scriptum  
est anno 6676, indictione I, in praesentia testium.  
† Nicetas presbyter testis subscripsi. † Calocyros  
Francopetrus testis subscripsi. † Andreas filius pre-  
sbyteri Nicephori testis subscripsi. † Presbyter Ni-  
colaus filius Theodori Galioti testis subscripsi. †  
Alexander Strategus testis subscripsi et confirmavi  
ac roboravi praesens instrumentum scriptum manu  
Petri presbyteri Caramalli.

## CLXXIV.

1169 — Mense Novembri 20 — Indict. III.

*Rupertus Cafirus vendit Petro de Bibulo praedium positum ad rivum Canterri pretio unius vaccae.*

† σήγγον χειρὸς ροπέριου ὁ υἱὸς νικολαου κάφιρος  
Ἐν ονοματι τοῦ πατρος, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ  
αγίου πνεύματος. ἐγὼ ὁ ἀνωτέρω πρόγεγραμμενος, τὸν  
σήγγον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυρῶν ποιῆσας, ἰδίᾳ  
μου βουλή φαίνωμαι πράσχωντα εἰς σὲ πέτρον, ὁ  
υἱὸς ἰωαννου δε βίβουλου χωραφίον ὅπερ ἔχω ἀγω-  
ραστὸν εἰς τὸ τόπον πωδεσίαν τοῦ ρυακίου τοῦ κά-  
τερρη μετὰ ὑμεροδεοδρίων, καὶ ἀγρίων, διὰ ἐν. ἀγι-  
λάδα εἰσιν δὲ τὰ συνόρια τοῦ χωραφίου ἀπο μέρους  
ἀνατολικὸν σὺνορῇ, ὁ ρύακς τοῦ γιανέλλου. καὶ ἀπὸ  
δυσιμῆς χωραφίον τοῦ αὐτοῦ πέτρου δὲ βίβουλου ὁ  
ἀγωραστῆς. καὶ χωραφίον τοῦ ἰωαννου ὁ υἱὸς πέτρου  
τοῦ δωνάτου, καὶ ἀπὸ ἄρκτρος, χωραφίον τοῦ βίτα  
ὁ υἱὸς ροπεριου πέδε φερράτου. καὶ ἀπὸ μεσημβρίας  
χωραφίον, τοῦ καστόλιου ὁ υἱὸς πρεσβυτερου νικόλα  
τῆς κώρτης. ἐγὼ ὁ ἀνωτέρω πρόγεγραμμενος, μετὰ  
τὸ ἀπολαβεῖν τὴν ἀγελαδα, ἐποίησα εἰς τὸν ἀγωρα-  
στήν. τὴν παρούσαν γραφὴν ἐκ χειρὸς τοῦ νοταριου  
ἵνα ἐχέτω ἐξουσίαν τὸ χωραφίον καὶ τὰ δένδρα που-  
λεῖν. χαρίζειν. ἀνταλλαττεῖν. καὶ ποιεῖν ὅσα βουλε-  
ται. καὶ ἐὰν φανῇ ποτὲ καιρῷ, ἢ ἐγὼ, ἢ ἄλλος τις,  
ἄνθρωπος, ζητῶντα ἢ μάχας ποιῶν, περὶ τοῦ χωρα-  
φίου, ἢ ἐκ τῶν δένδρων. ζημιόδητῶ εἰς τὸν ἀγωρα-  
στήν· εἰς τὸ διπλασίον, καὶ εἰς τὸν δέμοσιον νομισματα  
λς'. καὶ ἡ πράσις μενετω στερεως. ἐγγραφῇ τὸ παρὸν  
ἔγραφον, διὰ χειρὸς βασιλείου νοταριου ὁ υἱὸς κώμη-

† Signum manus Ruperti filii Nicolai Cafiri.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego  
venditio usque ad finem seculorum. Coram fide di-  
gnis testibus. † Staulus Corbuserus testis. † Ioannes  
filius presbyteri Georgii testis. † Iacobus filius Mai-  
muni testis. † Philippus filius Petri Raimundi testis.  
† Presbyter Donaddeus testis. † Gilianus filius Osber-  
ni Arnisi testis. † Ioannes de Purpura testis.

† Scriptum manu Basilii sacerdotis notarii, auno  
6687, indictione XII.

## CXCV.

1179 — Indict. (XII).

*Ioannes filius Burnincelli cum uxore Cyneda offert ecclesiae S. Onuphrii praedium positum  
ad rivum Columnae.*

\* Ἐτους ϡ·χ·πς' ἰνδικτιῶνος ια' ἐν τοῖς καιροῖς  
τῆς κομητιότητος ἡμῶν ἀδελφάγια καὶ καπριλλίγγου  
κατὰ τῆς αὐτοῦ χωρᾶς κριτοῦ ράου διέβωλλον τίμιον  
γενόμενον παρ' ἐμοῦ κυροῦ σωλωμιόντος· σίγγον χει-  
ρος. ἰωάννου. ὁ υἱὸς βουρνιγκέλλου· ἀμχ. σὺν τῇ γυνῇ  
αὐτοῦ κυνέδα. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ  
υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡμεῖς οἱ πρωγεγραμ-  
μένοι τὸν τίμιον σταυρὸν πίξαντες. οἰκία· ἡμῶν  
γνώμῃ καὶ ἀγαθῇ πρῶερίσῃ φερόμεθα καὶ προσένεγ-  
κωμεν. χωραφίον ὄν. καὶ διακείμενον ἡς τὸ ριζικὴν  
τῆς κωλώνης. ἡς τὸν ἅγιον. ὀνούφριον περὶ ἀφαισεως.  
καὶ. σὺν χώρισιν· ἐκ τῶν ψυχῶν τοὺς πρῶ ἐξ ἡμῶν  
ἀπεδαμένους. συγγενῆς ἡμῶν. σὺν ἐσῶδῳ καὶ ἐξῶδῳ  
μετὰ υμερωδένδρια. καὶ ἄγρια. καὶ ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν  
τοῦ· πῆν ἀγωγῶν καὶ ἐπάρῃ τοῦ ὕδατος· οἱσὺν δὲ  
τα σῖνωρα τοῦ χωραφίου ἀνατωληκοῦ μερὸς· δη-  
μοσια ὁδῶν· δυσίκου μερὸς· τῶ ριζικῇ· ἀρχτροῦ μερὸς  
ἰωάννης. ὁ υἱὸς βουρνιγκέλλου· καὶ δημοσια ὁδός· με-  
σὺν θρία δὲ. τῶ ριζικῇ· καὶ ἰωάννης υἱὸς βουρνιγκέλλου.  
ἡμεῖς δὲ. οἱ. πρωγεγραμμένοι μετὰ τῶ πρῶ-

Anno 6687, indictione XI, temporibus Comitissae  
nostrae Adelasiae, et Camerlingi civitatis eius Iudi-  
cis Rhai per privilegium honorandum factum a me  
domino Salomone. Signum manus Ioannis filii Bur-  
nincelli cum uxore sua Cyneda. In nomine Patris,  
et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti, qui  
venerandam crucem exaravimus, propria nostra  
sententia et bona deliberatione offerimus S. Onu-  
phrio praedium situm ac positum ad rivum Colu-  
mnae pro remissione et venia animarum propinquo-  
rum nostrorum, qui ante nos e vita migrarunt, cum  
introitu et exitu, cum arboribus fructiferis et sil-  
vestribus, et cum facultate aquam adducendi atque  
hauriendi. Fines autem praedii sunt hi: ab oriente  
via publica; ab occidente rivus; a septentrione Ioan-  
nes filius Burnincelli, et via publica; a meridie ri-  
vus, et Ioannes filius Burnincelli. Nos autem supra-

ἐνεκκῆν τῷ χωραφίον· εἰς τὸν ἅγιον οὐόφριον· ἐπιή-  
σμεν· αὐτοῦ τὴν παροῦσαν καὶ ἀληθινήν· χαρτὴν ἵνα  
ἔχῃ ἐξουσίαν· ἡ ἐγκλησηα πῖτῃ ἑσα θέλῃ· ἐὰν δὲ φανῇ  
πῶτε· καὶ τῷ τις ζητῶντα· ἡ μαχας πῖωντα ζητη-  
δώσιν ἡς τὴν ἐκκλησίαν· διπλοῦν τῷ χωραφίον· καὶ  
τῇ τῷ δημοσίον νομισματα λς' ἄκον· δὲ· μὴ βουλω-  
μενος· ἐνοπίων· καλῶν μαρτυρῶν μαρτυρῶν ἰωαννῆς χρι-  
τῆς ὁ υἱὸς λεοντος χριτοῦ † μαρτυρῶν ἰκολαος σωλ-  
δανος † μαρτυρῶν ρωπερτος σωλδανος † μαρτυρῶν ρωπερ-  
τος δὲ δουμίνικου † μαρτυρῶν κωμίτε· δὲ πανταλεον-  
τος † ἐγγραφῇ διὰ χειρὸς πρεσβυτέρου υἱταλου· ὁ υἱὸς·  
ἰωαννου τῆς κωρτῆς.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.º 70.)

## CXCVI.

1179 — Indict. XII.

*Basilii filius Philippi Stauraci vendit Rano Contarato domum positam ad locum nuncupatum Stauraconum pretio tarenorum octo.*

† σίγνον χειρὸς υασιλείου υἱοῦ Φιλίππου σταύρα-  
κη· ἀναλαμβάνομαι καὶ τοὺς ἐμοὺς ἀδελφούς· ὁ προ-  
γραφείς υασιλείος· ὁ το σίγνον τοῦ τιμοῦ καὶ ζῶ-  
ποιοῦ σταυροῦ ἡκεια μου χερὴ τυπόσας· τὴν παρού-  
σαν ἐγγραφὸν καθάραν εὐχάριστον καὶ τελείαν καὶ  
ἀμετάτρευτον διάπρασιν· τίθειμοι καὶ ποιῶ πρὸς σὲ  
ρανὸν κονταράτον· καὶ ἐμῶν συγγενῶν ἐκουσίᾳ μου νουλῇ  
ἡκειᾳ προέρεσει· το οὐκ ἐκ τινὼς τὸ παράπαν ἀνάγκης  
ἢ υἱᾶς οἱ δόλου φάκτου ἀγνήας ἢ τις ἱας οὐν περι-  
στασεως ἀλλὰ μάλλον συμ πάσῃ προθυμοίᾳ καὶ ὁ-  
λοφύχῳ ποιπράσκῳ συ τοῦ ἀνοτέρῳ δηλωθέντος ρα-  
νοῦ· σπιτότοπον ὅπερ ἔχω ἀπὸ τῆς πατρικῆς μου υ-  
ποστασεως· εἰς τὸ χωρίων σταυράκων τὸ καὶ πλη-  
σιάζωντα εἰς τοῦ ἀρκτινὸν μέρος τοῦ σοῦ οἴκου τὸ  
μήκῳς ὡργίης τέσσαραις καὶ τὸ πλατος ὡργίης δ·  
τούτο σοι ποιπράσκῳ συν πάσῃ εἰσωδῶ καὶ ἐξῶδῶ·  
ως λαβὼν παρα σοὶ τὴν συμφωνηθεῖσαν καὶ ἀρεστί-  
σαν ὑμῖν τμητὴν τοῦ τιούτου σπιτοτόπου χρηροῦ τα-  
ρίξ οκτῶ ἐκ τῆς μουνήταν του ριγὸς καὶ ταύτα λα-  
υωτος καὶ ἐκπληρωθεῖς ἀπὸ τοῦ τμημάτος δεδωκά  
σοι τὴν πάσαν ἀυθεντίαν καὶ κυριώτητα τοῦ τιού-  
του σπιτοτόπου· τοῦ ἐποικρατεῖν αὐτὸ καὶ δεσπόζειν  
κυρίως καὶ ἀυθεντικῶς εἰς τοῦς ἐξεις ἀπαντας καὶ δι-  
εἰνεῖς χρόνους· πολλὴν χαρίζην ἀνταλλάττειν πριετῇ

scripti, postquam obtulimus hoc praedium S. Onu-  
phrio, condidimus ipsi praesens et verum instrumen-  
tum, ut ecclesia facultatem habeat faciendi quidquid  
voluerit. Si quis autem aliquando litem vel quaestio-  
nem intenderit, mulctetur praedictae ecclesiae du-  
plo fundi pretio, et Fisco numismatis sex et trigin-  
ta invitus nolensque. Coram probis testibus. Testis  
Ioannes Iudex filius Leonis Iudicis. † Testis Nico-  
laus Soldanus. † Testis Robertus Soldanus. † Testis  
Robertus de Dominico. † Testis Comes de Panta-  
leone. † Scriptum est manu presbyteri Vitalis filii  
Ioannis de Corte.

† Signum manus Basilii filii Philippi Stauraci.  
Ego suprascriptus Basilii, qui signum venerandae  
et vivificae crucis propria manu exaravi, nomine  
quoque fratrum meorum, praesentem scriptam ven-  
ditionem, puram, gratiosam, perfectam atque in-  
concussam condo et facio tibi Rano Contarato meo  
consanguineo, spontanea mea voluntate, propria  
deliberatione, nullaque omnino necessitate, vel vi,  
vel dolo, vel facti ignorantia, vel quavis circum-  
ventionem; sed potius omni alacritate et totius animi  
proposito, tibi superius memorato Rano domum  
vendo, quam habeo ex mea paterna hereditate, in  
loco qui nuncupatur Stauraconum, prope septen-  
trionalem partem domus tuae, longitudinis passuum  
quatuor, totidemque latitudinis. Hanc tibi vendo  
omni cum introitu et exitu, pretio inter nos con-  
vento et placito tarenorum aureorum octo de regia  
moneta, quos cum acceperim, et de pretio satisfactum  
mihi sit, tradidi tibi omne dominium ac possessionem  
huiusmodi domus, ut ipsam habeas ac possideas  
tamquam dominus et arbiter in perpetuum, vendas,  
dones, commutes, in tabulis nuptialibus filiorum

παιδων καταγραφειν και πάντα πράττην εν αυτω̃ ος  
το κυρος και την εξουσίαν παρ' ἑμῶν ἰληφῶς και μη  
ἐξέειναι του λοιπου προς ανατροπήν χωρὶν μητε  
ἐγὼ μήτε τις των ἑμῶν κληρονόμων και διαδώχων·  
αλλὰ μάλλον ἢ τις φανη ἐναντιούμενός σε ἰστίκην και  
και διεγδικᾶν σε ἀπὸ παντός προσώπου ξένου και οι-  
δείου. οι δὲ και οὐκ εἰσθαμαι ἀλλὰ μάλλον διαστρο-  
φη χρησώμαι· ζημιοῦσθω και ὑπὲρ παράβασαιως  
τοῦ τιμοῦ σταυροῦ εἰς σὲ τὸ τιμοῦμα δηλοῦν και  
εἰς τὸ δημόσιον νομίσματα λς'. και ἰδ' οὕτως μένην  
προς σὲ οἱ παρ' ἐμοῦ γενόμεναι διαπρασις εἰς τὸ αἰς αἰ.

† ἐγράφη χηρὴ πετροῦ ἱερέως και ταβουλαριου  
ἐποίσκοπος νικοτερας ἐτους ςχπζ' ἰνδικτιωνος ἱβ' πα-  
ρουσια μαρτυρων † πρεσβυτερος γριγοριος ἀδελφος του  
πρατῆ μαρτυρ † πρεσβυτερος ἰωαννης σαραγαβδᾶς  
μαρτυρ † νικολαος υἱὸς μηχαηλ ἀλεξάνδρου μαρτυρ  
† υασίλειος υἱὸς λεώντος γλαψία μάρτυρ † θεῶχα-  
ριστος υἱὸς νικολάου τζοκκλα μαρτυρ † λέων πολ-  
λυχρόνης μάρτυρ † νικολαος ἀράκλῆς μαρτυρ υπε-  
γραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 71.)

scribas, ac omnia inibi facias, quippe qui id iuris  
ac potestatis a me accepisti. Nec mihi in posterum,  
neve alicui meorum heredum et successorum liceat  
subvertere (*praesentem venditionem*), sed potius si  
quis adversus te insurrexerit, obstabo, teque ab  
omni persona vel extranea, vel propria defendam.  
Sin vero minime obstitero, sed (*hoc instrumentum*)  
infringere tentavero, tunc propter violationem ve-  
nerabilis crucis mulctabor tibi duplo pretio, et Fisco  
numismatis sex et triginta; et nihilominus maneat  
in perpetuum haec a me tibi facta venditio.

† Scripta fuit manu Petri sacerdotis et tabularii  
episcopatus Nicoteræ, anno 6687, indictione XII,  
coram testibus. † Presbyter Gregorius frater ven-  
ditoris testis. † Presbyter Ioannes Saragabdas testis.  
† Nicolaus filius Michaelis Alexandri testis. † Ba-  
silius filius Leonis Glapsiae testis. † Theocharistus  
filius Nicolai Tzocala testis. † Leo Pollychronus te-  
stis. † Nicolaus Aracles testis subscripsi.

## CXCVII.

1179 — Mense Decembri 2 — Indict. XIII — Nicoteræ.

*Calocyrys protopapa Nicoteræ vendit Angelicæ hortum positum in pertinentiis dictæ civitatis tarenis octo.*

† σίγνον χειρος καλοκύρου ἱερέως και πρότοπαπᾶ  
νικοτερας φένομαι ἐγὼ ο πρύγραφης· καλοκυρος ἱε-  
ρεὺς· φένεμε οἴκη μου βουλή και εκούση προερέ-  
σῃ· ἐκτός πάσης ἀπιγορευμενῆς ἐτήας· πολόντα τὸν  
ἐμον κυπον· ὅπερ ἐχω ἀγορὰν ἐκ τὸν λεοντα μαλα-  
φέναν και ἐκ τοὺς παιδας αὐτου· ἡς τὸ κατὸ κα-  
στρον· περρηορῆζεται δὲ οὗτος ο κύπος ἀπο μὲν ἀνα-  
τολας· ο κύπος ἰωαννου ἐχμαλῶται· ἀπο δῆσεος· ο  
κύπος παπα κόνστα κομητος· ἀπο ἀκτρον· το ὀλη-  
γοστον κυπορηγῶν της εὐσεβίας· και ἀπο μεσυμβρίας·  
το χωραφιον ὅπερ ἐχῇ ἀγορὰν ἡ κηρα ἀγγέληκα  
ἐκ τὸν μαῖιστόρ ἰωαννην· και ος ο παλῆος χάρτης·  
τῆς ἐμῆς πράσης δηλῇ· και σύνκληρῇ· τύνῃν τὸν δυ-  
λοφεντα κηπὸν ὡς ὕρῃτε και περρηορῆξετε μετὰ πάν-  
των αὐτου δικαίωματων· σὺν και τὸν ἐκτὸς δένδρων·  
σέπρακα προς σὲ τὴν κυρὰν ἀγγέληκαν· ἡς ταρία  
ἐκτὸς ὡς λαβὼν τα προγραφέντα ταρία· ἀπο χήρας

† Signum manus Calocyri sacerdotis et protopapæ  
Nicoteræ. Ego suprascriptus Calocyrys sacerdos,  
proprio meo consilio et voluntaria electione, absque  
omni vetita causa, vendo meum hortum, quem emi  
a Leone Malafera et a filiis eius inferiorem versus  
civitatis partem. Fines huiusmodi horti sunt hi: ab  
oriante hortus Ioannis Aechmaloti; ab occidente  
hortus presbyteri Consta Comitis; a septentrione  
parvus hortus Eusebiae; et a meridie praedium, quod  
emit domina Angelica a magistro Ioanne, et sicut  
designat vetus instrumentum meae venditionis, atque  
clauditur. Memoratum igitur hortum, prout supe-  
rius describitur, cum omnibus suis iuribus et ar-  
boribus inibi extantibus, vendidi tibi dominae Ange-  
licae tarenis octo; quos perfectos et integros cum  
acceperim a tuis in meas manus, cumque me eius-  
dem horti dominio exuerim, dedi tibi tuisque filiis

σου· ἥς χήρας μου τέλῃα καὶ ἀνέλυπη· ὡς ἀποξενώθεντα με ἀπ' αὐτοῦ δέδοκα· σὺ τὴν πᾶσαν ἀνθεντήαν καὶ κυρητότητα τοῦ τηρύτου κυρίου ἐπὶ τέκνων σου καὶ διαδωχόν· πολλὴν χαρίζην· ἀνταλλάττην πρήξην τέκνων σου γραφὴν· ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἐμοῦ ἡληφός· καὶ ὅσα ὁ θύος νόμος τῆς ἰδῆς δεσπότης διακελεβεται· ἡκηούμε δὲ καὶ τὴν νομικὴν διεκδήκῃσιν ἀπο παντός προσώπου ξένων καὶ ἰδιῶν· ὡστὴς καὶ φοραθῇ ποταὶ κερὸς ἡ χρώνο ἐκ τὸν ἐμῶν μερόν· ἡ ἀδελφῶν ἡ ταίκων· ἡ συγγένῃς· ἡ ξένων τὸν ἐθνηῶν πρωσωπων· ἡ κηρῶν· ἡ ἀλλήλων· ἡ τὲ ἐγὼ μετὰ μέλος γυνομαι ὑπὲρ τῆς τῆαυτης διαπράσεως· ἡνα ξημιούμε ἡπὲρ παραβασέος τοῦ σταυροῦ· ἥς τὸ δημοστον νομισματα λς· καὶ πρὸς σὲ τὸν ἀγοραστήν· το τήμημάν τοῦ δηπλοῦ καὶ εἰδ' οὗτος στέρῃν τὴν παρῶσαν ὠνῆν· βεβαν καὶ ἀμετάτρεπτων· † ἡτὴς καὶ ἐγραφή χηρὶ καλοκυροῦ εὐτέλους ἱερέως· καὶ προτοππα νικοτέρας τοῦ εἶους πχπῆ· ἰνδίκτιωνος ἰγ' μηνὶ δεκεμβριῳ ἡμερᾷ β' ὥρα θ'· ἐν παρῶσῃ μαρτυρῶν· † λεων υἱος ἰακκνου ἰωαννου μαρτυρ· † ἰωαννης υἱος κομητος κοστα μαρτυρ· † Ego Radulfus nicotere cappellanus me testor· † οὐρσος καναβατζουλος μαρτυρ † δόμνηκος κομης μαρτυρ ὑπεγραψα τὸν σταυρῶν.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani— n.º 72.)

## CXCVIII.

1179 — Mense Decembri 9 — Indict. XIII — Nicoterae.

*Ioannes Muserra vendit Nicolao Miliae vinetum positum in pertinentiis Nicoterae tarenis quatuor.*

† σίγνον χεῖρὸς ἰωάννου μουσέρρα ἐγὼ ὁ ἀνοτέρω ὑρμένος ὁ τῶ σίγνον τοῦ τημίου καὶ ζωωποιοῦ σταυροῦ οἰκία μου χυρῇ πιήτας· ἀναλαβὼν καὶ πᾶσαν ὄχλησιν ἀπὸ παντός προσώπου ξένον τε καὶ οἰδίον· φερομαι αἰκῃ μου βουλὴ καὶ ἐκουσῆα προῆρσῃ ἐκ τὸς πάσης ἀπηγορευμένης ἐτῆς πολοῦντα τὸ ἐμὸν ὀλήγαστον ἀμπελότοπον, ὅσι ριζὴν τριακοσία, ὅπερ ἔχω ἐν τῇ διακρατησῇ νῆκωτερας, ἥς χωρίων γλαψάδον· περὶ ῥήξεται δὲ τὸ τῆουτον ἀμπελότοπον οὗτος ἀνατολᾶς τῶ ἀμπελίον ἄπὲρ ἐπρᾶσα καγὼ ἰωαννης μουσέρρας, κυρῶ οἰσάκει, ἀπο δὲ δίσαιος ἀμπελίον γλαψία, ἀπὸ ἀκτροῦ, ἀμπελὴν ρούσαρη ἀπο μεσυμβρίας ἀπόριων διακολινῶ καὶ συνκλήτῃ τήνῃν

et successoribus omne in ipsum ius et auctoritatem (*cum facultate*) vendendi, donandi, permutandi, et in dotem filiarum scribendi, utpote qui dominium et potestatem a me accepisti, et faciendi omnia quae lex divina propriis dominis tribuit. Polliceor autem et legitimam defensionem ab omni persona extranea ac propinqua. Quicumque verò molestiam intulerit quavis occasione vel tempore ex parte mea, vel fratrum, vel filiorum, vel consanguineorum, vel cuiusvis extraneae personae, sive dominorum, sive aliorum, aut me ipsum poenituerit huiusce venditionis, mulctabimur Fisco ob crucis violationem numismatis sex et triginta, tibi que emptori duplo pretio; attamen remaneat praesens venditio firma et stabilis, † quae scripta est manu Calocyri humilis sacerdotis et protopapae Nicoterae, anno 6688, indictione XIII, mense decembri, die II, hora IX, coram testibus. † Leo filius Iacobi Ioannis testis. † Ioannes filius Comitiss Constae testis. † Ursus Canabatzulus testis. † Dominicus Comes testis subscripsi crucem.

† Signum manus Ioannis Muserrae. Ego supradictus, qui signum venerabilis et vivificae crucis propria manu exaravi, omnem in me suscipiens molestiam cuiusvis personae extraneae vel propinquae, mea propria voluntate, ac spontanea deliberatione, remota quavis vetita causa, meum parvum vinetum vendo tercentis vitibus consitum, quod in pertinentiis Nicoterae possideo, in loco qui nuncupatur Glapsadum. Sic autem circumscribitur huiusmodi vinetum: ab oriente vinea, quam ego Ioannes Muserra vendidi domino Isac; ab occidente vinea Glapsiae; a septentrione vinea Rusari; a meridie aporium Diacolini, et clauditur. Vinetum igitur



το δηλοθεντα αμπελοτοπον, ος ὑρίται καὶ περι-  
 ρήζεται, πέπρακα προς σε τον νικολαον μιλήαν εἰς  
 ταρία τέσσερα ὡς λαβόντες τα προγραφεντα ταρήα.  
 απο χηρός σου εἰς χήρας μου· τέλγα καὶ ανελλιπὰ·  
 ἔδοκάν συ τήν πασάν αυθεντήαν καὶ κυριότητα του  
 τηρουτου αμπελοτόπου, ἐποι τέκνα τέκνον σου. καὶ  
 διαδοχων· πουλείν χαρήξην ανταλλάττειν καὶ ἡς  
 πρικα σὸν τέκνων γράφειν, ὡς τὸ κύρος καὶ τήν ἐξού-  
 σιαν παρ εμου ἡληφός καὶ ὅσα ο θειος νόμος τῆς  
 ἰδῆης δεσπόταις διακείλεβεται, οἰκηόμεθα δὲ καὶ τήν  
 νομικήν δηκδήκῃσιν· απο παντός προσώπου ξένων τε  
 καὶ οἰδῆων. ὥσσης καὶ φοραθῇ ποτὶ καίρῳ ἡ χηρών  
 ἐκ τὸ ἐμὸν μέρος, ἡ τέκνον, ἡ ἀδελφων, ἡ ξένων ἐν-  
 ἀντιδόμενός σε εκ τήν τηκῶτην διάπρασιν, καὶ εγο  
 μεταμελὸς γίνομαι υπερ τῆς τῆαῦτοις. δηκπράσεος,  
 ἡνα ζημηνουστω με ἡπὲρ παραβάσεος του τῆμιου σταυ-  
 ροῦ εἰς τὸ δεμόσιων νομίσματα λς' καὶ προς σε τὸν  
 αγωραστῆν το τῆμιαν τοῦ διπλοῦ, καὶ εἰθ οὗτος  
 στέργην τήν παρουσαν πρασιν βεβέαν καὶ ἀμετάτρε-  
 πτων ἔχρι τερμάτων αἰώνων. † ἡτῆς καὶ ἐγραφη χηρὶ  
 καλοκυρου εὔτελοῦς ἱερέως καὶ πρύτοπαπα νικοτερας  
 τοῦ ἔτους 688 ἰνδικτιωνος 13' δεκεβριω 9' ἡμέρα  
 κυριακῇ ὥρα 9' ἐν παρουσίᾳ μαρτυρων † νικόλαος  
 υἱὸς μιχαηλ αλεξανδρου μαρτυρ † ιωαννης υἱὸς λεον-  
 τος γλαυκῆ μαρτυρ † νικολαος ἀδελφος αὐτου  
 μαρτυρ· † λεων ἀδελφος του πρατου μαρτυρ· † βα-  
 σιλειος υἱὸς φηληππου σταυρακη μαρτυρ. † πρεσβη-  
 τερὸς γριγόρτος πρὸς φηληππου σταβρακη μάρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.º 73.)

supra memoratum, uti circumscribitur, vendidi tibi  
 Nicolao Miliae tarenis quatuor, quibus acceptis ex  
 tuis in meas manus perfectis atque integris, totum  
 tibi tuisque filiis et successoribus dedi dominium,  
 ac potestatem huiusce vineti cum facultate vendendi,  
 donandi, permutandi, atque in dotem filiorum tuo-  
 rum scribendi, ac omnia faciendi quae legitimis domi-  
 nis divina lex permittit, utpote qui ius et auctorita-  
 tem a me accepisti. Deinde omnem quoque legitimam  
 defensionem a quavis persona extranea vel propin-  
 qua tibi polliceor. Quod si quis ulla occasione vel  
 tempore ex parte mea vel filiorum vel fratrum,  
 vel extraneae personae tibi de huiusmodi venditione  
 adversari molitur, et ego ipse sententiam mutem  
 quoad hanc venditionem, ob venerandae crucis vio-  
 lationem mulctemur numismatis sex et triginta,  
 tibi que emptori duplo pretio; et nihilominus firma,  
 stabilis atque inconcussa maneat praesens venditio  
 usque ad finem seculorum; quae scripta fuit manu  
 Calocyri humilis sacerdotis et protopapae Nicoteræ  
 anno 6688, indictione XIII, die dominica, IX men-  
 sis decembris, hora IX, coram testibus. † Nicolaus  
 filius Michaelis Alexandri testis. † Ioannes filius  
 Leonis Glaucae testis. † Nicolaus frater eius testis.  
 † Leo frater venditoris testis. † Basilius filius Phi-  
 lippi Stauraci testis. † Presbyter Gregorius filius  
 Philippi Stauraci testis.

## CXCIX.

1180 — Mense Febuario 3 — Indict. XIII — Nicoteræ.

*Leo filius Comitis presbyteri Constae cum fratribus suis vendit Angelicae hortum positum in pertinentiis  
 civitatis Nicoteræ tarenis sexdecim.*

† σίγνον χειρὸς λεοντος υἱου κομητος παπα κον-  
 στα † ιωαννης ἀδελφος αὐτοῦ † τάνκρες ἀδελφος  
 αὐτοῦ † σίγνον χειρὸς νικολάου ἀδελφου αὐτοῦ· ἡ-  
 μῆς οἱ ἀνοτέρω πρημένοι· εἰ τα σίγνα τοῦ τῆμιου καὶ  
 ζωωπιου σταυρου ηκῆες ὑμῶν χερσὶν χαράξαντες· Φε-  
 νόμεθα οἰκηα ὑμῶν βουλή· καὶ ἐκοῦσία προερέση· ἐκ-  
 τὸς πάσης ἀπηγορευμένης ἐτηρας· ἀπεμπολήν τοῦ υ-  
 μέτερων κυπον· ὡπερ ἐχωμεν πατριχόν μας· εἰς το

† Signum manus Leonis filii Comitis presbyteri  
 Constae. † Ioannes frater eius. † Tancredus frater  
 eius. † Signum manus Nicolai fratris eius. Nos supra-  
 dicti, qui signa venerabilis et vivificae crucis pro-  
 priis manibus exaravimus, proprio nostro consilio  
 et voluntaria electione, absque omni vetita causa,  
 vendimus tibi dominae Angelicae nostrum hortum,  
 quem ex paterna hereditate habemus ad inferiorem

κάτο καστρων προς σὲ τὴν κυρὰν ἀγγέλικαν· περιο-  
ρίζεται δὲ οὗτος· ὁ κήπος· ἀπο μὲν ἀνκτολάς· ὁ κη-  
πος πρεσβυτέρου καλοκύρου· καὶ προτοπαπα νικοτε-  
ρας· ὅπερ ἀγόρασεν ἐκ τὸν λεοντα μαλαφέραν· ἀπο δι-  
σεος· ὁ κύπος μουλὲ μαλαφέρα· ὅπερ ἀγόρασεν ἡ κηρα  
ἀγγέλικα κί κατήκη ἐκὴ· καὶ ἀπο ἀκτροῦ· τα ἄρ-  
γυρ τοῦ ριγος· καὶ ὁ κήπος κυρου γριγορίου λευ-  
κου· καὶ ἀπο μεσυμβρίας· το χωραφίον μάλιστα ιωαν-  
νου· ὅπερ ἐχῃ ἀγοραν ἡ κηρα ἀγγέλικα· καὶ συνκλήη·  
την τὸν δυλοθεντα κηπόν ὅς ὕρηται καὶ περηρη-  
ζεται μετὰ πάντων αὐτοῦ δικαλωμάτων· πεπράκα-  
μὲν· προς σὲ τὴν κηρὰν ἀγγέλικαν· ἥς ταρία δεκα ἕξε·  
ὥς λαβύοντα τα προγραφέντα ταρία ἀπὸ χήρας σου·  
τῆς χήρας ἡμετέρας· τέλη καὶ ἀνελήπτη· ὡς ἀποξένο-  
θέντων ἡμῶν ἀπ αὐτοῦ δεδώκαμέν· σας· τὴν πασαν  
αυθεντήαν καὶ κηριοτήτα του τηρούτου κυπου· ἐπη  
τέκνα τέκνων σου καὶ διαδωχῶν· πολὴν· χαρίζην·  
ἀνταλλάττην· πρὶξ τέκνων σου γραφιν· ὡς τό κήρος  
καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν ἡληφθήκα· καὶ ὡσα ὁ θεὸς  
νόμω·ς· τῆς ἰδῆς δεσπότες διακελέβεται· ηκηρόμεθα  
δὲ καὶ τὴν νομηκὴν διεκδήκησῃ· ἀπο παντός προσώ-  
που ξένων τε καὶ οἰδιων· ὡστῆς καὶ φωραθῇ ποτὲ  
κερο ἡ χρωτο· ἐκ τὸν ἐμῶν μερῶν· ἡ ἀδελφῶν· ἡ τέ-  
κνων· ἡ συγγενῶν· ἡ ξένων τῶν ἐθνητων· προσώπο· ἡ  
κηρῶν· ἡ ἀλλήων· ἡπερ ἀνατροπῆς τῆς τηαυτῆς δια-  
πρασεως ἡνα ἐξημυοῦται εἰς τό δαιωσιων νομισματα  
λς· καὶ εἰς σὲ τὸν ἀγοραστήν· το τήμημαν του δι-  
πλου· καὶ εἰδ οὗτος· στέργην τὴν παρούσαν ὡτὴν βε-  
βεαν καμετατρεπτων + ητῆς καὶ ἐγράφη κηρὶ καλο-  
κυρου εὔτελοῦς ἱερεως καὶ προτοπαπά νικοτερας του  
ἔτους 688 ἡνδίκτιωνος ιγ· φεβρουαριῶ γ' ἡμερα  
κυριακῇ ἐν παρουσια μαρτυρων

+ λεων φράκος μαρτυρ + ιωαννης μαζάρις μαρτυρ  
+ λαρέντζος παιμετέρης μαρτυρ + φήληππος υἱὸς ἰα-  
κόνου ιωαννου μαρτυρ + πρεσβυτερος πέτρος σκάν-  
δαλάρις μαρτυρ.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.º 74.)

partem civitatis. Fines vero hi sunt : ab oriente  
hortus presbyteri Calocyri, et protopapae Nicoterae,  
quem emit a Leone Malafera ; ab occidente hortus  
Mules Malaferae, quem emit domina Angelica et inibi  
habitat; a septentrione praedia Regis, atque hortus  
domini Gregorii Leuci; et a meridie praedium ma-  
gistri Ioannis, quod emit domina Angelica, et clau-  
ditur. Memoratum igitur hortum, prout circumscri-  
bitur, cum omnibus eius iuribus vendidimus tibi  
dominae Angelicae tarenis sexdecim; quos perfectos  
et integros cum de tuis in nostras manus accepe-  
rimus, cumque omni nos dominio exuerimus, dedi-  
mus tibi tuisque filiis et successoribus omnem potesta-  
tem auctoritatemque hunc hortum vendendi, donandi,  
permutandi, in tabulis dotalibus filiorum scribendi,  
et faciendi quaecumque divina lex propriis dominis  
permittit, utpote qui ius et facultatem a nobis acce-  
pisti. Pollicemur autem legitimam defensionem ab  
omni persona extranea et propinqua. Quod si quis  
aliqua occasione vel tempore ex parte nostra vel  
fratrum, vel filiorum vel consanguineorum, sive  
quisquam extraneus, aut dominus, aut quivis alius  
subvertere tentaverit hanc venditionem, solvat Fisco  
numismata sex et triginta, ac tibi emptori duplum  
pretii, nec idcirco minus stabilis, firma et incon-  
cussa deinceps permaneat praesens chartula; + quae  
scripta est manu Calocyri humilis sacerdotis et pro-  
topapae Nicoterae, anno 6688, indictione XIII,  
die dominica, III februarii, coram testibus.

+ Leo Francus testis. + Ioannes Mazaris testis.  
+ Laurentius Pemteris testis. + Philippus filius Ia-  
cobi Ioannis testis. + Presbyter Petrus Scandalaris  
testis.

1180 — Mense Iulio 11 — Indict. XIII — Francicae.

*Petrus de Francica eiusque filius Venerandus una cum eorum uxoribus tradunt Gulielmo de Meno viro nobilissimo praedia posita ad S. Paulum in agro Francicae in permutationem nonnullorum praediorum.*

† ego petrus de Francica. † ego maria uxor eius.  
† ego Venerandus filius eius. † ego maria uxor  
predicti Venerandi.

† οἱ μὲν οἱ τὰ σίγητα τὸν τιμίον καὶ ζωοποιῶν σταυ-  
ρῶν ἡχοῖς χερσὶν καθυπογράψαντες. ἀναλαμβάνωμε-  
νοι ἡδίου καὶ ἀδελφούς καὶ κλυρονόμους· καὶ πᾶσαν  
ἐνόχλυσιν. τὴν παρούσαν ἐγγράφον, ἀπλὴν καθάραν,  
καὶ ἀδόλοτον. τιθέμεθα καὶ ποιοῦμεν, ἡχοῖα ἡμῶν  
βουλή καὶ κληροδοτεῖν, καὶ οὐκ ἐκ τίνος τὸ πα-  
ραπὰν ἀνάγκης, ἢ βίας, ἢ χλευσῆς, ἢ ραδιουργίας.  
ἐκτος πάσης ἀπηγωνεμένης προφάσεως, δι' ἧς ἐν ἀ-  
ληθείᾳ, ὁμολογοῦμεν ἐξήσφαλτο δῆλόν. καὶ ἀπατάξα-  
σθαι, ἐπιδὶ ἐκ τίνος πράξεως ἢν ἐπείσαμεν εἰς σὲ τὸν  
εὐγενεστάτον ἀρχόντα κυρον γουλιέλμον τοῦ μενοῦ,  
τὴν ἅπασαν σύνκλησιν κοιλτοῦραν τῆς λεγωμένης  
κλυσοῦρας, εἰς χωρίον φράγκηκας, καθὼς ἡ πρᾶσις ἦν  
σοι ἐπείσαμεν δηλεῖ, καὶ διώτις ἀπο τῆς τιαύτης  
σύνκλησεως ἐλήφθης ἀπαντα ὅσα διαχωρίζῃ ἡ δὸς  
ἡ ἐρχομένη ἀπο τίνος ἐκκλησίας φράγκηκας ἀχρὶς τὸ  
εὐγάμα τοῦ χωρίου. κήπους καὶ οἰκίσματα καὶ τέλη  
καὶ δικαίωματα, ἐκ ταύτης ἐλήφθης χρόνους τρεῖς  
πολημέων ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς μὴ δυνηθέντες διεκδικῆ-  
σαι σοι ταῦτα, ἐλευθέρως καὶ ἀνενόχλητως κατὰ τὸν  
τῆς πράξεως σύνφωνον, τοῦ εὐδὺς διεκδικᾶν σε ἐκ  
παντός προσώπου, ὑπερὸν οὐ μὴ πρᾶχθῇ τα ἡρη-  
μένα διεκδικῆσαι, δέξῃς ἐφέραμεν ἐπὶ σοὶ καὶ πρᾶσι-  
μεν οὕτως, τοῦ ἔχῃς σε ἀνταλλαγὴν διὰ τὸν προη-  
ρημένον τοποῖον καὶ πρῶτον ὃ ἐλήφθης. ἀνταλλαγὴν  
ἔχῃς σε τοῦ ἡμετέρου χωραφίου ὃ ἔχουμεν εἰς τοῦ κρα-  
τος τοῦ χωρίου φράγκηκας, τοῦ λεγόμενον εἰς τοῦ  
πλησιον ἀγίου παύλου, ὅσων ὑπαρχει χωραφίων, καὶ  
ἡκων, καὶ ἀμπέλων, καὶ καλαμιώνες, καὶ ἦτι δέν-  
δρων καὶ φητῶν κτίτοτόπων, γίς τε καὶ ἡλῆς ἀχρὶ  
τοῦ ριακος, συν τῶν εἰσώδοι-ξῶδων καὶ φραγμῶν  
καὶ ἦτι δικαίωματων, ὃ ἀπο τῶν φυτευτῶν ἡμῶν  
ἐκ ταῦτα ἡμῶν ἀμπέλια εἰς εἶδιον ἡμῶν μέ-  
ρος ἐλάβομεν, περιορίζεται δὲ οὕτως κατὰ μὲν ἀνα-

† Nos qui signa honorabilis ac vivificae crucis pro-  
priis manibus exaravimus, nomine quoque propin-  
quorum et fratrum et heredum omnem molestiam  
in nos suscipientes, condimus et facimus praesens  
instrumentum simplex, purum et absque dolo, nostro  
proprio consilio et bona voluntate, nullaque omnino  
necessitate, vel vi, vel fraude, vel malitia, amoto  
omni vetito praetextu; quo (*instrumento*) vere de-  
claramus nostrum ius minime fuisse violatum. Quo-  
niam post venditionem, quam tibi fecimus nobilis-  
simo principi domino Gulielmo de Meno totius cir-  
cumscriptionis culturae, quae dicitur Clysura, in agro  
Francicae, ut ostendit chartula venditionis quam tibi  
condidimus, tu pro circumscripto hoc praedio, poti-  
tus es omnibus quae dividit via, procedens ab ecclesia  
Francicae usque ad agri coniunctionem, hortis nempe,  
et domibus, et praestationibus, et iuribus, idcirco haec  
tribus annis tenuisti, nobis prohibentibus. Nos vero cum  
nequeamus haec tibi asserere libere et sine molestia,  
iuxta pacta venditionis, teque recte ab omni persona  
tueri; cum non valeamus, inquam, praedicta servare,  
te de hac re requisivimus, et inter nos conventum  
est, ut tu habeas in permutationem praedicti loci et  
redituum quos tibi asseruisti, nostrum praedium, quod  
possidemus in agro Francicae, nuncupatum ad S.  
Paulum, cum omnibus fundis, et domibus, et vi-  
neis, et arundinetis, et arboribus, et plantis, sub-  
structionibus, humo et silva, usque ad rivum, una  
cum introitu et exitu, et sepibus et iuribus, quae  
de praedictis vineis pro parte nostra ab emphyteutis  
percepimus. Fines autem sunt hi: ab oriente via;

τολάς, ο δρόμος, δισμυς ο ριάξ του βαπτιστηρίου, ἄρκτρος χωραφίον του κραταιου ριγός, και το ἀμπέλιον ιωαννου μακεδονος, και ιωαννου τῆς τροττης, μεσιμβρίας τα χωράδια του κραταιού ριγός. και χωράφιον του κυρου βιτάλου, και ἀμπέλιον μαρίνου ανυψηκυ κυρου βιταλου Φραγκηκας, και τὸν παῖδων σιμιούνη του γιόφου, γίδου, και ἰοσφρίδου, και συνκλήη, τούτο σοι επιδιδωμεν ὅσων και ἦν ἐστιν συν πάντων τὸν δικαιωμάτων ἡμῶν, ἧς σὲ και εἰς τοὺς σοὺς κληρονομους και διαδόχους, και κατόχους, ἡς ἡδεῖαν ἡμῶν ἐξουσίαν και κυριώτητα, πουλεῖν χαρίζην, ανταλλάτιν, και ἧς πρίκα υἱῶν και κληρωνόμων καταγραφειν και καταλημπάειν, και ἀπλὸς γηπὴν πηπὴν ἀπαντα ἤτι βύλεσε, ὅς ἡ θεοὶ νομοὶ τοῖς οἰκοῖς δεσπόταις πραττιν διακελεύεται, ὅς τω κύρως και τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν ἡληφως, ἀπο τὴν σήμερον ἡμέραν και ὥραν. και εἰς το αἰς αἰ̄ μι ἐνοχλουμενον μίτε ἐνποδιζωμενον παρά τινος, ἀλλ ἡ ποτὲ καιρῷ ἢ χρόνῳ ὕχλησις ἐπὶ τουτο φοραθῇ, ἤτε ἐπὶ σὶ. ἤτε ἐπὶ τοὺς σοὺς κληρωνόμους, του ἡθθαμέδα ἡμοῖς, και ἡ ἡμῶν κληρωνόμοι, και διεχδικωμεν σοι αὐτῷ ἐκ παντός προσωπου. ἡ δὲ ἡμεῖς μετὰ μελῇ Φωραδόμεν. μι εἰσακουσθῶ ἡμᾶς, ἀλλ ὡς ξένη και ἀλλώτρη και ἀρνίται τῆς ἀμωμίτου. και ἀληθινῆς πίστεως τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν, ἐστωμεν και κατίρχμενοι παρὰ κυρίῳ, θεῷ παντοκράτορος. τῶν τινῇ ἀγίων θεωφώρων πατρῶν το ἀνάδεμα, ζῆμιουστω ἡμᾶς ἡς τω διμύσιον του κραταιου ριγός νομίσματα αβ', και πρὸς σὲ τῶν ἀρχωντα διπλὸς το πῖς ἀλλαγῖς και τας βελτιόσεις ἀναπληροῦμεν σοι. και ἡθ οὕτω μῆνη στερρα και ἀπαρσάλευτα ἀπαντα τα τριμενα σίμφωνα τῆς καλοδελὸς γεναμίνης ἀλλαγῆς ἤτις και ἐγραφή χειρὶ ἐμοῦ γρηγωριου υἱου πρεσβυτερου βασιλειου και πρωτοπαπα αγίου γρηγορίου. ὅς και κατὰ τω κερῶν τῆς ἐξουσίας Φράγκηκας νοταριος ἐν εἰσι ἐσχπῇ ἰνδικτιωνες ιγ', μηνῇ ἰουλίῳ εἰς τας ια' ἐν παρῳσια μαρτυριων. † στέφανος υἱος πρεσβυτερου ιωαννου πουγγαδου και κατὰ τὸν κερὸν στρατηγὸς μιλητου και λιπων μαρτυρ. † βιτάλης υἱος κυρου μαρίνου μαρτυρῷ, γραφας εἰκοσιω χεῖρὸς τὸν τιμιον σταυρων. † δαμιανος πιτζούτος μαρτυρῶν υπεγραφα οἰκοῖα χειρὶ τῶν σταυρων. † ιωαννης κοσανος μαρτυρ † ὁ τοῦ βλαγακαρδου ευγενῆς υἱὸς ἰωάννης ὁ κατὰ τὸν κερὸν γραναταριος Φραγκηκας μαρτυρ υπεγραφα ἰδιοχειρὸς. † Ego Guido no-

ab occidente rivus Baptisterii; a septentrione praedium potentis Regis, et vinea Ioannis Macedonis, et Ioannis de Trotta; a meridie praedia potentis Regis, et praedium domini Vitalis, et vinea Marini consobrini domini Vitalis de Francica, et filiorum Si-meonis Giofi, Gidi et Iosfridi, et clauditur. Hoc donamus quantum et quaecumque est cum omnibus iuribus nostris tibi tuisque heredibus et successoribus, ac bonorum possessoribus, tradita vobis potestate et auctoritate vendendi, donandi, permutandi, et in dotem constituendi, ac relinquendi filiis et heredibus, atque in universum peragendi omnia quae volueritis, sicut divinae leges propriis dominis facere praecipunt, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti ab hodierna die et hora in perpetuum; neque molestia afficiaris, neque impediaris ab aliquo. Si qua vero occasione vel tempore molestia in hoc afferatur aut tibi aut tuis heredibus, nos nostrique heredes antestare debeamus, teque ab omni persona tueri. Quod si consilium mutaverimus, ne exaudiamur, sed sicut extranei et alieni ac proditores inculpatae et verae fidei orthodoxorum christianorum, maledicti simus a domino Deo omnipotente, et a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, mulctemur Fisco potentis Regis numismatis duobus et septuaginta, et tibi Domino duplo (*pretio*) permutationis, et expensis factis pro meliorationibus; atque nihilominus firma et inconcussa deinceps manean pacta omnia huius voluntariae permutationis; quae scripta est manu mei Gregorii filii presbyteri Basilii et protopapae S. Gregorii, et pro tempore Francicae ditionis notarii, anno 6688, indictione XIII, mense iulio, die XI, coram testibus. † Stephanus filius presbyteri Ioannis Pungadi, et pro tempore Strategus Mileti et reliquorum (*pagorum*) testis. † Vitalis filius domini Marini testor scribens manu propria honorabilem crucem. † Damianus Pitzutus testis subscripsi manu propria crucem. † Ioannes Cosanus testis. † Ioannes

tarius testor. † ρανάλδος Φορνίνος μαρτυρ. † κων-  
στας άργυρος μαρτυρ. † Ego presbiterum nicolaum  
de franchica testis sum. † πέτρος κοππολα μαρτυρ.  
† Ιωάννης τῆς μουντης μαρτυρ. † Ιωάννης τοῦ πρε-  
σβυτέρου δωνατου μαρτυρ. † πέτρος υἱός πρεσβυτε-  
ρου πουγγαδου μαρτυρ και κατα τον καιρον στρα-  
τιγος μιλητου και Φαρχηκος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 75.)

nobilis filius Blancardi, pro tempore Granatarius  
Francicae, testis subscripsi manu propria. † Ranaldus  
Forninus testis. † Consta Argyrus testis. † Petrus  
Coppola testis. † Ioannes de Munte testis. † Ioannes  
filius presbyteri Donati testis. † Petrus filius pre-  
sbyteri Pungadi testis, et pro tempore Strategus  
Mileti et Francicae.

## CCI.

1180 — Mense Iulio — Indict. XIII — Circlarii.

*Odo Gervasius cum filia Maria et Gulielmo Pontefarte vendit presbytero Gulielmo Gervaso vineam et  
plantationem positas in pertinentiis Circlarii loco dicto Giunco solidis tribus.*

† Signum proprie manus hodoni filius gervasi †  
Signum proprie manus Willelmo pontefarte † Si-  
gnum proprie manus Marie hodoni filia.

Εν ονοματι του πατρος και του υιου και του αγιου  
πνευματος οἰμοῖς οἱ προγέγραμμαινοι· οι τας σοίγνας  
του τιμίου και ζωοποιου σταυρου· τες ηχείες ημῶν  
κερσιν καθυπωγράφαντες το δε ὕφος των ονομάτων  
ημῶν δια χειρος του νοταρίου Φειώμεθα προς σαι πρε-  
συητέρου γουλιέλμου· ὁ τι επωνυμία του γερυάσου·  
και ἡμετέρου Δείου πιπράσκωντά σι αμπελιον και την  
φυτήν· το ὅπερ ὑπαρχει εἰς την διακράτισιν χώρας  
κηρχλαρίου· εἰς τω ἐπιλεγώμενον τώπων του γιοῦν-  
κου· ωντινυ συνορίζεται και περιορίζεται οὕτως κατα  
μὲν ανατολας ως ἀρχεται ἡ οδὼς το ὅπερ απερχεται εἰς  
των ἀγίω σευσταϊανου· και ως διαυεννη η οδὸς και ρίκτι  
εἰς τους Φρέξιοις· και απεκήθεν ὡς διαυεννη τα ἴσα·  
και ρικτι ης τες κεντρωμαῖς απο αρκτρῶν μέρος· και  
ανατολικον ως κατευεννη τα ἴσα και ρίκτι εἰς τω  
σύνορον τω χωράφω του βρετζη και ως κρατεῖ το  
λεγωμενων συνορων και ρίκτι εἰς τω σύνορων του αμ-  
πελιου του νικόλα αγρουέ. και ὡς κρατεῖ το προ-  
ρηθεν σύνορων και ρίκτι εἰς την προριθεῖσαν οδὼν και  
συνκλη· τούτω τετραχῶς περιορισθεν ἀμπεληρον συν  
το ἰσῶδω εξῶδω απενπουλυσαμεθα προς σέ του προ-  
ριθέτως πρέσυητέρου γουληέλμου εἰς τημᾶς τας ανα-  
μεταξῇ εμοῦ τε και σύ συνφωνηθέντα και ἀρῶθέντα  
νομῆσματα τρία ἃ ἐδέξαμεθα παρα τας σᾶς χείρας  
εἰς τας εμᾶς· ὅθεν δέ του απο του παρῶντος και εἰς  
τους ἐξείς ἅπαντας και διηγεκῆς χρώνης ἐπεξοῦσιος ἔχην

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae  
crucis propriis manibus exaravimus, nominum vero  
et cognominum seriem per manum notarii, vendi-  
mus tibi Gulielmo presbytero cognomento Gervaso  
patruo nostro vineam et plantationem sitas in perti-  
nentiis civitatis Circlarii, in loco ubi dicitur Giun-  
cus, quae his terminis comprehenduntur: ad orien-  
tem sicut incipit via quae ducit ad S. Sebastianum, et  
sicut vadit via et iungitur cum sepibus, et deinde si-  
cut vadit recta ad Centromas septentrionem versus, et  
ad orientem ut descendit recta, et iungitur cum ter-  
minis terrae Bretzi, et sicut progrediuntur praedicti  
termini, qui iunguntur cum terminis vineae Nico-  
lai Agrue, et ut vadunt praedicti termini, et iun-  
guntur cum memorata via, et clauduntur. Huiusmodi  
vineam quadripartito conterminatam simul cum in-  
gressu et egressu vendidimus tibi antedicto presby-  
tero Gulielmo pro pretio inter nos pacto convento  
solidorum trium, quos de tuis in nostras manus re-  
cepimus, ut amodo et in perpetuum habeas in tua  
potestate huiusmodi vineam, et plantationem, et  
arbores fructiferas, et salices, vendas, dones, per-  
mutes, in dotem tuis filiis et filiabus assignes, et  
omnia de ea facias iure dominii et potestatis, prout

σε τουτιου αμπελιον καὶ την φητήαν καὶ συν τα  
 ὑμερῶδ' ἔνδρια καὶ τα σαλήκει· πουλτὴν χαρίζη ανταλ-  
 λάγτι καὶ εἰς πρίκας υἱων καὶ θυγατέρων σου κα-  
 ταγράφεσθαι· καὶ παντα πραγτηνσαι ἐν τούτῳ αὐθεν-  
 τός καὶ κυρίως ὡς ὁ νόμος τοῖς ἰδίῳις δεσποτες πα-  
 ρακελευεται· καὶ μὴ ἔστω ἐν τουτω ὁ παρενοχλῶν  
 σαι ὁ παρέμποδίζην σαι· μήτε μὴν αὐτοῦς μήτε ξένου  
 προσώπου· ἰ δὲ ἐπέλθει τίς καὶ ζητήσιν κυνήσι η  
 αγωγὴν ὄφιλι πῆσαι πρταμίδα καὶ διεκδικοῦμεν σαι·  
 ἰ δὲ πρὸς ανατρωπῇν χρυσώμεδα οὐ μωνων την ἀρὰν  
 των τριακωσίων δεκα ὀκτῶ ἁγίων θεοφύρων πατερων  
 κληρωνομησωμεν ἀλλὰ ἀπετισώμεδα ἐν τῷ φίσκῳ  
 νομισματα τριάκοντα ἔξ· καὶ πρὸς σὲ του αγραπτοῦ  
 ἑτερα τοσαυτα καὶ ἡθ' οὕτως διαμενεταὶ πρὸς σὲ ἡ  
 τιάυτην καθαρὰ διαπρασιν ἦν καλωδειλῶς ἐπείσασμεν  
 στρεβλὴν υἱοαίαν καὶ ἀπαρσαλευτος.

† ἡτις ἐγραφή δια χειρὸς ἐμοῦ ἰωαννου νοταριου καὶ  
 ταβουλαριου πρὸς ἐπιτροπῆς νίκολαου νοταριου καὶ  
 ταβουλαριου ἀστεος κηρχλαριου ἐν μηνὶ ἰουλίῳ ἰδι-  
 κτιωνος ιγ'. ετους ς' χηπ'· ἀξιωπιστων μαρτυρων.

† οτος κραπαριος κατὰ την ἡμεραν κριτης μαρτυρ  
 υπεγραψα.

† ἰωαννης ἀρχιερεος χωρας κηρχλαριου μαρτυρ υπε-  
 γραψα.

† ρογέριος του ρουσितου μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 69.)

leges propriis dominis permittunt: nec sit qui tibi  
 molestiam, vel impedimentum afferat, nec ego, nec  
 alia quaevis extranea persona. Si quis autem sur-  
 rexerit quaestionem, litem, aut actionem intentare  
 volens, obstare debeamus, et tuam defensionem sus-  
 cipere. Quod si (*hanc venditionem*) subvertere volue-  
 rimus, non solum maledictionem habeamus a tercen-  
 tis octo et decem sanctis divinis Patribus, sed et  
 Fisco solvere teneamur solidos sex et triginta, ti-  
 bique emptori tantundem; atque nihilominus huius-  
 modi purae venditionis a nobis bona voluntate factae  
 instrumentum ratum, firmum et inconcussum per-  
 maneat.

† Scriptum manu mea Ioannis notarii et tabularii  
 ad requisitionem Nicolai notarii et tabularii civi-  
 tatis Circlarii, mense iulio, indictione XIII, anno  
 6688, in praesentia fide dignorum testium.

† Odo Caprarius pro tempore Iudex testis sub-  
 scripsi.

† Ioannes Archipresbyter civitatis Circlarii testis  
 subscripsi.

† Rogerius de Rusito testis subscripsi.

## CCII.

1180 — Mense Iulio — Indict. XIII — Circlarii.

*Ioannes Archipresbyter, Nicolaus Maurozumus aliique donant ecclesiae S. Phantini praedium, situm in loco  
 dicto Petrosa, in pertinentiis civitatis Circlarii.*

† σήγνον χηρὸς ἰωαννου ἀρχιερεος υἱὸς πρεσβυτερου  
 νικολαου.

† σήγνον χηρὸς νίκολαου μαβροζουμι.

† σήγνον χηρὸς παρ ἐμοῦ ἀνδρεου του ἀπιχομενου  
 πρεσβυτερου νικολαου.

† σήγνον χηρὸς γουλιελμου υἱος του πρεσβυτερου  
 κονσταντινου φερφερου.

† σήγνον χηρὸς θεοδωρου υἱος του ἀποιχομενου  
 γουιδου

† σήγνον χηρὸς δρογῶνος κουκουλλομενου.

† σήγνον χηρὸς ἰωαννου κουκουλλομενου.

† Signum manus Ioannis archipresbyteri filii pre-  
 sbyteri Nicolai.

† Signum manus Nicolai Maurozumi.

† Signum manus meae Andreae filii quondam pre-  
 sbyteri Nicolai.

† Signum manus Gulielmi filii presbyteri Constan-  
 tini Ferferi.

† Signum manus Theodori filii quondam Gui-  
 donis.

† Signum manus Drogonis Cucullati.

† Signum manus Ioannis Cucullati.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου  
πνεύματος οἰμοῖς οἱ ἀνώτεροι προγεγραμμένοι· οἱ τὰς  
σοίγιας τοῦ τημέρου καὶ ζωῶπιου σταυροῦ· τὲς οἰκεῖς  
ἡμῶν χερσὶν καὶ ἀπογράφαντες· το δὲ ὕψος τῶν ὀνο-  
μάτων ἡμῶν διὰ χειρὸς τοῦ νοταρίου προταξάντες·  
φενώμεθα πρὸς σε πρεσβύτερον γουλιέλμον καὶ ἡκω-  
νομε τοῦ πασιέπτου ναῦ τοῦ ἁγίου φαντίνου· χαρί-  
ζοντα πρὸς σὲ καὶ εἰς τὴν προριδεῖσαν ἐγκλησίαν· τῶν  
γωνηκῶν ἡμῶν χωράφιον· τῷ ὅπερ ἐστὶν εἰς τὴν δια-  
κρατηρίαν χώρας κηκλαρίου εἰς τὴν λεγόμενον τῶπων  
τῆς πετρώσας· διορίζεται δὲ οὕτως κατὰ μὲν ἀνατο-  
λᾶς τῷ χωράφιον οἱ τοῦ μηζωτέρου δυσήκου μέρους  
τῷ χωράφιον τοῦ πρεσυτέρου λεοντος φερφερον· περὶ  
δὲ ἄρκτου· ὁ σωρὸς τῶν ληθαρίων· μεσημβρίας δὲ  
το ἡμέτερον χωράφιον τούτῳ τετραχῶς περιορισθὲν  
ἀγρικὸν χωράφιον χαρίζόμεθα πρὸς σε πρεσβύτερον  
γουλιέλμον καὶ εἰς τῶν πασιέπτων ναῶν τοῦ ἁγίου  
φαντίνου· ἵνα ὑπαρχῇ ἐκ τῆς ἐγκλησίας αἰὲν παντὶ·  
ὥστις δὲ εὐρεθῇ ἐναντιούμενος ἐκ τῆς παρούσης δωρεᾶς  
ἐστω ἀνάθεμα παρὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνευ-  
ματος· ζημιουσῶν δὲ καὶ ὑπὲρ παραουσίας τοῦ τι-  
μέρου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ νομισματὰ λς' καὶ εἰς το  
δυμοσίον ἑτέρα τῶσαυτα μετὰ δὲ τὴν τοῦ προστιμοῦ  
καταβολὴν διαμενετε πρὸς σε ἡ τιαυτὴ τέλεια καὶ κα-  
θαρα δωρεᾶ· ἥ τις ἐγγραφὴ διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου  
νοταρίου κατ' ἐπιτροπὴν νικόλαου νοταρίου καὶ ταυου-  
λαρίου ἀστέος κηκλαρίου ἐν μηνὶ ἰουλίῳ ἰνδικτιωνος  
ιγ'. ετους, ἡχπὴ παρούσης ἀξιωπιστῶν μαρτυρῶν.

† οτος κριτῆς μαρτυρ ὑπεγράψα διὰ τοῦ σταυροῦ.  
† γηρβασιος κριτῆς μαρτυρ ὑπεγράψα διὰ τοῦ  
σταυροῦ.

† ρογεριος ο φαβατζα μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.  
† ἰωσφρεδος μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.  
† κωνσταντίνος χαλκεὺς μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 70.)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos  
suprascripti, qui signa sanctae et vivificae crucis pro-  
priis manibus nostris effinximus, nominum vero no-  
strorum seriem per manum notarii praeposuimus,  
declaramus donare tibi Gulielmo presbytero et ve-  
nerabilis ecclesiae S. Phantini oeconomo, et dictae  
ecclesiae paternum nostrum territorium situm in per-  
tinentiis civitatis Circlarii in loco dicto Petrosa, cuius  
fines sunt hi : ad orientem territorium Mizoteri ;  
ad occidentem territorium presbyteri Leonis Ferfe-  
ri ; ad septentrionem congeries lapidum ; ad meri-  
diem territorium nostrum. Huiusmodi terras arato-  
rias quatuor his partibus conclusas concedimus tibi  
presbytero Gulielmo et venerabili ecclesiae S. Phan-  
tini, ut sint in potestate ecclesiae semper et in per-  
petuum. Quicumque autem deprehensus fuerit op-  
pugnare volens praesentem concessionem, maledi-  
ctus sit a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et ob  
praevaricationem venerabilis et vivificae crucis sol-  
vat poenae nomine solidos sex et triginta, et publico  
Fisco tantundem: et nihilominus post poenae solu-  
tionem maueat tibi haec perfecta et pura concessio;  
quae scripta est manu mea Ioannis notarii de man-  
dato Nicolai notarii et tabularii civitatis Circlarii  
mense iulio, indictione XIII, anno 6688, praesentibus  
fide dignis testibus.

† Odo Iudex testis subscripsi per crucem.

† Gervasius Iudex testis per crucem subscripsi.

† Rogerius Fabatza testis per crucem.

† Iosfredus testis per crucem.

† Constantinus Ferrarius testis per crucem.

1180—Mense Augusto—Indict. XIII—Sanctae Severinae.

*Fillia cum filiis Georgio et Pasimna suaque sorore Anna donat Zachariae Muriciotae sacerdoti vineam positam in agro Sanctae Severinae, loco nuncupato Milia.*

† σιγνον χειρος Φιλλιας. † σιγνον χειρος γεοργίου υἱου αὐτῆς. † σιγνον χειρὸς πασιμνης θυγατρος αὐτῆς. † σίγνον χειρὸς ἀνῆς (γυναικὸς) κωνσταντινου βίου. † ἐν οἰκάτῳ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ αγίου πνευματος· ἡμῆς αἱ ἀναγεγραμμένοι Φίλλια σὺν τοῖς ἡμῶν τέκνοις, γεοργίου, καὶ πασῆμνης, καὶ ἀνῆς ἡμῶν μὲν Φίλλιας σηγγένισσας, ἡμῶν δαὶ τῶν τέκνων αὐτῆς γεοργίου καὶ πασιμνης γισσίας μητροδείας, ἡ τα σίγνα τῶν τίμιον σταυρῶν οἰκίης ἡμῶν δακτύλοις, χαράξαντες, τίθωμεθα καὶ ποιῶμεν τὴν παρούσαν ἔγγραφον, ἀπλὴν εὐχαριστον, ἀμετάθετον, ἀμετάτρευτον, καὶ ἀμεταμέλητον καθαρὰν δορεῖν· χωρὶς τῆς ἰασοῦν ἐρέτης. καὶ Φιλονικίας ὑπάρχουσας πᾶσαν τὴν τῶν πανευσεβῶν νόμον ἰσχύν τε καὶ δύναμιν ἔχουσας, καὶ μηδαμὸς ποταὶ περὶ ἡ χρῶν ἀνατραπῖναι. ἡ ὅποσόν ἀπαρασαλευθεῖναι ὀφείλουσαν, οὐ παρ ἡμῶν τῶν προγεγραμμένων, οὐ παρὰ τῶν ἡμετέρων κληρονομον. ἡ διαδῶχον· οὐ παρ ἐτέρου προσώπου τοῦ ἰουδήποται ἰδίου ἡμῶν, ἡ ξένου το σῆνολον· δι οὗ εκουσίος ἀδόλως, καὶ ἀβιάστος, δοροῦμεθα καὶ ἀποχαρίζεμεθα, ἰς σὲ τὸν εὐλαβεστάτον ἱερέαν· κυρον ζαχαρίαν τὸν μουρικιότην, καὶ δια σοῦ τοῖς κληρονόμοις, καὶ διὰ δόχοις σου καθὼς ὑποτίταται· ἐπιδὶ ἐξάμπελον κληρονομῶμεν ἐκ γονικῆς ἡμῶν κληρονομίας. ἐν τῷ περικύρῳ αγίας σευρήνης εἰς τόπον λεγόμενον μιλίαν. σηνόρται δαὶ οὗτος. κατὰ ἀνατολῆς ὁ ρίαξ, ἐκ δύσεως, τὸ ἀμπέλιον σοῦ τοῦ εὐλαβεστάτου ἱερέως κυρου ζαχαρίου· ὅπερ εἶχες ἀγορὰν παρὰ ἡρήνης ἐγγόνης κυρου κωνστούς, ἀρκυρό δαὶ μέρι, τὸ χωράφιον νικολάου δαμέτη τοῦ σοῦ πενθεροῦ, μεσέμβριαν δαὶ ὁ ρίαξ. τοῦτο οὖν τὸ τετραχὸς περιορισθὲν ἐξάμπελον ὅσον καὶ ἶον ἐστίν, παντελὸς καὶ ἐξολοκλήρος. μετὰ πᾶσης ἡρώδου ἐξόδου αὐτοῦ, δοροῦμεθα καὶ ἀποχαρίζεμεθα σὺ τῷ θεοφιλῇ ἱερὶ κυρω ζαχαρία, δια τῆς πολλῆς χάριτας. ἀμιβᾶς. δουλαγογίας καὶ κηβερνίσαις ἅς πρὸς ἡμᾶς πεπήχας καὶ πῆης, καὶ δια τοῦ υπερειχέσθαι σε ἐν τοῖς αγίῃς καὶ ἱερῇς διπτίχῃς, ἡμῶν καὶ τῶν προκπελθῶτον ἡμῶν γονίον, καὶ ἀδελφῶν. ἐχῆν δὲ σαι αὐτῷ, ἀπάρτι καὶ

† Signum manus Filliae. † Signum manus Georgii filii eius. † Signum manus Pasimnae filiae eius. † Signum manus Annae uxoris Constantini Vitae. † In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Fillia, Georgius et Pasimna eius filii, nec non Anna eiusdem Philliae soror, suorumque filiorum Georgii et Pasimnae legitima matertera, qui signa venerabilis crucis nostris manibus exaravimus, praesentem scriptis consignatam donationem condimus et facimus, simplicem, gratiosam, immutabilem, inconcussam, non poenitendam et puram, nullo inter nos dissidio, vel contentione, sed omni sanctorum legum robore et vi praeditam, et nulla unquam occasione vel tempore subvertendam, vel quoquo modo labefactandam a nobis suprascriptis, neque a nostris heredibus vel successoribus, neque ab alia qualibet persona propinqua vel extranea in universum; qua voluntarie, absque dolo ac vi, donamus et impertimur quod inferius statuitur tibi piissimo sacerdoti domino Zachariae Muriciotae, tisque heredibus et successoribus. Quandoquidem vineam habemus ex paterna nostra hereditate in pertinentiis Sanctae Severinae, loco ubi dicitur Milia, quae hisce finibus circumscribitur: ab oriente est rivus; ab occidente vinea tua piissimi sacerdotis domini Zachariae, quam emisti ab Irene nepte domini Constae; a septentrione praedium Nicolai Dometi soceri tui; a meridie vero rivus; hanc nimirum vineam quadripartito divisam, quanta et qualiscumque est, integre ac plene, cunctis cum introitibus et egressibus suis, tradimus et concedimus tibi Deo accepto sacerdoti domino Zachariae, ob multas gratias, retributiones, officia et curas, quas nobis praestitisti ac praestas, nec non ut ores pro nobis et pro mortuis nostris parentibus et fratribus in sanctis et sacris diptychis. Habeas vero ipse amodo et in per-



εις τὸ δηγεκὲς. ἐπεξουσὶος κυρίως καὶ αὐθεντικῶς πηγῇ  
σαι ἐν αὐτῷ ὅσα ὁ νόμος ἐν ιδίῃ διακελεύεται. ὅς το  
κύρος καὶ τὴν δεσποτίαν· παρ ἡμῶν ἰλιφός. ἡ δαὶ  
κῆνις ζήτῃσις ἡ αγωγή γένεται παρ ἰωδίκωτε ἰνα  
ἡσταμέδα καὶ διεκδικώμεν αὐτῷ ἐκ παντός ἐναντίου-  
μένω προσώπου. ἡ δαὶ παρ ἡμῶν τῶτο γένεται ὅπερ  
οὐκ ἡγοῦμεδα πῆρσαι ἥναι μας ἐπαράτον παρὰ τῆς  
αρχηφώτου τριάδος· των αγίων καὶ οἰκουμενικόν συν-  
όδων το ἀναδεματι καθυποβληθῆσῶμεδα· καὶ ὑπερ  
παραβασως τοῦ τιμίου σταυροῦ ζημιῶσθαι μας ρι-  
γατα λς καὶ ἡθ οὕτω στέργειν καὶ ἡμέειν τὴν παρ  
ἡμῶν προς σαι γεναμένην καθαρὰν δореαν ἡτχυραν·  
βεναίαν· κυρωμένην καὶ ἀπαρασάλευτον. ἀχρὶ λήξῃος  
κόσμου, ἡ καλοθελὸς πεπιήκαμεν, ἐπὶ τῆς εὐσευούς  
βασιλείας· γουλιέλμου ριγός καὶ αὐθέντου ἡμῶν, χειρὶ  
μῖχαηλ ἀνικήτου καὶ εὐτέλους κληρίκου, χαρτουλα-  
ρίου, ἡγδίκου, καὶ ταβουλαρίου αγίας σευερίνης αὐγού-  
στου μηνός ἰνδίκτιωνος ιγ'. ἐν τῷ εἴχπῃ εἴτη, πα-  
ρουσια μαρτυρων.

† νικόλαος εὐτελῆς πρεσβύτερος ὁ γρατζανητὶς μαρ-  
τυρ ὑπεγραψα.

† λέων κληρικός καὶ νομικὸς ὑπεγραψα.

† μαλείνος πρωτοσπαθάριος ὑπεγραψα.

† βασίλειος δαμετῆς μαρτυρ δια τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 76.)

petuum facultatem tanquam arbiter et dominus fa-  
ciendi ibidem quidquid in suis cuique rebus lex sinit,  
utpote qui potestatem ac dominium a nobis acce-  
pisti. Si vero ulla molestia, lis vel quaestio a quovis  
propter hoc tibi allata fuerit, nos obstabimus, teque  
ab omni contraria persona defendemus. Sin autem  
id ex parte nostra evenerit, quod fore non putamus,  
tunc in maledictionem incurramus Triadis, unde lu-  
men omne manat, nec non excommunicatione cuius-  
libet sancti et oecumenici concilii afficiamur, et ob  
violationem venerabilis crucis regalibus sex et tri-  
ginta mulctemur; atque nihilominus firmitatem ac  
perennitatem habeat usque ad finem mundi huiusmodi  
pura, valida, stabilis, rata et immutabilis donatio,  
quam tibi bona fecimus voluntate, sub pia domina-  
tione Gulielmi regis et domini nostri, manu Michaelis  
Aniceti humilis clerici, chartularii, iudicis et tabu-  
larii Sanctae Severinae, mense augusto, indictione  
XIII, anno 6688, coram testibus.

† Nicolaus humilis presbyter Gratzanites testis  
subscripsi.

† Leo clericus et notarius subscripsi.

† Maleinus Protospatharius subscripsi.

† Basilius Dometes testis per crucem.

## CCIV.

1181 — Mense Ianuario — Indict. XIV — Circlarii.

*Ioannes de Cizota donat monasterio S. Nicolai de Nuda praedium positum apud Circlarium  
in loco dicto Droseri.*

† σιγνῷ χηρὸς ἰωαννου υἱος ἰωαννου τοῦ κηζότου  
ὁ ἐπονμαζόμενος πορκινός. Ἐν οἰκίᾳ τοῦ πατρός  
καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος. καγῶ ὁ προ-  
γεγραμμένος ἰωαννης ὁ τὸ σήγνῳ τοῦ τιμίου καὶ ζο-  
ποίου σταυροῦ, εἰκία μου χηρὴ γραψας, τοῦ δὲ ὀνό-  
ματος μου καὶ τῇ πατρόα ἐπονιμία δια τοῦ νοταρίου  
γραψας, τὴν παρῶσαν ἐγγραφον, ἐκουσιον ἀμετάτρε-  
πτον ἀπλῆν ἀποχῇ τήθῃμι καὶ πρὸ ἐκουσια μου τῇ  
γνώμῃ εἰκία προῖρέσει οὐκ ἐκ τῆνος τὸ παραπαν ἀνάγ-  
κης, ἀφῆρομαι· εἰς τον πάνσεπτον, γὰρ τοῦ ἁγίου  
νικόλαου τῆς νοῦδας καὶ προς σὲ τὸν προῖστότα, κυρὸ  
ἀναστάση, ὑπερ λύτρου καὶ ἀφεισως τῶν ἡμῶν γονέων,

† Signum manus Ioannis filii Ioannis de Cizote  
cognomento Porcini. In nomine Patris, et Filii, et  
Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Ioannes, qui pro-  
pria mea manu sanctae et vivificae crucis signum  
effinxi, nomen vero meum cum paterno cognomento  
manu notarii, praesens in scriptis voluntarium, ir-  
revocabile et simplex renunciationis instrumentum  
condo et facio, quo de propria mea sententia, et  
libera voluntate, nulla prorsus necessitate compulsus,  
pro redemptione ac remissione meorum genitorum  
offero venerabili ecclesiae S. Nicolai de Nuda, et  
tibi domino Anastasio eius praefecto, patrimoniale

τὸ γονικόν μου χωράφιον, ὅπερ κήται, εἰς τὴν περιό-  
χην τοῦ κηκλαρίου εἰς τὸν ἐπίλεγωμενον, τόπον  
δρσέρι, πλησίον τοῦ χοραφίου ἀσμουνδου κηκερέλλη,  
περιόριζεται αὐτός, ανατολῇ, ἡ ὁδὸς ἡ αναβενουσα ἡ  
πριονία, δύση, τα ἡμέτερα χωράφια, μεσημβρία ὁ  
ἐλεὼν το αὐθεντηκόν, ἄρκτρου ἡ αὐτῇ ὁδὸς τῆς προ-  
νίας, ταῦτο τὸ προριδέν χωράφιον ἀφηρόννω εἰς τὸν  
προριδέντα πανσεπτον ναόν τοῦ ἀγίου νικολάου τοῦ  
ἀπο τοῦ παροντος καὶ εἰς τοὺς ἐξῆς ἅπαντας χρόνους  
ἐπεξουσιν ἔχην, ἡ προριδείσα ἀγία μονή, καὶ ἡ προ-  
τεύοντες ἐν αὐτῇ, πῆν ὅσαν ἂν βούλετε, καὶ μὴ ἔστο  
ἐν τούτῳ ὁ παρενοχλὸν μήτε ἐγὼ μήτε τῆς τοῦ κατ' ἐ-  
μοῦ μέρους ἡ ξείου προσώπου. ἵδ' ὅπερ οὐκ ἠγάμμι  
ἐπέλθῃ τίς καὶ ζήτησιν κήνησιν εἰσταςθαι καὶ διέκδη-  
κῆσθαι τὴν προριδείσαν ἀγίαν μονήν, ἡ δὲ καὶ τούτο  
οὐ πῆν, ἀλλὰ τροπῇ χρίσμαι. ἡς τὴν μονήν τὴν  
ἀρὰν τὸν τιή, ἀγίων θαιωφόρων πατέρων κληρονο-  
μήσο ἀλλ' ἀποτησμαι εἰς τὸ δημόσιον νομισματὰ λς',  
καὶ ἡδ' οὗτος μενέτω εἰς τὴν ἀγίαν μονήν ἡ παρούσα  
ἀφ' ἡρώσης οχηρά, βεβέα καὶ ἀπαρσάλευπτος, ἡτῆς  
εγράφῃ κηρῇ νικολάου νοταρίου καὶ ταβουλαρίου χω-  
ρας κηκλαρίου μηνι ἰανουαριῳ ἰνδικτιωνι ἰδ'. εἰους.  
ἡχπδ', παρουσία μαρτυρων.

† ρογέριος Φαβατζης μαρτυρ δια τοῦ σταυρου.

† ἱεσφρε υἱος οὐβου τῷ κηκλαρίου μαρτυρ διὰ  
τοῦ σταυρου.

† γουλιέλμος γανβρός δρογώνος πουπουλινου μαρ-  
τυρ δια τοῦ σταυροῦ.

† ἀλέξανδρος υἱος γουλιέλμου Φαβάτζη μαρτυρ  
δια τοῦ σταυροῦ.

† ἰωαννης καρακλῆς μαρτυρ δια τοῦ σταυρου.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 75.)

meum praedium, situm in pertinentiis Circlarii, in  
loco dicto Droseri, iuxta praedium Asmundi Cice-  
relli, cuius fines sunt: ad orientem via, quae ducit  
ad serram; ad occidentem alia nostra praedia; ad  
meridiem olivetum dominicum; ad septentrionem  
eadem via serrae. Memoratum hoc praedium offero  
praedictae venerabili ecclesiae S. Nicolai, ut amodo  
et in omne deinceps futurum tempus potestatem ha-  
beat praedictum sanctum monasterium, eiusque pro  
tempore praepositi, faciendi quicquid placuerit, nec  
sit qui ea de causa molestiam afferat, nec ego, nec  
quisquam de mea cognatione, aut alia extranea per-  
sona. Si vero, quod fore non putaverim, quisquam  
surrexerit quaestionem, aut molestiam illaturus,  
debeam contra insurgere; et defensionem antedicti  
sancti monasterii suscipere. Quod si nedum id ne-  
glexero, sed et (huius oblationis) monasterio factae  
me poenituerit, habeam maledictionem a tercentis  
octo et decem sanctis divinisque Patribus, et poe-  
nae nomine solvere teneam Fisco solidos sex et tri-  
ginta; et nihilominus eidem sancto monasterio rema-  
neat praesens oblatio rata, firma atque immutabilis,  
quae scripta est manu Nicolai notarii et tabularii  
civitatis Circlarii, mense ianuario, indictione XIV,  
anno 6689, praesentibus testibus.

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οἵμεις οἱ προγεγραμμένοι· οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιου σταυροῦ· ἡγῆτες ἡμῶν χερσὶν ποιεῖαντες· τὰ δὲ ὀνόματα ἡμῶν σὺν καὶ τῇ πατρὶκι ἐπωνυμίᾳ γραφάντες διὰ χειρὸς τοῦ νοταρίου· φένομεθα ποῖπρασκοντες οἷς σε ῥιγκάρδον υἱὸν παιτροῦ στράννυ το ἀμπέλιον τὸ ἀπὲρ ἐχόμεν· εἰς τὴν τοποθεσίαν τοῦ μορφί· σὶν καὶ τὰ ἡμεροδένδρια τὰ ὄντα ἐκεῖσέ· ἧς λογὸν ἰκτισμάτων· ἐ· ποῖπρασκαμεν τὸ ἀμπέλιον· καὶ τὰ ἡμεροδένδρια· οἷα· ἐστὶν τὶς σῆς κλήρονομιας· καὶ διαδοχῶν· καὶ πάντων τῶν διάκατοχῶν· σὶνορουνται δὲ κατὰ μὲν ἀνατολὰς τὰ ἀμπέλια· τοῦ ἰωαννοῦ μορφί· καὶ τὸ ἀμπέλιον τοῦ γιάκοντου ἰωαννοῦ τοῦ κυρ σπᾶραν· κατὰ δὲ δυσμᾶς· οἱ ὁδὸς διμοσσία· κατὰ δὲ ἀκτροῦ τὸ ἀμπέλιον τοῦ ἰωαννοῦ μῶρφί· μεσσηνρία δὲ· τὰ ἀμπέλια τῆς φαντισσᾶ· καὶ τὸ χωράφιον τοῦ μῶρφί· οὕτω σὶνκλήται τετραμερῶς· διδωμεν αὐτῷ καὶ τὸ κηπάριον τὸ ἀπὲρ ἐχόμεν ἐκῆσε σὶν καὶ τὰ μίροδενδρια τὰ ὄντα ἐκῆσε· σὶνορουνται δὲ τὸ κηπάριον τουτο· κατὰ μὲν ἀνατολὰς· τὸ κηπάριον τοῦ λεντινοῦ τοῦ πλατσαρρίου· κατὰ δὲ δυσμᾶς· καὶ ἀκτροῦ καὶ μεσσηνρίας· τὰ ἀμπέλια· καὶ τὸ χωράφιον τοῦ ἰωαννοῦ μῶρφί· πῖπρασκαμεν σοί· ταῦτα πάντα· ἀπο τοῦ νῦν μέχρι τερμάτων εὐωνῶν πούλειν χαρηζήν· ἀνταλλαττεῖν· ἧς πρίκα υἱῶν καὶ διγατέρων· καὶ πάντα πράττειν αὐθεντῶς· καὶ κήριως· ὥς κε τὴν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν οἱ λήφους· μὴ κολυόμενος παρὰ τίνος· οἱ δὲ ποτὲ καιροῦ ἡ χρόνόν φάνι τὶς ἐκ τῶ ἐμῶν μερὸς· οἱ ἄλλος τὶς ξείνου προσώπων· ζήτῶν· ἐκ τοῦ ἀμπέλιον καὶ τοῦ κηπάριον τουτο· ὁμολογοῦμεν οἶνα ζημιούστού οἱς τὸ διμοσίον· νομισμάτα· μὲς· καὶ οἱς σε ἐπὶ τὸ διπλόν· δίδωμι αὐτῷ καὶ τὸ λανῶν· σὶν ἰσῶδω καὶ ἐξῶδω τὸ ἀμπέλιον τουτο· καὶ τὸ κηπάριον· καὶ ἡθ οὕτως

† Signum manus Andreae cognomento Minei.

† Signum manus Olympiae uxoris eius.

† Signum manus Mabiliae eorum filiae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus exaravimus, nomina vero nostra cum paterno cognomento manu notarii scripsimus, declaramus vendere tibi Riccardo filio Petri Strambi vineam, quam possidemus in loco dicto Morphi, cum arboribus fructiferis quae inibi extant, pretio solidorum quinque. Hanc vineam vendimus cum arboribus fructiferis, ut ad te tuosque heredes et successores ac omnes tuorum bonorum possessores pertineat. Hos autem habet fines: ad orientem sunt vineae Ioannis Morphi, et vinea Diaconi Ioannis filii domini Sparani; ad occidentem via publica; ad septentrionem vinea Ioannis Morphi; ad meridiem vinea Phantissae, et territorium Morphi, atque his quatuor finibus clauditur. Do praeterea tibi ipsi et hortum, quem in eo loco possideo, cum arboribus fructiferis ibi existentibus. Huius autem horti fines sunt: ad orientem hortus Lentini Platzarrii; ad occidentem, septentrionem, et meridiem vineae et terrae Ioannis Morphi. Vendimus tibi haec omnia, ut sint in tua potestate a praesenti tempore usque ad finem seculorum, (cum facultate) vendendi, donandi, permutandi, in tabulis dotalibus filiorum filiarumque scribendi, atque omnia pleno iure et dominio faciendi, utpote qui auctoritatem a nobis accepisti, sine ullo impedimento. Si vero aliqua occasione vel tempore apparuerit quisquam ex mea cognatione, aut alia extranea persona, et controversiam tibi movere voluerit de huiusmodi vinea et horto, poenae nomine solvere teneatur Fisco solidos sex et quadraginta, ac tibi duplum pretii. Do praeterea tibi ipsi et torcular, et ingressum ac egressum dictae meae vineae et horti;



εστὸ ἀρραγὲι καὶ ἀπαρασαλευτὸς· ἧτῃς ἐγραφή δια  
χειρὸς ἐμοῦ λεοντος οἰερεὸς περὶ τοῦ θελήματος τοῦ ἐμοῦ  
αὐθεντοῦ κυρ ναῖμουντου· καὶ ἐγὼ ταβουλαριὸς να-  
ριχαλλὰ· τοῦ ἐτους ̅Ϛ̅χ̅ ἐνοητὰ ἀ΄· ἰνδικτιωνὸς ἀ΄  
μηνὶ δεκεμβριῳ παρούσια μαρτυρῶν.

† ὁ πρεσβύτερος μαρτίνος μαρτυρὸν ὑπο τοῦ σταυροῦ.

† παῖτρος τοῦ υἱοῦ ἰωάννου μαρτυρὸν ὑπο τοῦ σταυ-  
ρου.

† ὁ πρεσβύτερος παῖτρος υἱὸς τοῦ κυρ ἀνατολίου  
ὁ καὶ καπέλλανος τοῦ ἁγίου ἰακώβου μαρτυρὸν ὑπο τοῦ  
σταυροῦ.

† ρόμπερτος τοῦ ἰωάννου τοῦ ὀλῆα μαρτυρὸν ὑπο τοῦ  
σταυροῦ.

† γηακοπὸς μαγῆρος τοῦ αὐθεντοῦ μαρτυρὸν ὑπο  
τοῦ σταυροῦ.

† ραυ τρίςκα ὁ καὶ κριτῆς βαριχαλλὰ μαρτυρὸν  
ὑπο τοῦ σταυροῦ.

† βιτάλῃ ὁ καὶ κριτῆς ναριχαλλὰ μαρτυρὸν ὑπο  
τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 78.)

atque ita deinceps ratum et firmum permaneat (*huius-  
modi venditionis instrumentum*), scriptum manu mea  
Leonis sacerdotis et tabularii Barychallae, de volun-  
tate mei Dynastae domini Boëmundi, anno 6691, in-  
dictione I, mense decembri, praesentibus testibus.

† Presbyter Martinus testis per crucem.

† Petrus de Bisiniano testis per crucem.

† Presbyter Petrus filius domini Anatolii capel-  
lanus S. Iacobi, testis per crucem.

† Robertus filius Ioannis de Oliva testis per  
crucem.

† Iacobus coquus Domini testis per crucem.

† Rhaus Trisca Iudex Barychallae testis per  
crucem.

† Vitalis Iudex Barychallae testis per crucem.

## CCXVII.

1183 — Indict. I — Nicoterae.

*Barsacius Picia vendit Nicolao de Conde vinetum positum prope Lavidium tarenis aureis quatuor.*

† σίγνον χειρὸς βαρσακίου υἱοῦ ἰωάννου πικία.  
† σίγνον χειρὸς θεοδώρου υἱοῦ αὐτοῦ· ἡμεῖς ὁ πρό-  
γεγραμμένοι οἱ τὰ σίγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ  
σταυροῦ. οἰκεία ἡμῶν χειρὶ καθύπογράφαντες· τὴν  
παρούσαν ἐγγράφον ἀπλὴν ἀποχὴν καὶ τέλειαν διὰ-  
πρασιν· ἀναλαμβάνοντες ἰδίους τέκνα καὶ κληρονόμους  
καὶ ἐτέραν πάσαν ἐνόχλησιν ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπου  
ξένου τε καὶ ἰδίου. δι' ἧς ἐν ἀληθείᾳ ομολογοῦμεν πε-  
πραχέναι πρὸς σὲ τὸν νικόλαον· τὸ προσόν μοι ἀμ-  
πελώτοπον τὸ ὄντα καὶ διακειμενὸν πλησίον τοῦ λα-  
υίδου· ὅπερ ἐχω ἀλλαγὴν ἐκ τὸν ἰωάννην ἐχμάλω-  
τον. εἰς σὲ τὸν πρόριθέντα νικόλαον υἱὸν νασιλείου  
τῆς κονδῆς. περιόριζεται οὕτως. ἀνατολῆς ἡ ὁδὸς  
ἀπὸ δὲ δύσεως ἀμπέλιον νασιλείου ὑποστασάρι. ἄρ-  
κτροῦ. ἀμπελώτοπον ζωσιμου τῆς κονδῆς. μεσιμ-  
υρίας· χωράφιον τοῦ νοῦρρουκέτι· καὶ λέοντος χαλ-  
κέλλου· καὶ συγκλῆ· τοῦτο πεπράχαμεν πρὸς σὲ τὸν  
ριθέντα νικόλαον. εἰς τέλειαν νομὴν. εἰς χρυσοῦν τα-

† Signum manus Barsacii filii Ioannis Piciae.  
† Signum manus Theodori filii eius. Nos supra-  
scripti, qui signa venerabilis et vivificae crucis pro-  
pria manu exaravimus, praesens simplicis accepti-  
lationis et perfectae venditionis instrumentum (*fa-  
cimur*), nomine quoque filiorum et heredum nostro-  
rum in nos suscipientes omnem molestiam, quae a  
quovis homine extraneo vel propinquo inferatur; quo  
(*instrumento*) vere declaramus vendere tibi Nicolao  
filio Basilii de Conde vinetum nostrum, situm ac  
positum iuxta Lavidium, quod ad nos pertinet ex  
commutatione cum Ioanne Aechmaloto facta. Hisce  
autem finibus circumscribitur: ab oriente (*est*) via;  
ab occidente vinea Basilii Hypostasari; a septentrione  
vinetum Zosimi de Conde; a meridie praedium Bur-  
rucetii et Leonis Chalcelli, et clauditur. Hoc (*vine-  
tum*) tibi praedicto Nicolao vendidimus in perfectam  
possessionem aureis tarenis quatuor ex moneta po-

ρία δ'. ἐκ τῆν μυνίταν τοῦ κραταιοῦ ριγός. καὶ ταῦτα λαυώτες καὶ ἐκπληρωθέντες ἀπὸ τοῦ τιμήματος, ἐδώκαμεν σοι τῆν πάσαν αὐθεντίαν καὶ κυριότητα τοῦ προριθέντος ἀμπελωτοποῦ. τοῦ εἶναι σε αὐτο εἰς τῆν ἰδίαν ἐξουσίαν. πουλεῖν. χαρίζην ἀνταλλάττειν. καὶ ἡ τοι νοῦλης πράττειν ἐν αὐτῷ. ὡς τὸ κῆρος καὶ τῆν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν ἡληφῶς. καὶ μὴ ἐξείναι με τοῦ λοιποῦ πρὸς ἀνατροπὴν χωρῆν. μήτε ἡμῖς μήτε τῆς τοῦ κατ' ἐμοῦ μέρος ἀλλ' ὥστις φορᾶται ἐναντιούμενος εἰς τὸ προριθέντα ἀμπελώτοπον. ἡσθήκην με καὶ διέδικαίν σε ἀπο παντος προσώπου καὶ ἐπὶ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας· ἡ δὲ καὶ οὐ μὴ ἐπισταθούμεν. ἀλλ' εἰς διάστροφὴν χρησώμεθα. ομολογουμέν ζημιούσθαι ἡμᾶς ὑπὲρ παραβάσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ ἡς το διμύσιον νομίσματα λς'. καὶ εἰς σὲ τὸν ἀγνωραστὴν τὸ αὐτο τίμιμα εἰς τὸ διπλοῦν καὶ ἡδ' οὕτω μειέτω ἡ τοιαύτη πράσις εἰς τὸ αἰς αἰ: † ἡτίς καὶ ἐγράφη χειρὶ καμοῦ βασιλείου τοῦ ευτελοῦς τοῦ ἀποδραῖνας· κατ' ἐπιτροπὴν κυροῦ νικολαοῦ τῷ ἱερῇ τοῦ κουμέρκου καὶ ταβουλαρίῳ ἐπισκοπῆς νικοτέρων τοῦ ἔτους ςχζα' ἰνδικτιῶνος α'. ἐν παρούσῃ μαρτύρην: † ἰωάννης λαυιδος μάρτυρ· † ἰωάννης σκάρπα μάρτυρ † ἀρκαδιος υἱος κολιποῦ μαρκελλίνου μαρτυρ † νικηφορος υἱος κόνδου μαρτυρ † βασίλειος υἱος μιτζῆς μαρτυρ.

† νικόλαος ἱερεὺς τοῦ κουμέρκου καὶ ταβουλάριος ἐπισκοπῆς νικοτέρων τὰ ἀνωτέρα ἐκοίρωσα τοί ἐμοί χήρι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 82.)

tentis regis; quos cum acceperimus, ac de pretio nobis satisfactum sit, tradidimus tibi dominium ac potestatem in memoratum vinetum, ut ipsum possideas cum facultate vendendi, donandi, commutandi, et omnia inibi faciendi quae tibi placuerint, utpote qui ius et auctoritatem a nobis habuisti; neque nobis, neque cuiquam ex parte nostra liceat in posterum (*hanc venditionem*) subvertere. Sed si quis tibi de supradicto vineto adversabitur, nos obstare, teque ab omni persona, magistratu ac potestate defendere teneamur; quod nisi obstiterimus, sed (*prae-sens instrumentum*) infringere tentaverimus, mulctari assentimur ob violationem honorabilis crucis Fisco numismatis sex et triginta, tibi que emptori duplo pretio; et nihilominus maneat in perpetuum huiusmodi venditio; † quae scripta est manu mei Basilii humilis de Apodraina ex mandato domini Nicolai sacerdotis de Cumeri, atque tabularii episcopii Nicoteræ, anno 6691, indictione I, coram testibus. † Ioannes Lavidius testis. † Ioannes Scarpa testis. † Arcadius filius Colipi Marcellini testis. † Nicephorus filius Condi testis. † Basilus filius Mitzae testis.

† Nicolaus sacerdos de Cumeri et tabularius episcopii Nicoteræ suprascripta mea manu roboravi.

## CCXVIII.

1184—Mense Martio—Indict. II—Sanctae Severinae.

*Regalia filia Nicolai Maleini vendit monasterio S. Stephani de Nemore nonnulla praedia posita in agro Styli tarenis aureis quingentis.*

† σῖγνον χειρὸς ριγᾶλλης γνησίας θηγατρὸς. τοῦ ἐν μακρῇ τῇ μνημῇ κυροῦ νικολαοῦ μαλείνου. γαμετῇ δὲ ἐκ δευτέρου σπηχεσιου κυροῦ ἰωάννου στεφανηζου.

† ἐν ὀνοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καγὼ ἡ ἀναγεγραμμένη ριγᾶλλη, ἡ το σῖγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἡκέρως μου δακτύλοις πῆξας, ἀναλαμβάνωμεν πάσαν ὄχλην

† Signum manus Regaliae legitimae filiae domini Nicolai Maleini beatae memoriae, et uxoris in secundis nuptiis domini Ioannis Stephanitzi.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascripta Regalia, quae signum honorabilis et vivificantis crucis propria mea manu exaravi, in me recipiens omnem molestiam, quam tibi fratres,

σιν, ἀδελφῶν ἡδίων κληρονόμων καὶ συνκληρωνόμων. καὶ οὐκ ἐκ τινος, τῷ παραπάν ἀνάγκης ἢ βῆας ἢ δώλου ἢ χλεύεις. ἢ ἀπάτης ἢ ραδιουργίας ἢ ὅσα τοῖς νόμῳ ἡσὶν ἀπὶ γωρευμένα. μάλλον δὲ προθυμία μου πάση, καὶ ὁλοφύχῳ προθέσει. πῖπράσκω πρὸς τὸν πάνσεπτον ναὸν τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου πρωτομάρτυρος καὶ πρωτodiaκόνου στεφάνου, καὶ ἡς σὲ τὸν ἐν αὐτῇ μαῖστορα κυρον γίδον τὰ χωράφια ὅπερ ἐπικρατῶ καὶ δεσπόζω ἐκ πατρικῆς μου κληρονωμίας· ἐν τῇ περιχώρῳ στύλου, καὶ δένδρα ἡμερὰ τε καὶ ἄγρια ὅπερ, καὶ ἡ ἐμὴ μητηρ μοι ἐκατηγεγραφατο, ἐν τῷ πριχῷ συνβύλῳ ὅπερ μοι ἐπήοισεν μετὰ κυρου οὐβου σαβούτου. καθὼς ἡσὶν περιόρισμένα κατὰ μὲν ἀνατωλας τὰ χωράφια τῆς δειλουμένης ἁγίας μωνῆς ἁγίου στεφάνου. τὰ ἅπερ κρατῇ παρα τοῦ ἀγιωτατοῦ ρίγος. ἐκ δύοσεος τοῦ ὁρος τῆς ἀχραντου θεοτοκου καὶ τοῦ ἁγίου νικολαου τῶν σαλτῶν. ἀκτρίῳ δὲ μέρη. ὁ ριάξ τοῦ ἀρέθα. καὶ ἡ διαχώρησης τῶν χωραφίων τοῦ ἁγίου ρίγος καὶ ἀναβένῃ ἡς τοῦ ληθαρῖον τῷ σταυρωτῶν. καὶ ἀποδείδῃ ἡς τοῦ παλατιον. μεσένβρια τοῦ σύνορος τοῦ ἁγίου λεοντίου, καὶ ἀποδήδῃ ἡς τῇ προγραφῇσαν κουλτούραν τοῦ ἁγίου στεφάνου· ταῦτα οὖν τὰ τετραχῶς περιόριστέντα χωράφια. ὅρι δένδρα ἡμερὰ τε καὶ ἄγρια, διὰ τοῦ πολλάκης ἀναγκάσας ὑπο συμμαρτυρίας χρυσήμων ἀνδρῶν, τὸν ἐμὸν ἀδελφον κυρον μίχαηλ τοῦ ἀγωράσαι αὐτὰ καὶ οὐδ' ὠλο θελήσας. πέπρακα αὐτά. πρὸς τὸν δειλωθέντα ἀγιωτατον ναὸν τοῦ ἁγίου στεφάνου τοῦ ὁρους, καὶ ἡς τὸν ἐν αὐτῇ μαῖστορα κυρον γίδον, διὰ χρυσὸν ταρία πεντακῶσια. τοῦ ἔχῃν αὐτὰ ἡ θῆα μωνῆ. ἀπαρτι καὶ ἡς τοῦ διηνεκῆς, ἅπερ ἀπο χειρῶν τοῦ προλεχθέντος μαῖστορος, εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας λαβούσα καὶ παντελῆς πληροθήσα· καὶ μιδὲν ἀποχρεοστούμεν· ἀπόδωκα αὐτὰ τὰ ριθέντα καὶ περιόριστεντα χωράφια καὶ δένδρα. τοῦ ἔχῃν αὐτά ἡ ἁγία μωνῆ. ἡς ἰκῆαν δεσποτίαν καὶ κυριώτητα ἄχρι λήξεος κόσμου, ἡ δὲ κύνῃς ζήτησις ἡ ἀγωγή, γέννητο. παρ' ἰου δῆπῳτε· ἵνα ἡσταμὲ καὶ διέκδικῳ αὐτὰ ἐκ παντός ἐναντιουμένου πρσώπου, ἡ δὲ παρ' ἐμὸν τοῦτῳ γένῃτο ὅπερ. οὐκ ἡγοῦμε ποιήσαι· ἵνα ζημιούμῃ ἐν τοῦ δεσποτικῷ σαγγελῶ χρυσὸν ὀγκῆς ἑκατὸν· καὶ πρὸς τὸν πάνσεπτον ναὸν, δηπλην τῇ ἀποτήμῳσιν, καὶ ἡθ' οὕτω στεργεῖν. καὶ ἐμμένειν τῇ παρ' ἐμου γεναμένην καθαραν πρᾶσιν στεργῶς. κυριμένην καὶ ἀπαρασάλευτον μέχρι τερματον αἰῶνων ἡτῆς

propinqui, heredes et coheredes (*inferre possint*), nulla omnino necessitate, vel vi, vel dolo, vel fraude, vel deceptione, vel mala fide, vel causa a lege vetita, omni potius alacritate, et totius animi proposito vendo venerabili templo sancti et gloriosi Protomartyris et Protodiaconi Stephani, et tibi ipsius magistro domino Gido, praedia quae habeo et possideo ex paterna mea hereditate in pertinentiis Styli, et arbores fructiferas et silvestres, quaeque mater mea mihi assignavit tabulis nuptialibus conditis pro me nubente domino Hugoni Sabuto; ea vero hos inter fines continentur: ab oriente exstant praedia antedicti venerabilis monasterii S. Stephani ei donata a sanctissimo rege; ab occidente nemus Immaculatae Deiparae et S. Nicolai de Nemore; a septentrione rivus Aretha, et partitio praediorum sancti regis, et ascendit usque ad crucem lapideam, et pervenit ad Palatium; a meridie fines S. Leontii, et pervenit ad praedictam culturam S. Stephani. Haec igitur quadrifariam circumscripta praedia, nemora, arbores fructiferas et silvestres, quae ad emenda saepenumero meum fratrem dominum Michaelem hortata sum coram probis testibus, ipse vero prorsus noluit, vendo dicto venerabili monasterio S. Stephani de Nemore, et ipsius magistro domino Gido tarenis aureis quingentis, ut ea habeat divinum monasterium amodo et in perpetuum; quos cum acceperim in meas manus a praedicto magistro, et omnino mihi satisfactum fuerit, nec quidquam persolvendum supersit, tradidi memorata praedia suis descripta finibus, et arbores, ut ipsa possideat sanctum monasterium in propriam potestatem et dominium usque ad finem mundi. Sin turbatio, quaestio, vel actio a quovis aliquando homine exoriat, antestabo, et res divenditas defendam adversus omnes eos qui contrarium fecerint. Si vero a me id fiat, quod fore non arbitror, multabor regio Fisco aureis unciiis centum, et vene-

και εγραφη ἐπὶ τῆς εὐσεβούς βασιλείας γουλιελμου του ὑπερλαμπρου καὶ θεωσεύτου μεγάλου ριγός. και αυθεντου ημων, χειρὶ μαλείνου ευτελους νοταριου ο τω επινίον πρωτοσπαθαριου κατ επιτρωπῆς πρεσβυτερου ιωαννου και. πρωτοπαπᾶ του κεντουκλά και ταβουλαριου πόλεος ἀγίας σευειρηνης και αὐτῇ ἡ πράσῃς ἐπιθήθη. ἥς την ριδήσαν χωραν. διὰ το μι δυναμένην την ἀρχωντήσσαν ἀπελθεῖν. ἐν ᾧ και τα χωράφια υπαρχει μνηὶ μαρτυιω ηνδικτιωνι β' τοῦ ἔτους ςχιβ' παρουσία μαρτυρων. † πετρος κοντονηκητας μαρτυρ υπεγραφα. † Ego Robertus miles iudex. † λέων κάρφιτζης υπεγραφα. † γαλτεριος καβαλλαριος μαρτυρ υπεγραφα των τίμιον σταυρων. † ἀρχάδιος ευτέλης προτοπαπᾶς στύλου υπεγραφα. † γουλιᾶλμος εὐτελῆς νοταριος. παρα τῆς κυρᾶς ρηγᾶλης παρακληθεῖς τὰ ἀνωτέρω ἐγράψα οἰκία χειρὶ. καὶ μαρτυρω. † γουλιᾶλμος υιος τριστινου καὶ καβαλλάριος στύλου τα ανωτέρω μαρτυρω. † χουῆς καυκλάριος υιος τρηστίνου καβαλλαριου στύλου μαρτυρ υπεγραφα. † ραϊκάλδος τοῦ αγίου γερμάνου μαρτυρ υπεγραφα. † νικόλαος ευτέλης πρεσβυτερος οὔρσουλου υπεγραφα. † ιωαννης στεφανητζης ο κε ανηρ της απεμπουλίσσας τα ανοτέρω επηκηρο. † ιωάννης ο εὐτελεῖς πρεσβύτερος καὶ πρωτοπαπας· ο κεντουκλας. ταβουλαριος ἀγίας· σευειρήνας. εκηρωσε. † ἀρχάδιος εὐτελῆς προτοπαπᾶς καὶ νομικος στύλου ἐκύρωσε.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 83.)

rabili templo duplo pretio, et nihilominus firma deinceps maneat haec a me facta pura venditio, stabilis, roborata et inconcussa usque ad finem seculorum; quae scripta fuit sub religioso regno Gulielmi illustrissimi et piissimi magni regis, et domini nostri, manu Maleini humilis notarii cognomento Protospatharii, ex mandato presbyteri Ioannis Centuclae protopapae et tabularii civitatis Sanctae Severinae. Quae venditio inita est in dicto oppido, quia Domina se conferre non potuit ubi praedia exstant, mense martio, indictione II, anno 6692, coram testibus. † Petrus Contoniceta testis subscripsi. † Leo Carfitza subscripsi. † Gualterius Caballarius testis subscripsi honorabilem crucem. † Arcadius humilis protopapa Styli subscripsi. † Gulielmus humilis notarius a domina Regalia rogatus superiora scripsi propria manu et testor. † Gulielmus filius Tristini et Caballarius Styli superscripta testor. † Hugo Basilius Caballarius filius Tristini Caballarii Styli testis subscripsi. † Rainaldus de Sancto Germano testis subscripsi. † Nicolaus humilis presbyter Ursuli subscripsi. † Ioannes Stephanitza vir venditricis superscripta roboro. † Ioannes Centucla humilis presbyter et protopapa tabularius Sanctae Severinae roboravit. † Arcadius humilis protopapa et tabellio Styli confirmavit.

## CCXIX.

1184 — Mense Aprili — Indict. II — Panormi.

*Ioseph filius presbyteri Basilii et Maria eius uxor vendunt Basilio Romaeo praedium situm in suburbio Panormi, in loco dicto Pelegrino, tarenis octo et quinquaginta.*

† σίγιον χειρὸς μαρίας γυνῆς κυροῦ ιωσήφ υιοῦ βασιλείου ἱερέως. † σίγιον χειρὸς ιωσήφ υιοῦ βασιλείου ἱερέως.

† ἡμεῖς οἱ ὁμοζυγοὶ ιωσήφ ὁ χεννέτης καὶ μαρία. οἱ ἀνωτέρω προγραφέντες· ὁμολογοῦμεν· ὡς ὅτι μετὰ παντός καλοῦ θελήματος πεπράκαμεν πρὸς σὲ βασιλεῖον υἱὸν στεφάνου ῥωμαίου τὸ ἡμέτερον ἀργὸν χωράφιον τὸ ἐν τοῖς προαστείοις πόλεως πανόρμου εἰς τὴν τοποθεσίαν τοῦ πελεग्रίνου διὰ ταῖα πεντικοντα ὀκτῶ κοκκου ᾶ καὶ ἀπεδωκαμέν σοι τὸ ῥηθὲν χωρά-

† Signum manus Mariae uxoris domini Iosephi filii presbyteri Basilii. † Signum manus Iosephi filii presbyteri Basilii.

† Nos superscripti coniuges Ioseph Chennetes et Maria declaramus omni prorsus bona voluntate vendidisse tibi Basilio Stephani Romaei filio praedium nostrum incultum in civitatis Panormi suburbio positum, in loco dicto Pelegrino, tarenis octo et quinquaginta grani unius, tibi que dedisse dictum praedium cum omnibus eius iuribus, comprehensionibus

Φιον συν πᾶσι αὐτοῦ δικαιώμασι καὶ περὶ οὐχὶ πασαις καὶ διακρατήμασι τοῦ ποιῆν σέ ἐξ αὐτοῦ εἴ τι βούληται σὺ καὶ οἱ κληρονόμοι σου. καὶ ὅπουδ' αὐτὸ μέλλῃς κατάλυσιπαινεῖν. καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ κληρονόμοι ἡμῶν δεκόμενοι σοὶ αὐτὸ ἀπὸ παντὸς προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου· εἰ δ' οὐχὶ διπλασμέν σοὶ τὰ πεντήκοντα ὀκτὼ ταρτά· καὶ τὰς βελτιώσεις αὐτοῦ· πρὸς δὲ τὸ διμοσίον νομισματα λς', εἴτα ἐρῶσθαι τὸ παρὸν ἔγγραφο· περιωρίζεται δὲ τὸ προρηθὲν ὅλον χωράφιον οὕτως, κατὰ μὲν ἀνατολὰς φθάνει ἕως τοῦ βουνοῦ πελεγγήνου. καὶ ἐκ δυσμᾶς μέχρι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπιφερούσης εἰς τὸ μαρσιτουλον. καὶ τὸ νοτιον μέρος ἀχρι ἀμπέλου αὐδεσσεῖτ' τράυλις· τὸ βόριον ἡ φυτεία ῥιγκάρδου πελεκανοῦ καὶ συνκλύει. πρὸς γὰρ πίστωσιν καὶ βεβαῖαν ἀσφάλειαν ἐπισημαίν σοὶ τὸ παρὸν ἔγγραφο μηνὶ ὀκτωβρίῳ μᾶλλον δὲ ἀπριλίῳ ἰνδικτιωνί γ' ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ κραταίου ἡμῶν αὐθέντου γουλιέλμου μεγάλου ρηγός, χειρὶ ἰωάννου ἱερέως καὶ ταβουλαρίου πολέως πανόρμου προτροπῇ τοῦ ἱερωτάτου πρωτοπαπᾶ πολέως πανόρμου. κυροῦ κωνσταντίνου. μηνὶ ἀπριλίῳ τῆς ἰνδικτιωνος β' τῷ ςχλβ' ἔτει.

† ἀνδελμιαῆχ υἱὸς μαρτίνου πισανου μαρτυρ. † σολωμόν υἱὸς αὐραμίου μαρτυρ υπεγραψα. † νικέλαος υἱὸς θεωδώρου μαρτυρ υπεγραψα. † ρογερῖος υἱὸς γουλιέλμου μαλτζεπελ μαρτυρ υπεγραψα. † γεώργιος υἱὸς πρεσβυτέρου ρογερῖου μαρτυρ υπεγραψα. † ἀναστάς υἱὸς μαῖστορος λέοντος μαρτυρ υπεγραψα.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 84.)

et pertinentiis, ut tu tuique heredes faciat de eo quidquid volueritis, atque ipsum quancumque relinquere possitis. Nos autem nostrique heredes eius possessionem tibi asseremus adversus quamlibet personam extraneam et propinquam. Secus vero in duplum solvemus tibi (*antedictos*) tarenos octo et quinquaginta et expensas, quas pertuleris pro meliorationibus, ac Fisco numismata sex et triginta; et firmum deinceps remaneat praesens instrumentum. Fines autem totius praedicti praedii sunt hi: ab oriente pervenit usque ad collem Pelegrini; ab occidente usque ad viam, quae ducit ad Marsitulum; a meridie usque ad vineam Abdesseit Traulis; a septentrione extat plantatio Riccardi Pelecani, et clauditur. Et ad fidem ac firmam securitatem fecimus tibi hanc chartulam mense octobri, vel potius aprili, indictione III, regnante invicto domino nostro Guilielmo magno rege, scriptam manu Ioannis sacerdotis et tabularii civitatis Panormi, ex mandato sanctissimi protopapae civitatis Panormi domini Constantini, mense aprili, indictione II, anno 6692.

† Abdelmiaich filius Martini Pisani testis. † Salomon filius Abraham testis subscripsi. † Nicolaus filius Theodori testis subscripsi. † Rogerius filius Gulielmi Maltzepel testis subscripsi. † Georgius filius presbyteri Rogerii testis subscripsi. † Anastasius filius magistri Leonis testis subscripsi.

## CCXX.

1184 — Mense Augusto — Indict. II.

*Ranaldus Capellanus S. Leontii in permutationem a Philippo accipit vineam, eique tradit duplum vineae Rositi positae.*

† τον αὐγουστον μηνᾶ τῆς ἰνδικτιωνος β'. ἀνταλλάξαν κυρὸς ρανάλδως καὶ καπελάνας τοῦ ἀγίου λεοντίου, ἀντάξαν τῷ ἀνπελῆν τοῦ Φηληππου, τὸ ἀπαιρ ἔχῃ αἰγῖς τοῦ πρεσβυτέρου θεωδώρου, καὶ ἔγγυς τῆς ἐμφητῆας τῷ ἀπαιρ ἔχοι ἀγῶραν· ἐκ τον κυρον παίτρον τῶν υἱόν τοῦ χριστοιωάννου καὶ ἔδωσαν του ἥς το ρουσίτον τοῦ. διπλοῦν τῷ ἀπαιρ

† Mense augusto, indictione II. Ego dominus Ranaldus capellanus S. Leontii in permutationem accepi a Philippo vineam, quam ipse habet prope presbyterum Theodorum, et prope plantationem, quamque emit a domino Petro filio Chrysoioannis, eique tradidi duplum vineae Rositi positae, quam possidebat presbyter Petrus, nec non alteram (vi-

ἐκράτειν ὁ πρεσβύτερος πέτρος· καὶ το αλλον ἕτερον·  
ἔδωσαν τουτο· καὶ ἔδωσεν μοῦ τας ἑκας καλτσας τα-  
ρια ιβ'. καὶ ἔαν ποτε καιρό οἱ χρονο φανη τῆς ἐναντιόν-  
οντος· ἐκ ταυτην τὴν ἀνταλλαγὴν ἦγα μελλει στρα-  
φὴν ἡς τω αὐτο ἀπαιλλιον. καὶ τα μερδενδρηα τὰ  
ἀπαὶρ ἔκρατει ὁ πρεσβύτερος παίτρος· ὁμῶς ἡγα τα  
κράτει καὶ ὁ φηλλιππος· καὶ ἦγα τελή ἡς τὴν ἀγίαν  
τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν· κατενηαῦτον ταρια. δ'. τοῦτο  
δὲ ἐποίησεν κατενοποι αἰδιοῖστων μαρτυρων μαστρο  
νασιλειος νουταμος μαρτυρ φογέρης ἀδελφος. αλεξαν-  
δρου μαρτυρ· κοσταντινος σκουταρος μαρτυρ νικύλαος  
πετραλητης μαρτυρ αρκουδιοις λαγοῦναρδος μαρτυρ  
† νασιλειος ρουσατος μαρτυρ † γερασμος μαρτυρ ε-  
γραφη χηρι ἔμου παπα πετρου· του φρακοπετρου  
ετους ςχλβ' ινδικτιωνος β'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani—n.º 85.)

neam). Has (vineas) tradidi, ac (Philippus) dedit mihi  
calceos meos, et tarenos duodecim. Si vero aliqua  
occasione vel tempore quis apparuerit qui huic per-  
mutationi adversetur, restituat eisdem vineis (quidquid  
inde abstulerit). Et arbores fructiferas, quas possi-  
debat presbyter Petrus, similiter possideat Philippus,  
et solvat quotannis sanctae Dei ecclesiae tarenos qua-  
tuor. Scriptum coram testibus fide dignis. Magister  
Basilius Butamus testis. Rogerius frater Alexandri  
testis. Constantinus Scutarus testis. Nicolaus Petra-  
letus testis. Arcudius Langobardus testis. † Basilius  
Rusatus testis. † Gerasimus testis. Scriptum est  
manu mei presbyteri Petri de Francopetro, anno  
6692, indictione II.

## CCXXI.

1185 — Mense Octobri — Indict. IV.

*Sicligaita filia presbyteri Andreae declarat se quotannis solvere debere ecclesiae S. Phantini denarium unum propter vineam sibi ab eius viro donatam, quae post eiusdem Sicligaitae obitum memoratae ecclesiae adiudicanda erat.*

† σύγγον χηρος παρ ἐμου σιγλιγαῖτα γνισια θυ-  
γαττηρ του πρεσβυτερου ανδρεου.

† Εν ονοματι του πατρος καὶ του υἱοῦ καὶ του  
ἀγίου πνεύματος, καγῶ ἡ προγεγραμμενη συκλιγαί-  
τας ὁ τον συγγον του τιμιου καὶ ζωοποιου σταυρου  
ἰκὴ μου χηρι ποιησας τὸ δὲ ὕφος ὑπο του νοταριου  
ὑπόγράφας, φένωμαι προς σὲ τον κίρι γουλιαλμόν  
οἰκονομον της ἀγίας ἐκκλησίας του ἀγίου φαντι-  
νου· στέργον κατα χρόνον δηναριον α'. ἄχρι βιου ζωης  
μου, δια το ἀμπέλιον τὸ ἀπερ μοι ἐκατέλειπεν ὁ ἕμος  
αὐτῆς εἰς θεορεθρον, καὶ τουτον το ἀμπέλιον ου δυ-  
ναμαι κρατῆσαι πλέον εἰ μὴ εἰς τὴν ζωὴν μου, καὶ  
ἔπιτα ἵνα ἔστιν της ἐκκλησίας του αἱγιου φαντινου·  
καὶ τουτο τὸ δηναριον ἵνα δώσω εἰς τὴν εορτὴν του  
αἱγιου φαντινου· καὶ ἐαν οὐ θελω δῶσαι αὐτο, ἵνα  
ἔχει ἐξουσιαν ἡ ἐκκλησία του ἐξεῶσαι με ἐξ αὐτῆς·  
ἐγραφη τη ἐμοὶ χηρι νικολαου νοταριου ἄστος κηρ-  
κληριου κατ ἐπιτροπῆς του ταβουλαριου ἐν μηνι ο-  
κτωβριω ετους ςχλδ' ινδικτιωνος δ'.

† Signum manus mei Sicligaitae legitimae filiae  
presbyteri Andreae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Ego suprascripta Sicligaita, quae signum sanctae et  
vivificae crucis propria mea manu exaravi, reliquam  
vero nominis scripturam manu notarii, declaro me  
solvere debere tibi domino Gulielmo oeconomio ve-  
nerabilis ecclesiae S. Phantini in singulos annos,  
quandiu vixero, denarium unum, propter vineam  
quam mihi reliquit meus vir ex donatione post  
nuptias, nec ipsam possidere possum nisi ad vitam,  
et deinceps tribuenda est ecclesiae S. Phantini. Prae-  
dictum autem denarium solvere debeo in die festo  
S. Phantini. Quod si solvere noluerim, potestatem  
habeat ecclesia me ex ea eiiciendi. Scriptum manu  
mea notarii Nicolai civitatis Circlarii de mandato  
tabularii, mense octobri, anno 6694, indictione IV.

† ρογέριος ρουσίτου μάρτυρ υπεγραφα δια του σταυρου.

† μαιστωρ κοσμάς μάρτυρ υπεγραφα δια του σταυρου.

† ego bartolomeo postela testis sum.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 79.)

† Rogerius de Rusito testis per crucem subscripsi.

† Magister Cosmas testis per crucem subscripsi.

## CCXXII.

1186 — Mense Decembri — Indict. V.

*Constantinus filius presbyteri Michaelis eiusque filius Simeon donant presbytero Martino partem praedii in agro Orgioli positi, reliquam vero partem eidem Martino vendunt ducatis sex.*

σιγνον † χειρὸς κώνσταντινου υἱοῦ τοῦ πρεσβυτερου μιχαήλ.

σίγνον † χειρὸς σιμεὼν υἱοῦ τοῦ προρηθέντος μιχαήλ.

Εν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ προγεγραμμένοι ἡμεῖς ἀδελφοὶ οἱ τὸν σίγνον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιῶν σταυροῦ ἄνευ τῶν ἡμῶν ὀνομάτων οἰκείαις χερσὶ προτάξαντες πῶς ἀσχομεν ὁμοφρόνως καὶ ἀμφιεροῦμεν οὐκ ἔκ τινος βίας, ἢ ἀνάγκης ἀλλ' ἔκ τῆς ἰδίας ἡμῶν θελήσεως καὶ προαιρέσεως πρὸς σὲ τὸν πρεσβύτερον μαρτίνον τὸν υἱὸν τοῦ ἱερέως νικολάου χωράφιον εἰς τὴν διακρίτησιν οργιόλου· καὶ εἰς τὴν τοποθεσίαν τοῦ περδίου τοῦ ὃν ἡμῖν ἔκ πατρικῆς κληρονομίας· καὶ μέρος μὲν αὐτοῦ τοῦ χωραφίου ἀμφιεροῦμεν σοὶ δι' ἀφέσεως τῶν τοῦ ἡμετέρου πατρὸς ἀγνοημάτων ὅπως διὰ τῆς πρὸς θεὸν ἐντεύξεώς σου, ἰλασμόν παρὰ θεοῦ τύχη ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. μέρος δὲ αὐτοῦ πωλοῦμεν εἰς τιμὴν στοιχηθεῖσαν ἀνταμεταξὺ ἡμῶν δακάτα ζ'. ἅτινα ἀπὸ τῶν χειρῶν σου εἰς τὰς ἡμῶν δεξιὰς ἐξουσίαν σοὶ ἀφαίρετον καὶ παρησίαν ἐγχυρήζομεν πωλεῖν εἰ βούληθαι δωρεῖσθαι ἀντικαταλλάττειν· γράφειν προῖξιν κληρονομίαις σου ἰδίαις καὶ διαδόχοις καταλιπεῖν· καὶ πᾶν ἄλλο εἰς αὐτὸ ἀνύειν ὅς τὸ δεδογμένον σοὶ· σὺν ὅρα δὲ τοῦ εἰρημένου χωραφίου ταῦτα. ἐξ ανατολῶν ἡμεῖς οἱ πωλοῦντες· ἔκ δυσμῶν χωράφιον τοῦ ρηγός· ἔκ βορρᾶς οἱ κληρονόμοι βασιλείου βατάτου· ἔκ νότου τὸ χεῖμαρρον τὸ κατερχόμενον ἀπὸ τοῦ λούμπουλου· κλύει δὲ οὕτως. οὕτως οὖν ἀπὸ σήμερον τὸ δηλωθὲν χωράφιον ἀμφιεροῦντες καὶ διαπράσαντες σοὶ καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις εἴπερ ὁψέ-

† Signum manus Constantini filii presbyteri Michaelis.

† Signum manus Simeonis filii praedicti Michaelis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti fratres, qui signum venerandae et vivificae crucis, exceptis nostris nominibus, propria manu suprascripsimus, de communi consensu, nulla omnino vi aut necessitate compulsi, sed de propria voluntate et deliberatione vendimus et concedimus tibi Martino presbytero filio presbyteri Nicolai terram, quam de paterna hereditate habemus in pertinentia Orgioli in loco ubi dicitur Perditus. Ac huius quidem terrae partem unam tibi offerimus pro remissione peccatorum nostri genitoris, ut tuis ad Deum precibus misericordiam a Deo obtineat in die iudicii; alteram vero partem tibi vendimus pretio inter nos convento ducatorum sex, quos quum de tuis in nostras manus receperimus, potestatem et auctoritatem irrevocabilem tibi tradimus vendendi, si tibi placuerit, donandi, permittendi, in tabulis dotalibus scribendi, tuis heredibus ac successoribus relinquendi, et quidvis de ea pro tuo arbitrio faciendi. Sunt vero eiusdem terrae fines huiusmodi: ad orientem nos ipsi venditores; ad occidentem terra Regis; ad septentrionem heredes Basilii Batati; ad meridiem torrens, qui descendit de Luppulo; atque ita clauditur. Cum itaque hoc pacto a praesenti die praedictam terram donaverimus ac vendiderimus tibi tuisque heredibus, si temporis progressu poenitentia ducti aliquam excu-

ποτε κατά τινα μηχαίνῃ ἢ πρόφασιν μεταμελοῦμε-  
νοι ἀφελεῖν ἀπὸ σοῦ ἢ τῶν σῶν κληρονόμων σπου-  
δάσμεν καὶ οὐχὶ μάλιστα διεκδικῆσαι αὐτὸ ἀπὸ  
παντὸς ἀνθρώπου σπουδάσμεν ἵνα παντὶ τῷ μερεῖ  
σου τὸ διπλοῦν ἀποτίσωμεν. καὶ τὴν βελτίωσιν καὶ  
τῷ δημοσίῳ νομίσματα βηγάτα λς'. καὶ δια τὴν πα-  
ράβασιν τοῦ σταυροῦ τὴν ἀρὰν ὑπομένομεν τοῦ Θεοῦ  
καὶ τῆς πάναρχάντου αὐτοῦ μητρὸς. Φιλᾶττοντες  
καὶ μετὰ ταῦτα τὴν παρούσαν ἀμφιέρωσιν καὶ πράσιν  
ὀχυρὰν εἰς αἰεὶ ἥτις ἐγράφη ἀξιῶσει ἡμῶν. Χειρὶ Φι-  
λίππου ταραντινοῦ καὶ γραμματικοῦ καὶ παρακλήσει  
τοῦ νοταρίου δαβὶδ μηνι δεκεμβρίῳ ἰνδικτιωνος ε'.  
ἔτους ςχλξ' παρουσία μαρτύρων.

† λέων τῆς δόναβελλας. †

† निकολαος τοῦ βαβιδίου υπεγραφα μαρτυρων δικ-  
τοῦ σταυρου.

† ego iohannes russellus iudex testis sum.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 80.)

sationem, aut praetextum obtendamus eandem abs-  
te aut a tuis heredibus repetendi, nec potius vin-  
dicare conemur ab omni contraria persona, omni  
tuae parti duplum pretii poenae nomine solvere de-  
beamus, et meliorationem, et Fisco solidos rega-  
les sex et triginta, ac propter praevaricationem  
crucis maledictionem subeamus Dei, eiusque puris-  
simae Matris; atque nihilominus ratum omni tem-  
pore habebimus praesentis donationis et venditio-  
nis instrumentum, quod rogatu nostro scriptum  
est manu Davidis Tarentini grammatici ad requi-  
sitionem Philippi notarii, mense decembri, indictio-  
ne V, anno 6695, praesentibus testibus.

† Leo de Donnabella.

† Nicolaus de Rabioso testis per crucem sub-  
scripsi.

## CCXXIII.

1187 — Mense Iunio — Indict. V.

*Irene vidua Nicolai Magni cum filiis Rogerio et Maria eiusque genero Martino Cotta vendit monasterio  
S. Phantini praedium positum in agro Circlarii, loco dicto Petrosa, aureo numismate uno.*

† σίγνον χειρὸς ἡρίνη ἡ ποτε γυτή τοῦ ἀπὶ χαμ-  
νου νοταρίου νικολαου του μεγαλου.

† σίγνον χειρὸς ρογερίου υἱου αὐτῆς.

† σίγνον χειρὸς μαρτίνου κόττα γαμβρου αὐτῆς.

† σίγνον χειρὸς μαρία θυγατερα αὐτῆς.

† Ἐν ὀνοματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ  
αγίου πνεύματος. οἱ μὲν οἱ προγεγραμμένοι. οἱ τὰ σύ-  
γνα τοῦς τιμίους καὶ ζωόποιους σταυροὺς οἰκείας ἡμῶν  
χερσὶν ποιῆσαντες, τῷ δὲ ὅλῳ ὕψος διὰ χειρὸς τοῦ  
νοταρίου προτάξας. τὴν παρούσαν ἐγγράφον καθαρὰν  
καὶ τέλειαν διάπρασιν, τοιῶνδε καὶ ποιῶμεν ἐκου-  
σια ἡμῶν γνώμη καὶ αὐθερέτῳ βουλή ἐκτος βείας  
ἀνάγκης καὶ παντὸς ἀπειγομένου τροπου. εἰς σὲ  
τὸν εὐλαβέστατον προέσδωτα τοῦ αγίου φαντίνου.  
καὶ οἱ μετὰ σὲ μέλλοντες εἰς τὴν τηαύτη ἐκκλη-  
σια, δι' ἧς ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτῃ ὁμολογοῦμεν ἀ-  
πεντεύθεν, ἥδ' ἐπιπράσσειν καὶ ἀποταξάσθαι σοι.  
κατὰ τέλειαν νικήτην καὶ δεσποτείαν δικαίου χωραφίον  
εἰς τὴν ὑποδασιν τοῦ κηκλαρίου εἰς τόπον λέγωμε-

† Signum manus Irenes uxoris quondam Nico-  
lai Magni.

† Signum manus Rogerii eius filii.

† Signum manus Martini Cottae eius generi.

† Signum manus Mariae eius filiae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Nos suprascripti, qui signa venerandae et vivificae  
crucis propriis manibus effinximus, totam vero no-  
minis scripturam manu notarii confecimus, de pro-  
pria nostra sententia et libera voluntate, nulla vi  
aut necessitate compulsi, nec ullo alio modo vetito,  
condimus et facimus tibi piissimo praefecto mo-  
nasterii S. Phantini, et iis, qui post te eidem ec-  
clesiae pro tempore praeerunt, praesens purae et  
absolutae venditionis instrumentum, quo in veritate  
et iustitia declaramus a praesenti hora iam vendere  
et cedere tibi iure pleni et perfecti dominii ac po-  
testatis praedium, quod de paterna hereditate reli-  
quit nobis Rogerius et Maria soror mea, situm in



νων τῆς πετρῶτας, τὸ ὅπερ ἡμῖν ρογερῖος καὶ μαρία, ἡ ἐμῇ ἀδελφῇ πατρως μου κληρονομίας σύνροϋντος δὲ τὸ τοιοῦτου χωραφίον, ἀπο ἀνατολάς. τὸ χωραφίον τοῦ πρεσβυτέρου λέοντος φέρφῃ. καὶ τὸ χωραφίον τοῦ αἰγίου φαντινίου. δυσικὸν τὸ χωραφίον τοῦ ρικκάρδου υἱος ρικκάρδου. ἄρκτρον τὸ χωραφίον τοῦ αἰγίου φαντινίου, το ὅπερ ἡγῶρασεν παρα λέοντος κοῦρ-τζικῆλλα· μεσῶμβριας. τὸ χωραφίον τοῦ πέτρου ἀσπραμάνου. τοῦτο τετραχως περιορισθὲν χωραφίον πεπράκαμεν εἰς σέ τὸν προρεϊτεντα προσεσθῶτα κυρ γουλιέλμον. εἰς τῆμιν τῇν ἀναμεταξὺ συμφωνηθῆσαν καὶ ἀρεσθῆσαν εἰς χρυσου νομισμᾶ ἐν, ὃ ἀπελαβῶν ἀπο τας σᾶς χεῖρας εἰς τας ἡμετέρας, καὶ εὐθέως πεποιήκαμέν σοι τὸ παρὼν τῆς διάπρασεως, τοῦ ἐχῆν σε δὲ τὸ τοιοῦτον χωραφίον σύ. καὶ οἱ μετὰ σέ μέλλουν ελθεῖν. ἐξουσιαν· πούλην· χαρίζειν ἀνταλλαττεῖν καὶ παντὰ πρᾶττειν ἐξ αὐτῶν αὐθεντως καὶ κυρίως, ὥσα οἱ θῆοι καὶ οἱ φιλευσεβοῖς νόμοι διακελεύουσιν· καὶ μὴ ἔστω ὁ παρενοχλῶν σέ μήτε ἡμεῖς. μήτε. ἐκ τῶν ἡμῶν κληρονόμων. ἡ ἑτέρου ξένου προσώπου. ἐὰν δὲ φανῇ ποτε κερῶ εἰ χρόνω. καὶ ζήτησιν κοῖνησιν ἡ ἀγωγήν ὀφείλη ποιεῖν ὑπερ τα τσιαυτα εἰς τὴν ευαγεστάτην ἐκκλησία, σχῇ τὸ ἀναθεμα τῶν τιῇ ἀγίων θεοφόρων πατέρων καὶ ὑπὲρ παραβασίας τοῦς τιμίους καὶ ζωοποιους σταυροὺς ζημιωθῶμεν εἰς τὸ δημοσίον νομισματα ἰβ'. καὶ εἰς σέ τὸν προάγωρασθεντα το τῆμῃμα εἰς το δηπλοῦν· καὶ εἰδ οὕτως διόμενέτω εἰς σέ ἡ τοιαύτη κἀθαρά καὶ τελεῖα διάπρασις στερεὰ βεβαία καὶ ἀπαρασαλευτος· διὰ τὸ οὕτως ἡμᾶς ἀρεσθῆναι· γραφὲν χειρὶ λέοντος νοταρίου ὁ ἀπο τῆς πολεως καλυβραρου δι ἐπίτροπης νίκολαου διακῶνцу καὶ ταβουλαριου ἀστεως κηρχλαριου μῆνι ιουνιω ἰν-δικτιωνι ε' τοῦ ετους ςχλῆ'. παρουσία τῶν ἀξιοπίστων μαρτυρων.

† σαμφρέδος κριτῆς χωρας κηρχλαριου μαρτυρ ὑπο τοῦ σταυρου.

† ρογερῖος τᾶβούτος μαρτυρ ὑπέγραψα δια τοῦ σταυρου.

† Ego Rogerius filius Rogerii testi sum.

† ἀλέξανδρος φαβάτζαι μαρτυρ ὑπέγραψα δια τοῦ σταυρου.

† ἰωαννης υἱος τοῦ πρεσβυτέρου ούβου μαρτυρ ὑπέγραψα οικεία χηρῇ.

pertinentiis Circlarii in loco dicto Petrosa. Fines autem eiusdem praedii sunt : ad orientem praedium presbyteri Leonis Ferfi, et praedium S. Phantini; ad occidentem praedium Riccardi filii Riccardi; ad septentrionem praedium S. Phantini, quod emit a Leone Curtzicella; ad meridiem praedium Petri Aspramani. Antedictum praedium quatuor his finibus conclusum vendidimus tibi memorato praefecto domino Gulielmo pretio inter nos pacto convento unius numismatis aurei, quod a tuis in nostras manus recepimus, et statim tibi fecimus praesens venditionis instrumentum, ut tu et qui post te venturi sunt idem praedium possideatis cum facultate vendendi, donandi, permutandi, et omnia de eo faciendi perfecto iure et dominio, quae divinae et sacrae leges permittunt, nec sit qui molestiam tibi adferat, nec nos, nec quisquam ex nostris heredibus, aut aliqua extranea persona. Quod si quis unquam apparuerit, quaestionem, litem aut controversiam super huiusmodi praedio sanctissimae ecclesiae inferre proponens, maledictus sit a tercentis octo et decem sanctis divinisque Patribus, et ob praevericationem venerandae et vivificae crucis solvere teneatur Fisco poenae nomine solidos duodecim, et tibi emptori duplum pretii; et nihilominus haec pura et perfecta venditio remaneat tibi rata, firma et immutabilis, quoniam ita nobis placuit. Scriptum manu Leonis notarii civitatis Colubrarii ex mandato Nicolai diaconi et tabularii civitatis Circlarii, mense iunio, indictione V, anno 6695, praesentibus fide dignis testibus.

† Sanfredus iudex civitatis Circlarii testis per crucem.

† Rogerius Tabutus testis subscripsi per crucem.

† Alexander Fabatza testis subscripsi per crucem.

† Ioannes filius presbyteri Hugonis testis propria manu subscripsi.

1187 — Indict. V.

*Irene vidua filii Petri de Leta hortulum donat notario Michaeli eius nepoti.*

† σιγνον χηρος ὕρινης γινῆς τοῦ ἀπάρχουμένου υἱοῦ πετρου τῆς λέτας· φερόμε καγὸ ἱρήνη ὃ τῶν τιμιον· καὶ ζῶωποιων σταύρων· ἰκία μου χίροϊ χάράξας χάριζόντα· το ἐμῶν κίποῦρῖεν συν τῶν ἡμεροδαινδριῶν· οὐσῶν καὶ ὧν ἐστὶν συν τοῦ σπιτιοῦ καὶ προαύλιῶν· καὶ ὃ τί δ' ἂν ὁ τόπος ἐχὶ σὶν τῆς ἡμετέρας βουλής καὶ τῶν ἐμῶν τεκνῶν· δоруμην τουτο πρὸς σὲ τῶν ἐμῶν ἐξαδελφον νοταριον μίχαϊλ διὰ τας πλίστας εὐεργησίᾳς, καὶ τιμᾶς· καὶ σκαίπτην· ἵν' ἐχόμεν διὰ σὲ μάλλων καὶ ἐδῶσῃς μᾶς ἀρτηρίαν λαγίνας β'· καὶ ἐλαδου λαγίνας καὶ α' τარიον· παλιν δὲ καγὸ ὕ προγραφεῖσα ἱρήνοι· ἀντημνοῖστήν τῆς σῆς χάροιτος· καὶ ἀντιδόρισαν σὲ· τα ἀνοτερα ὡς δοί· καὶ ἀτά περιόριζῶντε κατα μεν ἀνατολας τὸ κίποῦρῖον· συν τῶν ἡμεροδενδριῶν ὡπερ σου ἐδοσε ὡ σος πατήρ· ἡς μίραν σου καὶ δῶσμάς· ὁ κήπος συν τῶν ἡμεροδενδριῶν· ὡπερ ἀγόρασα· ἐκ τῶν ἐμῶν σεγγένη κυρον κόσταν καὶ κατα ἄκτροῦ· ἡ ὁδός· καὶ ὁ κύπος ὡπερ σου ἱλλάγισι· νασίλειος μαλακουργίας καὶ ἐμος ἐξαδελφος κυρος πέτρος μουταρος· καὶ κατὰ μεσιμβρίας το ἑτερον χωραφίον ὡπερ σου ἐκατήλλαξεν ὁ αὐτός νασίλειος σιν του κυρου πετρου· καὶ σὶν κλή σιν παντῶν· ὕ τη δ' ἂν ὁ τόπος κατεχεῖ· ἀπο δὲ την σήμερον ἡμεραν· καὶ ὡραν ἐχὶν σὲ αὐτὸν ἐξουσίαν πούλειν χαρίζην ἀνταλαντι καὶ ὡς προῖκας τεκνῶν καταγραφῆιν· ὡς το κύρος· καὶ τιν ἐξουσίαν ἐλαβον παρὰ τῶν ἐμῶν θίων κυρον πετρον καὶ ἰωαννην· καὶ ἀτά μὴ ἐδορίσατο οὕτω καγὸ δоруμην πρὸς σὲ ἡκήα ἡμῶν βουλή· καὶ θελήσι σιν τον ἡμετερων· ἡθίων καὶ τεκνῶν· του ἐχὶν σὲ αὐτῶν παντα πὶν ἀκολητος, ὡς το κύρος καὶ την ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν ἰληφῶς· καὶ ὡστις ποτε κέρω ἡ χρονω ἐνοχλῖσι· τιν τιαυτην καλοθέλος γεναμένην χαριστήκην δορεῖν ἱ παρα τῶν ἐμῶν ἰθίων ὕ τεκνῶν ἡμῶν το σιν ὅλων σὶν το ἀναθέμα· καὶ τιν ἀχονην του ἰσκαριότου καὶ ἱ μερίς αὐτοῦ μετὰ τῶν κραζοντων ἀρον ἀρον σταυρωσῶν ζήμιουστο ὡπερ παραβάσεος του τιμιου σταυρου νομισμαμα ἰβ' καὶ ἰθ οὕτω στέργειν καὶ ἐμμεῖν· ἱ παρ' ἡμῶν καλοθέλος γεναμένην δορεῖν ἀχρηματιστον ἐόνων ἐν παρουσίᾳ μαρτυρων· † καγὸ βο-

† Signum manus Irenes uxoris demortui filii Petri de Leta. Ego Irene, quae venerabilem et vivificam crucem propria manu exaravi, dono meum hortulum simul cum arboribus fructiferis, quantus et qualis est, cum domo et atriis, et si quid aliud locus continet, mea voluntate meorumque filiorum. Hunc dono tibi notario Michaeli nepoti meo, ob plurima beneficia, honores et praesidium, quae a te accepi, et eo magis quod mihi dedisti frumenti lagenas duas et olei unam, et tarenum unum. Quamobrem ego praedicta Irene ad rependendam liberalitatem tuam tradidi tibi memoratum hortulum, qui ita describitur: ab oriente extat hortulus cum arboribus fructiferis, quem tibi dedit pater tuus pro parte tua; ab occidente hortus cum arboribus fructiferis, quem emi a propinquo meo domino Consta; et a septentrione via et hortus, quem tibi in permutationem tradiderunt Basilius Malacorona, et nepos meus dominus Petrus Mutarus; et a meridie aliud praedium, quod permutationis causa accepisti ab ipso Basilio et domino Petro, atque clauditur cum omnibus quae inibi continentur. Ab hac vero die et hora habeas potestatem vendendi, donandi, permutandi et pro dote filiarum tuarum assignandi cum iisdem iuribus, quibus ipsa accepi a patruis meis domino Petro et Ioanne; nam donationem hanc eodem modo, quo mihi facta fuit, ipsa tibi facio ex mea propria sententia et voluntate cum meis propinquis et filiis, ut omnia sine impedimento facere possis, utpote qui a me dominium et potestatem accepisti. Si quis autem quacumque occasione vel tempore labefactet praesentem sponte conditam gratiosam donationem, sive e meis propinquis, sive e meis filiis in unum, anathema sit, et laqueum Iscariotae nanciscatur, et pars ipsius sit cum iis qui clamaverunt: Tolle, tolle, crucifige, et mulctetur ob violationem honorabilis crucis numismatis duodecim. Verum firma deinceps maneat haec a me bona voluntate facta

νος υιος ατῆς τα ανωτερα στεργω και μαρτυρω. †  
ιωαννης αδελφος αυτου τα ανωτερα στεργω και μαρ-  
τυρω. † νικολας αδελφος αυτων τα ανωτερω στερ-  
γω και μαρτυρω. † κυρος πέτρος μουταρος μαρτυρ.  
† νικολας αδελφος αυτου μαρτυρ. † ιωαννης υιος  
πετρου μουταρου μαρτυρ. † ιωαννης υιος νοταριου  
γουλιελμου μαρτυρ. † ιωαννης υιος βονου μουταρου  
μαρτυρ. † πετρος υιος Φηλιππου μαρτυρ. † ρογι-  
ριος αδελφος αυτου μαρτυρ.

† ἡτις καὶ ἐγραφή χηρι ἐμου πρεσβυτερου γεορ-  
γιου καὶ ταβουλαριου ἐν ἐτει ςχλξ' της ἐνδικτιωνος ε'.

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.º 86.)

donatio usque ad finem seculorum. In praesentia te-  
stium. † Ego Bonus filius Atae praedicta roboro et  
testor. † Ioannes frater eius antedicta roboro et te-  
stor. † Nicolaus frater eius praedicta roboro et  
testor. † Dominus Petrus Mutarus testis. † Nico-  
laus eius frater testis. † Ioannes filius Petri Mutari  
testis. † Ioannes filius notarii Gulielmi testis. †  
Ioannes filius Boni Mutari testis. † Petrus filius  
Philippi testis. † Rogerius eius frater testis.

† Scriptum manu mei Georgii presbyteri et ta-  
bularii anno 6695, indictione V.

## CCXXV.

1188 — Mense Maio — Indict. VI — Oppidi.

*Ioannes de Rhegio magnus Iudex Calabriae coram proceribus eiusdem regionis controversiam obortam de feudo Marescotti inter Ascettinum de Brui et fratres Hodiernae dominae Oppidi dirimit, auditis testibus, atque inspecto diplomate Maximillae Rogerii regis sororis allato in praesenti membrana, et tradit feudi possessionem praedicto Ascettino.*

† Τὸ τοῖς βασιλικοῖς ὑπῆκειν προστάγμασι, λίαν  
εἰσὶν ἀρμόδιον καὶ λυσιτελεῖς, πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις ἄρ-  
χουσί τε καὶ ἀρχομένοις, καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν  
. . . . . πλεον δεῖ γε μᾶλλον ἐπάναγκες, τοῖς τὰς  
δίκας ἐπικρατοῦσι, καὶ ψίφω νομίμω ταύτας διαπε-  
ραιῶσι καθότι καὶ ὁ κραταιὸς καὶ θεοστεφῆς ἡμῶν  
δεσπότης ὁ ῥῆξ ἡμᾶς ἐπετρέψατο ἀριδύλως . . . . .  
Ἐνδὲν τοι ὁ κυρὸς ἀσκητῆνος ὁ τοῦ ἀποικισμένου  
γουλιέλμου δεβρούϊ υἱὸς πρὸς ἡμᾶς τοὺς δικαιοδότας  
καλαυρίας παραγενάμενος, γραφὴν ῥηγικὴν προσέκλι-  
σε, πρὸς τε τὸν εὐγενέστατον ἄρχοντα κυρὸν βαρδο-  
λομαῖον λουτζινόν. . . . . τῆς μαγίδας, καὶ εἰς ἐμὲ  
ιωάννην ῥηγίου· ἐπέτρεπε δὲ ἡμᾶς ἡ ῥηγικὴ πρόστα-  
ξις, ἵνα ἔλθωμεν μέχρι τοῦ ἐπιδίδου, καὶ ἐπιδόσωμεν  
πρὸς τὸν προρηθέντα κυρὸν ἀσκητῆνον τὸ πατρικὸν  
αὐτοῦ Φίον, καυαλλαρίων. . . . . κατὰ συγ-  
κυρίαν κατέλαυε δεσποτικὴ γραφὴ πρὸς τὸν ἐμὸν σύν-  
τροφον κυρὸν βαρδολομαῖον τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὸν πά-  
νομον. ὁ δὲ κυρὸς ῥάος παρὸν οὐχ' ὑπῆρχεν· διὰ δὲ  
τὸ πληρωθῆναι τὸ δεσποτικὸν πρόσταγμα, παρεγε-  
νάμην . . . . . ἐπιτοπίως εἰς τὴν χώραν ὀππίδου·  
μετὰ καὶ ἐτέρων υαρώων καὶ εὐλογίμων ἀνδρῶν·

† Regiis obtemperare mandatis plane congruum  
et utile est omnibus subditis, sive cum imperio  
sint, sive pareant, et sub regia potestate degant;  
multo magis vero id praestare debent qui iudiciis  
praesunt, eademque obeunt sententia legibus consona,  
prout et potens et a Deo coronatus noster dominus  
Rex nobis diserte praecepit. Quapropter dominus  
Ascettinus demortui Gulielmi de Brui filius, cum  
ad nos Calabriae iudices, nobilissimum procerem  
dominum Bartholomaeum Lutzinum. . . . Maidae,  
et me Ioannem de Rhegio accessisset, rescriptum  
regium attulit, quod nos iubebat adire Oppidum,  
et tradere memorato domino Ascettino paternum  
ipsius feudum equitum. . . . . Casu mandatum  
fuit alio regio rescripto, ut meus socius dominus  
Bartholomaeus Panormum proficisceretur; dominus  
vero Rhaus non aderat. Ut autem Regis iussum  
expleretur, accessi. . . . . ad locum in agro Op-  
pidi cum aliis baronibus et spectatissimis viris, no-  
bilissimo procere domino. . . . de Bebalino, et do-  
mino Gulielmo Hieracensi, et domino Hugone Rhe-  
gino, et piissimo episcopo Oppidi, et archidiaconis

τοῦ τε εὐγενοστάτου ἄρχοντος κυροῦ. . . . . τοῦ  
 υεβαλίνου. καὶ κυροῦ γουλιέλμου τοῦ ἱέρακος· καὶ  
 κυροῦ χοῦ τοῦ ῥηγίου· καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπι-  
 σκόπου ὀππίδου· καὶ τοῦ ἀρχidiaκόνου ῥηγίου· καὶ  
 τοῦ ἀρχidiaκόνου μιλήτου. καὶ τοῦ ἀρχidiaκόνου  
 ὀππίδου· καὶ τοῦ πρωτοπαπα σημαίνου· καὶ τοῦ  
 καθηγουμένου μοιῆς ἀγίου Φιλαρίτου· καὶ κυροῦ πέ-  
 τρου τῆς πεντάρτης· καὶ νοταρίου γεωργίου τοῦ ση-  
 μινάου καὶ νοταρίου υασιλείου τοῦ εὐσταθίου· καὶ  
 ἐτέρων πλείστων λελογισμένων καὶ χρησίμων ἀνδρῶν·  
 τούτων οὖν τῶν εἰρημένων ἀρχόντων συνεδριαζόντων  
 μοι, ἐπροσέταξα ἀχθῆναι ἐνώπιον ἡμῶν τοὺς γέρον-  
 τας τῆς αὐτῆς περιχώρου· καὶ λεπτομερῶς αὐτοὺς  
 ἐξερευνήσας ποῖον ἄρα ὑπάρχει τὸ Φίον κυροῦ γου-  
 λιέλμου βρούϊ τοῦ πατρὸς κυροῦ ἀσκητίνου, ἀπε-  
 κρίναντο πρὸς ἡμᾶς συγγνώμην αἰτοῦντες πρὸς ἐαυ-  
 τοὺς ἀπελθεῖν· καὶ κατ' ἰδίαν λεπτομερῶς τὰ τῆς  
 ὑποθέσεως συνδιασκέψασθαι, διὰ τὸ παρεληλυθέναι  
 χρόνους τινάς· ἀπελθόντων οὖν ἐκεῖνων διασκέψαι πρὸς  
 ἀλλήλους τὸν προρηθέντα κυρὸν ἀσκητίνον ἐρευνή-  
 σαμεν· ὅτι εἰπὲ ἡμῖν ὡς σὺ ἀκριυέστερον ἐπίστασε,  
 αἶαν ποιῆς ζήτησιν ἐκ τοῦ πατρικοῦ σου Φίου· ὁ δὲ,  
 σὺν τῷ λόγῳ χαρτίον βαμνίκιον ὑπέδειξεν ἡμῖν, ἔχων  
 σεσημειωμένα κατ' ὄνομα, τὰ τοῦ εἰρημένου Φίου πράγ-  
 ματα, ἅπερ αὐτὸν δηλῶν ἐπροσῆκει· τὸν οὖν χαρτίον  
 ἀναπτύξαντες, ἀνταποκρίναιτες οἱ αὐτάδελφοι τῆς  
 τοῦ ὀππίδου αὐθέντριας κυρᾶς ὀδύριαις. ὃ τε κυρὸς  
 υχιμούνδος. καὶ ὁ κυρὸς ἰωάννης· παρόντος καὶ τοῦ παι-  
 δὸς τοῦ τῆς χώρας ὀππίδου αὐθέντου, μετὰ καὶ τῶν  
 αὐτοῦ ἐξουσιαστῶν, λέγοντες οὕτως· ὅτι αὐτὰ τὰ  
 σεσημειωμένα ὑποδεικνύει ὁ κυρὸς ἀσκητίνος οὐχ ὑ-  
 πάρχουσιν ἅπαντα ἐκ τὰ τοῦ τοιούτου Φίου, ἀλλ'  
 ἐν μέρη τινὰ ἐξ αὐτῶν· ἔφημεν δὲ ἡμεῖς πρὸς αὐτούς·  
 καὶ ποῖα εἰσὶν ἀληθῆς τὰ πρὸς αὐτὸν ἀνήκοντα. οἱ  
 δὲ, ἐπεξήτησαν ἡμῖν εἰς διάσκεψιν τὸν σεσημειωμένον  
 χαρτίον ὅπερ ἔδεικνυν ὁ κυρὸς ἀσκητίνος, διὰ τὸ  
 ἀνιστορίσαι παριδίως λεπτομερῶς, τὸ τί πρὸς αὐτὸν  
 ἐκ τὸ Φίον διαφέρει. καὶ λαύότες τὸν αὐτὸν χαρτίον  
 ἀπῆλθον εἰς μέρος σὺν καὶ τοῦ ἡμετέρου νοταρίου  
 νικολάου· καὶ ἰδικῶς ταῦτα ἀνιστορίσαντες, προσή-  
 γαγον σεσημειωμένα ἅπερ αὐτοὶ ὁμολόγησαν, ὡς ὁ  
 λόγος προῖων δηλᾶσι· ἐν πρώτοις τοὺς παῖδας σερ-  
 γίου. . . . . ρου. καὶ τοὺς παῖδας. . . . . λιτά-  
 νου· καὶ τοὺς παῖδας νικήτου συρακοσέου, καὶ τοὺς  
 παῖδας νικολάου κανίνου· καὶ τοὺς παῖδας. . . . .

Rhegii, Mileti et Oppidi, et protopapa Seminaræ,  
 et praeposito monasterii sancti Philareti, et domi-  
 no Petro de Pentarga, et notario Georgio de Se-  
 minara, et notario Basilio de Eustathio, et complu-  
 ribus aliis multae auctoritatis et probitatis viris.  
 Cum igitur memorati primates mihi adsiderent,  
 mandavi ut coram nobis adducerentur seniores eius-  
 dem vicinia; et cum ab ipsis singulatim quaesi-  
 vissem quodnam esset feudum domini Gulielmi Brui  
 patris domini Ascettini, responderunt nobis veniam  
 petentes, ut suas domos repeterent, et pro se quis-  
 que accurate rem expenderent, eo quod aliquot anni  
 intercessissent. His itaque profectis ut rem inter  
 se examinarent, memoratum dominum Ascettinum  
 ita interrogavimus: Dic nobis, quanto diligentius  
 possis, quam litem moveris de paterno tuo feudo.  
 Ille vero quae respondit confirmavit, ostensa nobis  
 chartula bombycina praeseferente singula, quibus  
 praedictum feudum constabat, ad ipsum indubie per-  
 tinentia. Cum igitur chartulam explicuissemus, re-  
 sponderunt fratres germani Hodiernae dominae Op-  
 pidi, id est, dominus Baimundus et dominus Ioannes,  
 praesente etiam filio domini regionis Oppidi cum  
 eius magistratibus, ita locuti: A domino Ascettino  
 declarata non omnia pertinent ad huiusmodi feudum,  
 sed ipsorum quaedam pars. Nos autem iis dixi-  
 mus: Et quanam sunt quae reapse ad ipsum (*feudum*)  
 pertinent? Illi vero a nobis antedictam char-  
 tulam, quam dominus Ascettinus protulerat, exami-  
 nandam petierunt, ut unusquisque accurate nosceret  
 quid ad eum de praedicto feudo spectaret; et accepta  
 hac chartula, seorsim discesserunt cum nostro notario  
 Nicolao; et cum haec speciatim scrutati essent, retu-  
 lerunt et confirmarunt ea quae (*ex eadem chartula*)  
 patebant, ut infra declarabitur. (*Feudum habet*) in pri-  
 mis filios Sergii . . . ri, et filios. . . . Litani,  
 et filios Nicetae Syracusani, et filios Nicolai Canini,  
 et filios. . . . et filios domini Ioannis Conditae,  
 et filios Christophori Cacostrati, et filios Tzirbuli, et

. . . . . καὶ τοὺς παῖδας κυροῦ ἰωάννου κονδιτῆ· καὶ τοὺς παῖδας χριστοφόρου κακοστράτου· καὶ τοὺς παῖδας τζιρβουλίου· καὶ τοὺς παῖδας . . . . . ἔχει δὲ καὶ τίνες ἀνθρώπους εἰς τὸν νεβαλίον. οὗσπερ οὐ γινώσκουμεν· ἀπὸ δὲ τῶν χωραφίων ἡ κολτοῦρα μοριάνων. μοδίων λ'. καὶ ἡ κολτοῦρα ἡ οὖσα εἰς τὸ ἐπάνω μέρος σφονδαλοῦ. μοδίων θ'. καὶ πετξια β' χωραφίων μοδίων γ'. εἰς τὸ πλάνιον τοῦ ἀρχαγγέλου· καὶ τὰ χωράφια τὰ εἰς τὸν Φωνίωκον· καὶ τὰ χωράφια τῶν λαρνακίων τὰ πλησίον τῆς ὁδοῦ· καὶ τὰ ἑτέρα χωράφια τὰ εἰς τὰ λαρνάκια παρακατιῶν τῆς τριώδου· καὶ τὰ χωράφια τὰ εἰς τὴν υῤῥδοναν, πλησίον Φουκατζάρι· καὶ τὸ χωράφιον τὸ τοῦ δυσικοῦ μέρους τοῦ ἁγίου κωνσταντίνου, μοδίων ε'. καὶ τὸ χωράφιον τὸ εἰς τὸν ἅγιον νικόλαον δριόνων βουῶν γ', πλησίον τοῦ τόξια· καὶ τὰ ἀμπέλια τὰ ὄντα εἰς τὸν ἅγιον υἷάσιον· εἰς δὲ τὰ οἰκύτοπα, μέρος ἔχειν ἐξ αὐτῶν, τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχουσι τῆς ἀρχοντίσσης. καὶ τὰ τῆς ἀνταλλαγῆς κυροῦ βάρου· ἐκ δὲ τοῦ . . . ἀμπέλια καὶ χωράφια ἅπερ ἐπεκράτει ὁ τζιρβουλός σὺν καὶ τοῦ ὄρους· καὶ πλέον οὐδέν· τὰ δὲ ἑτέρα πάντα εἰσὶν ἀνταλλάγματα. πρὸς ταῦτα δὲ ἀνταπεκρίνατο ὁ κυρὸς ἀσκητίνος λέγων· διασχεψάτω ἡ κοῦρτη τοῦ κραταιοῦ ῥηγός, εἰ ἀληθὴ εἰσὶ τὰ παρὰ τῶν ἀντιθέτων λεγόμενα. καὶ γὰρ ὁ ἐμὸς πατήρ, φίλον ἐπεκράτει κυυαλλάριου ἐνός, καὶ ὅτι καὶ ἡ δεσποτική διαγορεύει γραφῇ· οὗς δὲ ὀνομάζουσι βελλάνους καὶ πράγματα οὐχ ὑπάρχουσιν ἐκ τοῦ πατρικοῦ φίλου· ἐν τούτῳ δὲ, ἠρωτήσαμεν τὸν αὐτὸν κυρὸν ἀσκητίνον, εἰ ἔχει τί δικαίωμα παλαιὸν ἐπιδειξάι ἡμῖν ἕνεκα τοῦ τοιοῦτου φίλου· ὁ δὲ ὑπέδειξεν ἡμῖν ἑγγραφὸν δικαίωμα δηλῶν γεγονέναι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα γουλιέλμον βρούϊν, παρὰ τῆς ἐνδοξοτάτης ῥηγένης, κυρῆς μαξιμίλλης· προστάξει τοῦ αἰοδήμου ῥηγός βρογερίου. διαγορεύον οὕτως· Εἰς τὸν ἀπρίλλιον μῆνα τῆς Ἰνδικτιῶνος α', ἔτους σ'χμς'. οὗσης καμῶ μαξιμίλλης ῥηγένης εἰς τὴν ἐμὴν χώραν ὀππίδου, καὶ τοῦ αὐθέντου ἡμῶν καὶ μεγάλου ῥηγός βρογερίου τοῦ καὶ ἡμετέρου ἀδελφοῦ ἐπὶ τὴν καλαβρίαν παραγεναιμένου· μέλλοντος δὲ αὐτοῦ τὴν σαλερινὸν πόλιν καταλαβεῖν, καὶ δὴ τῇ τοῦ θεοῦ κελεύσει καὶ πρεσβεῖα τῆς αὐτὸν κυρῆσσης, Φιδάσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τῇ πόλει τροπέας· πρὸς ὑπάντησιν αὐτοῦ ἡγούμεν· καὶ δὴ τῇ αὐτῇ πόλει Φιδάσας, καὶ μετ' αὐτοῦ διαλεχθῆσα, συνῶν καὶ μετ' ἐμοὶ ὁ κυρὸς γουλιέλμος δὲ υρούϊς·

filios . . . . . Habet insuper quosdam homines Bebalini, quos non cognoscimus. Ex praediis vero culturam Morianorum modiorum triginta; et culturam, quae extat in parte superiore Sfondali, modiorum novem; et portiones duas praediorum modiorum trium in planitie Archangeli; et praedia quae extant Fonioeci; et praedia Larnaciorum, prope viam; et alia praedia ad Larnacia, infra trivium; et praedia Bordonae, prope Fucatzari; et praedium ad occidentem sancti Constantini modiorum quinque; et praedium ad sanctum Nicolaum de Driono ruborum trium, prope Toxiam; et vineas positas ad sanctum Blasium. Quoad vero habitacula, partem habet ipsorum, alia autem pertinent ad uxorem dynastae, et alia quae permutavit dominus Rhaus; ex . . . . . vineas et praedia, quae simul cum nemore possidebat Tzirbolus; et nihil amplius. Alia vero (*praedia*) reiiciuntur. Ad haec respondit dominus Ascettinus, dicens: Perpendat curia potentis Regis, an vera sint quae ab adversariis asseruntur; meus enim pater possedit feudum unius equitis, prout eruitur ex regia chartula; denotati autem villani et bona non deprehenduntur in paterno feudo. Tum quaesivimus ab ipso domino Ascettino num haberet quodpiam vetus documentum, quod nobis exhiberet de memorato feudo. Ille vero nobis ostendit scriptum diploma, declarans confectum fuisse eius patri Gulielmo Brui a gloriosissima regina domina Maximilla, ex mandato perillustris regis Rogerii, his conceptum verbis:—Mense aprili, indictione I, anno 6646. Cum ego Maximilla regina commorarer in mea civitate Oppidi, et dominus noster et magnus rex Rogerius frater noster Calabriam peteret, civitatem Salerni occupaturus, Deo iubente, et eius Genitrice intercedente, obviam ei profecta fui, qui Tropaeanam urbem iam adierat, et eandem in urbem me contuli, collocutaeque cum eo sum, et una mecum erat dominus Gulielmus de Brui. Quum sanctissimo nostro domino et potenti regi et fratri

καὶ δὴ τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἀγιότατον ἱμῶν αὐθέντην καὶ κραταιὸν ῥήγα καὶ ἡμέτερον ἀδελφὸν δεῖλα ποιησάμενη. καὶ δεηθῆσα ἵνα τῇ ἰδῇσιν καὶ στερῆται αὐτοῦ, τὸ παρ' ἑμοῦ πρὸς τὸν προειρημένον γουλιέλμον δοθῇν Φίον τὸ λεγόμενον τοῦ μαρσκότου, τῇ ἰδῇσιν αὐτοῦ στερεχθῇ καὶ ἐπιδόθῃ αὐτῷ. τοῦ δὲ ἀγιότατος ἱμῶν αὐθέντης τῆς ἡμῆς παρακλήσεως ἀκούσας ἔστερεξε τοῦτο πρὸς αὐτὸν ἅπαν τὸ προειρημένον Φίον ὑπὲρ ἐπεκράτησεν ὁ μαρσκόττος ἐν τῷ καιρῷ τοῦ μαρσίσι. ἐκεῖθεν δὲ ἀποστρέψαντος ἐπὶ τὸ ὄππιδον καὶ τοὺς γέροντας καὶ καλοὺς ἀνθρώπους ἐνώπιόν μου συναθροίσας, καὶ ἐρευνήσας αὐτοὺς ἀκριυῶς ὅπως τὰ τοῦ προειρημένου Φίου πάντα ἀκριυῶς διαχωρήσωσιν. ἐκλέξαντες δὲ ἀπ' αὐτῶν ἰωάννην κλαστανίτην, καὶ νικολάον Φυσάπτον, καὶ ἰωάννην λουπινάρον, τούτους καὶ ἀκριβῶς ἐπισταμένους ἅπαντα τὰ τοῦ προειρημένου Φίου πράγματα διαχωρίζειν. μάλιστα δὲ καὶ ἐπομάσαντες ἅμω καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι. καὶ διεχώρισαν ἅπαντα οὕτως. λέγω δὴ ἀμπέλια καὶ χωράφια καὶ υἱελλάνους καὶ καστανίτα καὶ ὄρη καὶ ὑσπιτότοπα καὶ νοργισίους. οἵτινες εἰσὶν οὗτοι. ἐν πρῶτοις οἱ υἱελλάνοι. παῖδες σεργίου νοθέρου. παῖδες νικολάου μαλιτάνου. παῖδες χριστοφόρου κακοστράτου. παῖδες νικήτου συρακοσίου. παῖδες νικολάου κανίνου. παῖδες τζίρουουλου. παῖδες κώνστω Φυσάπτου. παῖδες τοῦ λιψοῦ. παῖδες λυκοδόντος. παῖδες ὀλιυάνι. παῖδες υἱμυάκου. παῖδες υἱσιλειοπόλλου. παῖδες καλοκῦρι μυληναροπόλλου. παῖδες νικήφορου Φωκᾶ. παῖδες ἰωάννου κριτοῦ. παῖδες τοῦ σάλικος. παῖδες καλοκῦρου σπαθαρίου. παῖδες ἀγάθου. παῖδες κώνστου μαλεστράτου. παῖδες ῥουσίου. παῖδες τοῦ ἀνθίμου. παῖδες σάρακα. παῖδες τοῦ μελαχρίνου. παῖδες τοῦ νερικάρου. παῖδες κώνστου νοικισιάνου. παῖδες πολέμου. παῖδες τοῦ ἀλάρι. παῖδες νικολάου τῆς . . . . . ἰδιτίας. παῖδες πρεσβυτέρου νοταρίου καρτελλοῦ. παῖδες μαγκούσου. παῖδες κληρονόμου. παῖδες Φιλίππου σαράφι. ἄρξομαι δὲ τὰ χωράφια. ἡ κολτοῦρα μοριάνου μοδίων λ'. ἡ κολτοῦρα ἡ οὔσα εἰς τὸ ἐπάνω μέρος τοῦ οἴκου σφονδιλίου μοδίων κ'. ἡ κολτοῦρα τοῦ ἀγίου ἀρχαγγέλου σὺν τῶν πλάγων καὶ τὸ χωράφιον τῆς τριώδου ὡς κατέρχεται ἐκ τοῦ υἱμυίκου. καὶ ἕτερον χωράφιον πλησίον ἀμπέλου βαϊμουίνδου. καὶ ἕτερα δύο πετεζία χωραφίου μετὰ τῶν δύο. . . . . ἀνατολῆς ἢ ὁδὸς ἢ ἀπάγουσα εἰς τὸν ἅγιον ἀθηγόραν.

nostro eius petitiones exposuissem; cumque ab eo petiissem, ut cognosceret, confirmaret, atque concederet feudum nuncupatum de Marescotto, a me praedicto Gulielmo donatum, sanctissimus dominus noster, meis deprecationibus obsecundans, confirmavit eidem totum memoratum feudum, quod temporibus Marchisii Marescottus possederat. Inde cum ad Oppidum revertissem, seniores et probos homines coram me congregavi, et ab iis accurate quaesivi, ut adamussim definirent omnia quae ad memoratum feudum pertinerent. Cum autem ex iis selegissem Ioannem Clastanitam, et Nicolaum Physaptum, et Ioannem Luppinarum, qui noverant exacte definire quidquid ad praedictum feudum attineret; cumque hi iusiurandum praestitissent, declararunt omnia quae sequuntur (*ad dictum feudum spectare*), nempe vineas, et praedia, et villanos, et castaneta, et nemora, et domos, et burgenses. In primis villani sunt filii Sergii Botheri, filii Nicolai Malitani, filii Christophori Cacostrati, filii Nicetae Syracusani, filii Nicolai Canini, filii Tzirbuli, filii Constae Physapti, filii Lipsi, filii Lycodontis, filii Olibani, filii Bambaci, filii Basiliopolli, filii Calocyri Milinarapolli, filii Nicephori Phocae, filii Ioannis Iudicis, filii Salicis, filii Calocyri Spatharii, filii Agathi, filii Constae Malestrati, filii Rusii, filii Anthimi, filii Saracae, filii Melachrini, filii Berbicari, filii Constae Bucisiani, filii Polemi, filii Alari, filii Nicolai. . . . . nditiae, filii presbyteri notarii Cartelli, filii Mancusi, filii Cleronomi, filii Philippi Saraphi. Praedia vero sunt: cultura Moriani modiorum triginta; cultura, quae est in parte superiori domus Sfondali, modiorum viginti; cultura sancti Archangeli cum campis, et praedium Trivii, ut descendit a Bambico, et aliud praedium prope vineam Baimundi, et aliae duae portiones praedii simul cum duobus . . . . . ab oriente via quae ducit ad sanctum Athenagoram; ab occidente. . . . . descendens a sancto Elia; et aliud praedium in parte superiori

δύσεως. . . . κατερχομένη ἐκ τὸν ἅγιον ἡλίαν· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὸ ἐπάνω μέρος τῶν οἰκημάτων Φωνιόκου· καὶ ἕτερον χωράφιον λεγόμενον τῆς ἀπιδῆς· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὰ λαρνάκια πλησίον τῆς ὁδοῦ· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὰ λαρνάκια παρακάτω τῆς τριώδου· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὴν βουρδύναν· πλησίον Φουκατζάρι· καὶ ἕτερον χωράφιον τοῦ ἀγραππιδίου· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὸ ὑποκάτω μέρος τοῦ ἁγίου Θεοδώρου· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὴν τρακλὶν τῆς κανναυρίας· εἰς τὸ ὑποκάτω μέρος τῆς κολ. τοῦρας· καὶ ἕτερον χωράφιον δθεν κατέρχεται ὁ δρόμος τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου· καὶ ἕτερον χωράφιον πλησίον τοῦ ἁγίου νικολάου κοδρινῶν εἰς τὸ ἐπάνω μέρος τοῦ ἀμπελίου τόξια· εἰς τὸ σύνορον ἀρχαδίου βουκαφούρου· καὶ ἕτερον χωράφιον εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ ῥυακίου μαλλιὰ του σὺν καὶ τοῦ ὀμαλίου· καὶ τὰ ἀμπέλια του σαλάσου σὺν τοῦ ὄρου· ὁμοίως καὶ τὰ ὀσπιτότοπα ἔπου αἰεὶ ὁ μαρσεκόττος· ὡς κατέρχεται ἡ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ καππέλλου, καὶ ἀποδίδει εἰς τὸν ποταμὸν εἰς τὸ ὑποκάτω μέρος τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐπὶ τὸ ἀρκτινὸν μέρος· ἡ διαχωρήσις τοῦ καστανίτου ὡς ἐξέρχεται ἡ ὁδὸς ἐκ τοῦς προατίνοῦς· καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν τριώδον ἔπου ὁ σταυρὸς ἐκ τὸ μέρος τὸ κατὰ δυσμὰς· καὶ ἀνατρέχει εἰς τοῦς λίθους τοῦς φυτευτᾶς, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ ἀποδίδει εἰς τὸ σύνορον τοῦ λυκοδόττος· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἀνατρέχει ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν τριώδον ἔπου ὁ σταυρὸς· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἀνατρέχει ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τοῦς προατίνοῦς καὶ ἀποδίδει εἰς τὸ ἄκρον τῆς υαθείας τῶν αὐτῶν προατίνων· ἐκεῖθεν δὲ κατέρχεται τὸ ἄκρον καὶ συγκλείη εἰς τὴν ὁδὸν τῆς δύσεως· ἐκ δὲ τοῦ ὄρου, ἀπὸ τοῦ ἐπάνω μέρους τῶν οἰκημάτων Φυσάπτου· καὶ Φιδάνη εἰς τὴν ὁδὸν τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν μάγιδαν· καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν λίμναν· ἐκεῖθεν δὲ ἀναυαίνει ἡ υαθεία, καὶ ἀποδίδει εἰς τὸν μελίκοκκον εἰς τὸν δρόμον τὸν . . . ἐκεῖθεν ἀνατρέχει τὸν δρόμον ἄχρι εἰς τὸν δύντρατον· ἐκεῖθεν κατέρχεται τὸ μονοπάτιον ἐπὶ ἀριστερὰς· καὶ καταυαίνει εἰς τὴν βαθείαν, καὶ ἀποδίδει εἰς τὸν λιθόκοπον· ἐκεῖθεν δὲ κατέρχεται εἰς τὸ ῥυάκιν, καὶ καταυαίνει τὸ ῥυάκιν καὶ ἀποδίδει εἰς τὸ σύνορον τῶν χωραφίων τοῦ κυραῦ δούριου εἰς τὸν ἀργούστον· ἐκεῖθεν ἀνέρχεται τὸ ἄκρον ἄχρι εἰς τὸ ἐπάνω μέρος τῶν οἰκημάτων Φυσάπτου καὶ συγκλείη· ὁμοίως καὶ τὸ Φίον ὅπερ κρα-

domorum Phonioeci ; et aliud praedium dictum de Pyro; et aliud ad Larnacia prope viam; et aliud ad Larnacia infra trivium; et aliud ad Burdonam prope Fucatzarum; et aliud ad silvestrem pyrum; et aliud in inferiori parte sancti Theodori; et aliud ad Tracelin de Cannabaria, in parte inferiori culturae ; et aliud unde descendit via sancti Constantini; et aliud prope sanctum Nicolaum Codrionorum in parte superiori vineae Toxiae , iuxta fines Arcadii Buccafurni; et aliud praedium ad caput rivuli Malliati cum planitie et vineis de Salaso cum nemore : item et domus ubi inhabitat Marescottus , ut descendit via a Cappello , et vadit ad flumen in inferiori parte ipsius viae septentrionem versus. Fines castaneti (sunt hi): ut vadit via ex Probatinis, et pervenit ad trivium ubi est crux ad occidentem , et ducit ad lapides phyteutas, et exit ad viam, et pervenit ad confinium Lycodontis; inde vero iterum vadit via quae ad trivium ducit ubi est crux; et hinc iterum vadit via quae ducit ad Probatinos, et pervenit ad summam vallem eorumdem Probatinorum , et inde descendit, et clauditur ad viam occidentalem. Fines autem nemoris sunt: ex parte superiori domorum Physapti, et pervenit ad viam quae ducit ad Maidam, et vadit ad paludem, et inde ascendit vallis et pervenit ad Melicocum prope viam. . . . inde pergit via ad bivium, inde vadit semita sinistrorsum , et descendit ad vallem et pervenit ad Lithocopum, et inde vadit ad rivum, et descendit rivus, et pervenit ad confinium praediorum domini Osberni ad Argustum , unde ascendit summitas usque ad partem superiorem domorum Physapti, et clauditur. Item et feudum quod possidet Gulielmus de Paterno, et feudum quod possidet Bibianus , et feudum quod possidet Ubaldinus. Haec igitur praedia supra memorata, prout sunt circumscripta, confirmavi, uti praedixi, scientia et consensu sanctissimi domini nostri et magni regis Rogerii , tibi domino Gulielmo de Brui , ut ea habeas tu tuique heredes et successo-

τεῖ γουλιέλμος δε πατέρου· καὶ τὸ Φίον ὅπερ κρατεῖ  
βιβιάνος· καὶ τὸ Φίον ὅπερ κρατεῖ ὠαλδῖνος· ταῦτα  
τοῖνυν τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα ὡς ἐδιαχωρίσθησαν,  
ἔστερξα ὡς προέφημεν τῇ ἰδήσει καὶ στέρξει τοῦ ἀ-  
γιοτάτου ἡμῶν αὐθέντου καὶ μεγάλου βίγος βογερίου,  
εἰς σὲ τὸν κυρὸν γουλιέλμον δε υρούιν· τοῦ ἔχειν αὐ-  
τὰ σὺ καὶ οἱ κληρονόμοι σου καὶ διάδοχοι· πρὸς δὲ  
περισσότεραν πίστωσιν καὶ υβαίαν ἀσφάλειαν, πε-  
ποίηκά σοι τὸ παρὸν σιγίλλιον, παρουσία καὶ ἐπό-  
ψεισι τῶν ἀξιολόγων καὶ πιστῶν μαρτύρων· ἐγράφη  
χειρὶ ἰωάννου νοταρίου τῆς ἡμῆς αὐθεντίας βηγένης  
μηρός καὶ ἰνδικτιῶνος τῆς προγραφείσης· † τοῦίνος  
στρατηγός ὀππίδου, μαρτυρῶ· † μαρτίος υἱός, μαρ-  
τρίνου ὀππίδου, μαρτυρῶ· † ναϊμούδος υἱός τοῦ  
ἀποικοιμένου μαύρου, μαρτυρῶ· † κωνσταντίνος νο-  
τάριος ὀππίδου, μαρτυρῶ· † ἰωάννης λουππινάρις,  
μαρτυρῶ· † ἰωάννης κλατζανίτης, μαρτυρῶ· † νι-  
κόλαος Φυσάπτος, μαρτυρῶ· † χρυσάφιος υἱός κων-  
σταντίνου λουππινάρου, μαρτυρῶ· † κωνσταντίνος  
υἱός παπὰ ἰωάννου· μαρτυρῶ· † πέτρος νοτάριος ὁ  
τοῦ μαυρικωτέρου· μαρτυρῶ· † νικόλαος ἀλιγίστης·  
μαρτυρῶ· † ἐγὼ λέτος κληρικός, μαρτυρῶ· † ἐγὼ  
ἰωάννης κληρικός λατίνος, μαρτυρῶ· † μαξιμίλλα  
βηγένη σύρορ δόμινι ρέτζι· Ταῦτα δὲ ἐνωτισθέντες οἱ  
δηλωθέντες αὐτάδελφοι τῆς κυρᾶς οὐδέρνας καὶ οἱ  
μετ' αὐτῶν, ἤτησαν ἡμῖν προθεσμίαν τοῦ ἀπελθεῖν  
πρὸς τὴν εἰρημένην αὐτῶν ἀδελφὴν, καὶ δημοποιῆσαι  
τὰ περὶ τοῦ τοιαύτου δικαιοῦματος ὅπερ ὁ κυρὸς ἀ-  
σκηττῖνος ὑπέδειξεν· οἱ δὲ ἀπελθόντες· εἰς δευτέραν  
ἡμέραν ὑπέστρεψαν πρὸς ἡμᾶς· ἠρωτήσαμεν δὲ αὐ-  
τοὺς εἰ ἄρα πρὸς τὸ δικαίωμα τῆς γραφῆς ἔχουσιν  
λέγειν τι· καὶ ἔφησαν· ἡμεῖς μὲν, οὐχί· ἰδοὺ ὁ κλη-  
ρονόμος· ὅπερ ταν ἔχῃ λέγειν ἅς εἶπη· ἐπὶ τούτῳ οὖν  
ἐπετρέψαμεν συναθροισθῆναι τοὺς γέροντας τῆς αὐ-  
τῆς περιχώρας· οἵτινες δὲ παραγενόμενοι, ἠρωτίσθησαν  
ἀπραιφνῶς παρ' ἡμῶν· ἵνα ὅπερ ὁ καθεὶς ἐκ τοῦ τοιού-  
του γινώσκει Φίου σαφεστέραν λύσιν δόσει ἡμῖν ἐν  
ἐμοστέῳ ὅρκῳ· οἱ δὲ ἀπεκρίναντο· ὅτι τὸ ἀληθὲς ὅπερ  
ἔξ ἡμῶν· . . . γινώσκειν· διὰ τίνος τρόπου οὐκ ἀ-  
παρνήσομεν· καὶ οὕτως ἤρξαντο μαρτυροῦν, ὅτε λέων  
κύρκας, καὶ κώνστας ἀρκόμενος καὶ νικῆτης ἀρκόμενος·  
καὶ στέφανος μίττικας· καὶ γέρων ἀρκόμενος κορκού-  
ας· καὶ θεόδωρος σπανός· καὶ θεόδωρος χαλκεύς· καὶ  
νικόλαος σκλάβος· καὶ βασίλειος βεελξεουόλ· καὶ νι-  
κόλαος τῆς ἀρχαδίας· καὶ κώνστας κουνοκλήσιος· καὶ

res; et ad maiorem fidem ac firmiorem securitatem  
tibi condidi hoc sigillum, praesentibus et inspectan-  
tibus probis et fide dignis testibus. Scriptum manu  
Ioannis notarii meae dominae reginae, mense et in-  
dictione suprascriptis. † Tobinus Strategus Oppidi  
testor. † Martinus filius domini Marini de Oppido  
testor. † Baimundus filius defuncti Mauri testor. †  
Constantinus notarius Oppidi testor. † Ioannes Lup-  
pinaris testor. † Ioannes Clatzanites testor. † Nico-  
laus Physaptus testor. † Chrysaphius filius Constan-  
tini Luppinari testor. † Constantinus filius presbyteri  
Ioannis testor. † Petrus notarius de Mauricotero testor.  
† Nicolaus Aligistes testor. † Ego Letus clericus te-  
stor. † Ego Ioannes clericus latinus testor. † Maxi-  
milla regina soror domini regis. — Cum haec audivis-  
sent memorati fratres germani dominae Hodiernae, et  
qui cum ipsis erant, a nobis petierunt tempus quo sese  
conferrent ad dictam ipsorum sororem, eamque con-  
docefacerent de iis quae in praedicto instrumento a  
domino Ascettino exhibito continebantur. Hi profecti,  
postero die ad nos rediverunt. Nos vero eos percon-  
tati sumus num haberent aliquid quod dicerent ad-  
versus documentum auctoritatem, et ipsi responderunt:  
Nos quidem minime. Ecce heres: dicat quod dicere  
habeat. Tum vero nos iussimus convocari seniores eius  
vicinitatis; qui cum advenissent, fuerunt diligenter  
a nobis rogati, ut quidquid singuli nossent de huius-  
modi feudo, nobis luculentissime aperirent, praestito  
iureiurando. Illi vero responderunt: Nos non infi-  
ciabimur modo aliquo veritatem quam noscere po-  
tuimus. Et sic testimonium dicere coeperunt Leo  
Circas, et Consta Arcomenus, et Niceta Arcomenus,  
et Stephanus Mitticas, et senex Arcomenus Corcuas,  
et Theodorus Spanus, et Theodorus Ferrarius, et  
Nicolaus Sclavus, et Basilius Beelzebul, et Nicolaus  
de Arcadia, et Consta Cuboclisius, et Nicolaus Pla-  
gitzanus, et Arcadius Cotzopodus. Hi vero ad sancta  
Evangelia iuraverunt, et in haec verba locuti sunt:  
Probe novimus Salicum, et Iudicem, et Physaptum



νικόλαος πλαγιτζάνος· καὶ ἀρκάδιος κοτζοπόδος· οὗτοι δὲ προκείμενοι τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων· ἐπομόσαντο· ὅτι τὸν σάλικον· καὶ τὸν κριτὴν, καὶ τὸν Φυσάπτην, καὶ κώνσταν, καὶ λινάρόπολλον· καὶ νικηφόρον Φωκῶν· οἶδαμεν καὶ γινώσκουμεν· ὁ κώνστας υιοθέτος δουλευτῆς ὡν κυροῦ γουλιέλμου υρουῖ τοῦ πατρὸς κυροῦ ἀσκηττίνου, ἀπαίτει αὐτοὺς δόματα, καὶ ἀγγαρίας καὶ καννίσκια· ὡς οἰκέτους υελλάνους κυροῦ γουλιέλμου υρουῖ· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐβεβαίωσαν· καὶ ἕτεροι γέροντες . . . . ἐμαρτύρουν ὅ τε Θεόδωρος δουλοσκέλος ἀπὸ τῆς χώρας σακκούλλου· καὶ μανουήλ χρύσιος ἐκ τῆς ἀγίας χριστινῆς καὶ πατρὸς υρουῖ· καὶ ἱερομόναχος ἀπὸ τῆς ἀγίας παίδας ναμυάκου· τὸν τε παπὰ Θεόδωρον καὶ κόμητα· καὶ τὸν ἱερέα Θεόδωρον καὶ γρηγόριον γινώσκουμεν οἵτινες ὑπῆρχον οἴκαιοι υελλάνοι κυροῦ γουλιέλμου υρουῖ· καὶ ὁ υιοθέτος ἀπαίτει αὐτοὺς δόματα καὶ ἀγγαρίας καὶ καννίσκια· ὄντος αὐτοῦ ἐξουσιαστοῦ κυροῦ γουλιέλμου υρουῖ· καὶ οὕτως ὁμώσαντες, ἀπελύθυσαν· σὺν τούτοις δὲ καὶ ἕτεροι γέροντες ὁ τε νικόλαος καλάνδρος ἐκ τοῦ υαροπόδου· καὶ στέφανος γαλλιάρδος καὶ ἰωάννης γαλλιάρδος· καὶ γρηγόριος υαροπόδος· ὁμώσαν, ὅτι ὁ υιοθέτος ὁ δουλευτῆς κυροῦ γουλιέλμου υρουῖ ἀπαίτει τὸν υασιλειόπολλον καὶ τὸν σπαθάριον δόματα καὶ ἀγγαρίας ὡς οἰκέτους υελλάνους τοῦ εἰρημένου κυροῦ γουλιέλμου· καὶ οὕτως ἐμαρτυρήθη παρὰ τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων περὶ τῶν υελλάνων· διὰ δὲ τὸ καστανίτον ἐμαρτύρησαν καὶ ἐδιεχώρησαν ὅτε γρηγόριος υαροπόδος, καὶ σεργονᾶς υἱὸς ἀρκαδίου καὶ ἰωάννης γαλλιάρδος ἐκ τῶν μεσινίδου, καὶ στέφανος ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ γαλλιάρδος· καὶ ἀρκάδιος σισινίικος· καὶ ἱερεὺς πέτρος ἱερομνήμων· ὅτι ἡ τοῦ καστανίτου διαχώρησις, ὑπάρχει ἀπὸ τοῦ συνόρου λυκοδόντος, καὶ ἀποδίδει εἰς τοὺς φυτευτὰς λίδους· καὶ κεῖθεν ἀνατρέχει εἰς τὴν βαθείαν προατίνων καὶ συντρέχει εἰς τὴν τριώδον ἐν ᾗ ἐστὶ τὸ προσκεφάλαιον τοῦ καστανίτου ἐνθα ὑπάρχει σταυρὸς· καὶ συγκλείη κατὰ τοῦ δρόμου ὡς κατέρχεται ἄχρι τοῦ συνόρου λυκοδόντος· ἀπὸ δὲ τοῦ ὅρους ἐμαρτύρησαν ὅ τε οὐρσος σπαθαρόπολλος ἐκ τῆς ἀγίας χριστινῆς καὶ γρηγόριος μαγιδίτης· καὶ νικόλαος τοῦ παραπέτρου· ὅτι τὸ ὅρος ὑπάρχει ἀπὸ τῶν οἰκοτόπων οὐσέρνου· καὶ καταναίνει ὁ δρόμος ὃ ἀπέρχεται εἰς τὴν μάγιδαν· καὶ ἀποδίδει εἰς τὴν λίμνην καὶ εἰς τὸν μιλιποκχόν· καὶ κεῖθεν ὡς ἀναυαίνει ὁ μέγας δρόμος

et Constam, et Linaropollum, et Nicephorum Phocam, nobisque compertum est Constam Botherum famulum domini Gulielmi Brui patris domini Ascetini postulasse a praedictis tanquam villanis domini Gulielmi Brui domata, et angarias, et dona; et haec ita confirmarunt. Tum alii seniores . . . . testati sunt Theodorus Duloscelus de pago Sacculli, et Emmanuel Chrysicus de Sancta Christina, et presbyter Leo Canantzis, iureiurando ita asserentes: Nos cognoscimus filios Bambaci, presbyterum Theodorum, et Comitem, et presbyterum Theodorum, et Gregorium, fuisse villanos proprios domini Gulielmi Brui, et Botherum requisivisse ab ipsis domata, et angarias, et dona, cum esset minister domini Gulielmi Brui. Et quum in haec iurassent, abierunt. Cum his et alii seniores, id est, Nicolaus Calandrus de Baropodo, et Stephanus Galliardus, et Ioannes Galliardus, et Gregorius Baropodus iurati affirmarunt Botherum ministrum domini Gulielmi Brui exegisse domata et angarias a Basiliopollo et Spathario tanquam propriis villanis praedicti domini Gulielmi. Et hoc testimonium antedicti seniores de villanis exhibuerunt. Quoad vero castanetum, Gregorius Baropodus, et Sergonas filius Arcadii, et Ioannes Galliardus de Mesinido, et Stephanus frater eius Galliardus, et Arcadius Sisinniacus, et presbyter Petrus Hieromnemon testati sunt, et fines ita descripserunt: Confinium castaneti incipit a finibus Lycodontis, et pervenit ad lapides phyteutas, et inde vadit ad vallem Probatinorum, et ad trivium, ubi castaneti caput et crux extat, et clauditur ad viam, ut descendit usque ad fines Lycodontis. Quoad vero nemus, Ursus Spatharopollus de Sancta Christina, et Gregorius de Maida, et Nicolaus de Parapetro ita testati sunt: Nemus incipit e domibus Osberni, et descendit via quae ducit ad Maidam, et pervenit ad paludem et Melicoccum, et inde uti ascendit maior via usque ad bivium, et vadit ad Lithocoppum et ad rivum, et descendit iterum rivus usque

ἄχρι εἰς τὸν δίστρατον καὶ ἀπάγει εἰς τὸν λιθόκο-  
πον καὶ εἰς τὸν ῥάακα καὶ καταναίνει πάλιν ὁ ῥάαξ  
ἕως τοῦ ἀργούστου· καὶ κτεῖν ἀναναίνει εἰς τὸ ἐπάνω  
μέρος τῶν οἰκοτόπων φυσάπτου καὶ συγκλείη· ταῦτα  
δὲ πάντα ἐποιόσαντες οἱ δηλωθέντες μάρτυρες ὡς  
εἴρηται, διὰ τοὺς υελλάνους καὶ τοῦ περιορισμοῦ τοῦ  
τε ὄρους καὶ καστανίτου, ἅτινα διαφέρουσι τούτου  
τοῦ εἰριμένου Φίου τοῦ πατρὸς κυροῦ ἀσκητίνου·  
καὶ οὕτω διατελεσθεῖναι συνῆδον οἱ συνεδριάζοντες ἄρ-  
χοντες καὶ ἐγὼ. διὰ τε τὴν μερικὴν ὁμολογίαν τοῦ  
μέρους τῆς εἰρημένης κυρᾶς οὐδέριας, καὶ τὰς τῶν δη-  
λωθέντων ἀνθρώπων μαρτυρίας, ὅτι ἐβεβαίωτο, ἡ  
τοῦ κυροῦ ἀσκητίνου ζήτησις καὶ ἐνεδυναμούτο  
στερρότερον ἢ τοῦ δικαίου αὐτοῦ περιλήψις κα-  
θότι ἀληθὲς ἐπεδείκνυν ἡ μερικὴ ὁμολογία καὶ αἱ  
μαρτυρίαι· ἐφορέσαμεν τὸν κυρὸν ἀσκητῖνον τὸ εἰρι-  
μενον γονικὸν αὐτοῦ Φίον τῷ τρόπῳ τοιοῦτω, κατὰ τὴν  
τιμίαν τῆς ῥηγικῆς γραφῆς. . . . . ἡ δὲ ῥηγικὴ  
γραφὴ ἐπεδόθη πρὸς τὸν κυρὸν ἀσκητῖνον εἰς μαρ-  
τυρίας ἐπίδειξιν· ὅθεν καὶ τὸ παρὸν αὐτῷ ἐξετέθη.  
καὶ ἐπεδόθη δικαίωμα· μηνὶ μαίῳ ἰνδικτιῶνι ε'· καὶ  
πρὸς υεβαίαν πίστῳσιν τῇ ἡμετέρᾳ χειρὶ ὑπογραφὴν  
ἐκηρώθη ἐν τῷ ςχλς' ἔτει.

† γουλιέλμος υἱὸς νικόλαου ιερακὸς υπεγραφα.

† ὁ τοῦ ῥηγίου Ἰωάννης καὶ μέγας κριτὴς καλα-  
βρίας.

† ὁ κατὰ τὸν καιρὸν νοτάριος τοῦ εἰριμένου ἄρ-  
χοντος καὶ μεγάλου κριτοῦ καλαυρίας κυροῦ Ἰωάννου  
τοῦ ῥηγίου κελεύσει αὐτοῦ τὸ παρὸν ὕφος ἔγραφα  
καὶ ὑπέγραφα μαρτυρῶν· νικόλαος τοῦ δανιὴλ †

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 87.)

ad Argustum, hinc ascendit ad partem superiorem  
domorum Physapti, et clauditur. Cum autem in  
haec iurassent memorati testes, uti dictum, quoad  
villanos et fines nemoris et castaneti, quae perti-  
nent ad memoratum feudum patris domini Ascettini,  
ita rem definiri placuit proceribus mecum adsiden-  
tibus, et mihi, tum ex peculiari declaratione di-  
ctae dominae Hodiernae, tum ex antedictorum ho-  
minum testimonio, quia confirmabatur petitio do-  
mini Ascettini, et validius roborabantur quae in  
eodem documento occurrebant, quoniam rei verita-  
tem ostendebant non solum peculiaris declaratio, ve-  
rum et testationes. Hoc modo tradidimus domino  
Ascettino dicti paterni ipsius feudi possessionem,  
iuxta auctoritatem regiae chartulae. . . . .  
Regia vero chartula tradita est domino Ascettino ut  
rei testibus comprobatae documentum. Quare prae-  
sens conditum est et traditum ipsi iudicatum, mense  
maio, indictione VI; et ad certam fidem nostra ma-  
nu subscriptum et roboratum est, anno 6696.

† Gulielmus filius Nicolai Hieracensis subscripsi.

† Ioannes de Rhegio magnus Iudex Calabriae.

† Ego pro tempore notarius dicti proceris et  
magni Iudicis Calabriae domini Ioannis de Rhegio,  
ex mandato ipsius praesens instrumentum scripsi et  
subscripsi testis Nicolaus filius Danielis. †

## CCXXVI.

1189 — Mense Aprili — Indict. VII.

*Ioannes filius presbyteri Hugonis, aliiqve vendunt numismatis aureis duobus monasterio S. Phantini  
praedium situm in agro Circlarii.*

† στήνον χειρὸς παρ ἐμοῦ ἰωαννου υἱὸς τοῦ πρε-  
σβυτεροῦ οὐβου. †

† στήνον χειρὸς παρ ἐμοῦ ἰωαννου ιερεὸς τοῦ οὐρ-  
σεττου. †

† στήνον χειρὸς ρογερίου υἱὸς τοῦ ἀπικαμένου νο-  
ταρίου νικόλαου ὁ μέγας. †

† Signum manus meae Ioannis filii presbyteri  
Hugonis.

† Signum manus meae Ioannis presbyteri de Ur-  
setto.

† Signum manus Rogerii filii quondam notarii  
Nicolai Magni.

† σιγνον χειρός οὔρσου υἱος τοῦ ἀπιχομένου νικολαου τοῦ πρεσβυτέρου οὔβου. †

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. οἱ μὲν οἱ προγεγραμμένοι· ὅτε ἰωάννης τοῦ πρεσβυτέρου οὔβου, καὶ ὁ πρεσβύτερος ἰωάννης υἱὸς τοῦ ἀπιχομένου λέοντος τοῦ οὔρσέττου· καὶ ρογέριος τοῦ νοταρίου νικολάου. καὶ οὔρσος τοῦ νικολάου, τοῦ πρεσβυτέρου οὔβου, οἱ τα σιγνα τοῦ τιμίου καὶ ζωδοποῦ σταυροῦ. οἱ μὲν δὲ ἰωάννης τοῦ πρεσβυτέρου οὔβου, καὶ ἐγὼ ὁ πρεσβύτερος ἰωάννης οἰκείαις ἡμῶν χερσίν συν τῇ πατρὶά ἐπὶ οὐμῖα ἡμῶν ποιήσαντες. οἱ μὲν δὲ ρογέριος καὶ οὔρσος γραφέν διὰ χειρὸς τοῦ νοταρίου. τὴν παρούσαν ἐγγράφον τελείαν καὶ καθαράν διάπρασιν. τοιῶμεθα καὶ ποιούμεν ἐκουσία ἡμῶν γνώμη καὶ αὐθερέτως βουλήσει· ἐκ τὸς βίας ἀνάγκης. καὶ παντὸς ἀπογορεύμενου τρωῦπου. εἰς σὲ τὸν εὐλαβέστατον πρὸς δῶτα τοῦ σευσμίου ναοῦ τοῦ οἰοῦ πατρὸς ἡμῶν Φαντίνου κυρ γουλλιελμον δι' ἧς ἐν αλυθεία καὶ εὐδύτητι. ἐμολογοῦμεν ἀπεντεύθεν ἡδὲ πιπράσασθαι καὶ ἀποτῆξασθαι σοὶ κατὰ τελείαν νομὴν καὶ δεσποτείαν δικαίου χωράφιον ποτηστοική εἰς τὴν διακράτησιν τῆς χωῖρας κήρυκλαρίου εἰς τὴν ὑποδεσιν τοῦ κόλφου. ὅπερ ἀπέρχεται πρὸς ἐμὲ ἰωάννην τοῦ πρεσβυτέρου οὔβου. πατρικὴ κληρονομία· ἐμὲ δὲ πρεσβύτερον ἰωάννην· πατρίας μου κληρονομίας. ἐμὲ δὲ ρογέριον καὶ οὔρσος. πατρίας ἡμῶν κληρονομίας. συνδρίζεται· δὲ οὕτως. κατὰ μὲν ἀνατολάς. τὸ χωράφιον πάρα τοῦ κοιρτζιτζελλου· καὶ τὴν ὄχθραν τοῦ ποταμοῦ· ἀπὸ δὲ δυσμοῦ. τὸ χωράφιον τῆς προγραφείσης ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Φαντίνου. ἀπὸ δὲ ἄρκου. τὸ χωράφιον τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. μεσημβρινὸν μέρος. ἡ οδὸς. καὶ κλείει. τουτο τετραμερὺς περιόρισθεν χωραφίων σὺν το εἰσῶδω καὶ ἐξόδω αὐτοῦ· πεπράκαμῃ σοι. εἰς τιμὴν τὴν ἀναμεταξὺ σὺν Φωνηθήσαν καὶ ἀρεσθείσαν εἰς χρυσοῦ νομισματα δύο. οἱ· παραλαβामεν· ἀπὸ τῆς σῆς χείρας, εἰς τῆς ἡμετέρας· καὶ εἰδὺς ἐποιήσαμεν σοὶ τὸ παρὸν τῆς διάπρασεως ἐγγράφον· ἵνα ἔχῃς αὐτὸν εἰς ἐξουσίαν. ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ διδῶμεθα σοὶ ἁδιαν τοῦ τοιοῦτου χωραφίου· σὺ, καὶ τοῖς μέλλουσιν ἔλθειν μετὰ σε ἐν τῇ προγραφείσῃ μονῇ τοῦ πουλεῖν. χαρίζειν· ἀνταλλάττειν. καὶ πάντα ποιεῖν. εἰς αὐτὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ αὐθεντῶς καὶ κυρίως· ὅσα οἱ θεοὶ καὶ θειώτατοι νόμοι παρακελεύουσιν. μὴ παρὰ τινος κολυμμένος μήτε παρ ἡμῶν αὐτῶν, μὴ τῆς τῶν ἡμετέ-

† Signum manus Ursi filii quondam Nicolai filii presbyteri Hugonis.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Ioannes filius presbyteri Hugonis, et presbyter Ioannes filius quondam Leonis Ursetti, et Rogerius filius notarii Nicolai, et Ursus filius Nicolai filii presbyteri Hugonis, qui signa venerandae et vivificae crucis exaravimus; nos autem Ioannes filius presbyteri Hugonis, et ego Ioannes presbyter propria nostra manu etiam paterna nostra cognomenta scripsimus, Rogerius vero, et Ursus manu notarii, de propria nostra sententia et libera voluntate, nulla vi, necessitate, aut aliquo vetito modo compulsi, condimus et facimus tibi domino Gulielmo piissimo praefecto venerabilis ecclesiae S. Patris nostri Phantini hoc absolutae et purae venditionis instrumentum, quo in veritate et iustitia declaramus a praesenti hora iam vendidisse et perfecto iure dominii tibi renunciassse praedium irriguum, situm in pertinentiis civitatis Circlarii ubi dicitur Colphus, quod de paterna hereditate mihi presbytero Ioanni filio presbyteri Hugonis, ac nobis Rogerio et Urso etiam de paterna nostra hereditate obvenit. His autem finibus comprehenditur: ad orientem praedio sito trans Curtitzellum, et ripa fluvii; ad occidentem fundo suprascriptae ecclesiae S. Phantini; ad septentrionem praedio eiusdem ecclesiae; ad meridiem via publica, ubi clauditur. Hoc praedium his quatuor finibus conclusum, simul cum ingressu et egressu vendidimus tibi pretio inter nos convento et approbato solidorum aureorum duorum, quo de tuis in nostras manus recepto, statim fecimus tibi praesens venditionis instrumentum, ut ipsum habeas in tua potestate a praesenti tempore in futura secula: et concedimus tibi, et iis qui post te venturi sunt in suprascripto monasterio facultatem ipsum vendendi, donandi, permutandi, et in eo ac de eo faciendi iure pleni et perfecti dominii omnia quae sacrae divinaeque leges praescribunt, absque ullo omnino impedimento, nec pro parte nostra, neque ullius ex

ρων κληρονομῶν· μὴ ἑτέρου ξένου προσώπου· ἐὰν δὲ  
Φανῇ, τίς ποτε κερὼ εἴ χρωνω· καὶ ζήτησιν κοίτησιν,  
εἰ ἀγωγὴν ὀφίλει ποιεῖν σοι κατὰ σοῦ· ἢ πρὸς τοὺς  
μέλλωντας, ελθεῖν ἐν τῇ ρηθρησῇ μόνῃ· εἰσθασθαι  
ἡμᾶς καὶ διέκδικαί σε αὐτὸ ἀπο παντός ἐναντιομένου·  
καὶ σὲ ἀξίμιον καὶ ἀνεῷχλητον διαφυλάττειν· εἰ δὲ  
τῷτο οὐ ποιῆσωμεν· ἃ διάστροφῇ τια χρῖσθμεθα·  
σχῇ το ἀναθεμα· παρὰ πατρός καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου  
πνεύματος· καὶ εἰς πλεον ἐσθῶμεθα εἰς τὸ διμοσιον νο-  
μισματα λς'. καὶ πρὸς σὲ τὸ τοῖμμημα εἰς τῷ δι-  
πλων· τοῦτο δὲ πληρῶς διαμενέτω· ἡ τοιαύτη τε-  
λεῖα καὶ καθαρά διαπρασις στέραϊά βαίβαια καὶ ἀ-  
παρασαλευτος εἰς τοὺς αἰῶνας· γραφὴν χειρὶ λέοντος  
νοταρίου ὁ ἀπο τῆς πόλεως καλοβερρου δι ἐπιτρω-  
πης νίκολαου διακονου καὶ ταβουλαρίου ἀστέρως κήρ-  
κλαριου μηνι ἀπριλιῳ ἰνδικτιωνι ζ'. τοῦ ἐτους ςχλζ'·  
παρούσια, ἀξιωπίστων μαρτυρων.

† γερβάσιος χαβήτης καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν στρα-  
τηγός μαρτυρ ὑπέγραψα δια τοῦ σταυρου.

† ἀλέξανδρος βονάτζου μαρτυρ ὑπέγραψα δια τοῦ  
σταυρου.

† Ego Nicolaus filius Rogerii testis interfui.

† σμφρεῖδος κριτῆς κηκλαρίου μαρτυρ ὑπεγραψα  
δια τοῦ σταυρου.

† ὁ νοταριος ἰορδανῆς καὶ κριτῆς κατὰ τὴν ἡμε-  
ραν μαρτυρ ὑπεγραψα οἰκεία χηρι.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis—n.º 82.)

nostris heredibus, aut alterius extraneae personae.  
Si quis vero aliquando apparuerit litem, controver-  
siam, aut molestiam illaturus tibi, aut futuris prae-  
fectis memorati monasterii, teneamur antestare, et  
tui defensionem suscipere ab omni contraria persona,  
teque immunem ab omni damno et molestia prae-  
stare. Quod si id non fecerimus, aut nos facti poe-  
nituerit, maledicti simus a Patre, et Filio, et Spi-  
ritu Sancto, et insuper poenae nomine solvere te-  
neamur publico Fisco solidos sex et triginta, et tibi  
duplum pretii; et nihilominus ratum, firmum et  
immutabile in secula permaneat huiusmodi purae et  
absolutae venditionis instrumentum, scriptum manu  
Leonis notarii civitatis Colubrarii de mandato Nico-  
lai diaconi et tabularii civitatis Circlarii, mense  
aprili, indictione VII, anno 6697, praesentibus fide  
dignis testibus.

† Gervasius Chabites pro tempore Strategus te-  
stis per crucem subscripsi.

† Alexander Bonatzus testis per crucem sub-  
scripsi.

† Samfredus Iudex Circlarii testis per crucem  
subscripsi.

† Notarius Iordanes Iudex pro tempore propria  
manu testis subscripsi.

## CCXXVII.

1190 — Indict. (VIII).

*Andreas Tucharus eiusque filii sibi consociant presbyterum Gregorium Zeminitum et ipsius fratrem ac heredes  
ad excolendum praedium acceptum a monasterio S. Phantini.*

† σίγνον χειρὸς ἀνδρεου υἱοῦ βασιλείου τουχαρου·  
† σίγνον χειρὸς κωνσταντίνου υἱός αὐτοῦ· † σίγνον  
χειρὸς ἰωάννου υἱός αὐτοῦ· † σίγνον χειρὸς λεοντος υἱός  
αὐτοῦ· Ἐπιδῆπερ ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω προγραφέντες οἱ  
τὰ σίγνα τῶν τιμῶν καὶ ζωδοποιῶν σταυρῶν οἰκείας  
χερσεῖν καδυπογράφαντες· ἐν τῷδε τῷ ὕφει ἐκουσίως  
καὶ ἀμεταμελήτως δίχα πάσεις βίας τε καὶ ἀνάγκης  
καὶ παντός ἀπηγωρευμένου τρόπου δεῖλον ὅτι φενῶ-  
μεθα ἡμεῖς οἱ ἀνωτέρω προγραφέντες ὡς ὅτι ἐποιή-

† Signum manus Andreae filii Basillii Tuchari.  
† Signum manus Constantini filii ipsius. † Signum  
manus Ioannis filii ipsius. † Signum manus Leonis  
filii ipsius. Nos suprascripti, qui signa honorabilis et  
vivificantis crucis propriis manibus exaravimus in  
hoc instrumento, sponte et immutabiliter, sine quavis  
vi et necessitate vetitaque ratione, declaramus prae-  
sentem condere securitatis chartulam tibi presbytero  
Gregorio filio cognominati Zeminiti, tuisque here-

σκιμεν τὸ παρόν ἐγγράφον ἀσφαλιστικὸν πρὸς τὸν  
πρεσβύτερον γρηγόριον τοῦ ἐπιλεγόμενου ζεμινίτου καὶ  
πρὸς τοὺς σοὺς κληρονομοὺς καὶ διαδοχοὺς. ὥς ὅτι  
ἀνάλαβόμεν ἀπο τῶν χωραφίων τῶν διακρατιμάτων  
τοῦ αἰγίου Φαντίνου ἐκ προσταξέως τοῦ ἐνδωξωτάτου  
καππελλανου τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθεντοῦ ριγῶς, κυ-  
ροῦ βαναλδου ὃς καὶ τῷ ἐγγράφον μοι ἐποίησε ὑπαρ-  
χει δε ὁ περιορισμὸς τοῦ τιούτου χωραφίου ἀπο μὲν  
ἀνατωλας σύνορον τοῦ καστρου Φαγου ἀπὸ δὲ δυσείως  
εἰσὶν τὰ κέντρα τὰ ἄπερ ἐκέντρήσαν οἱ μοναχοὶ τοῦ  
αἰγίου νικοδήμου· ἐκ δὲ νωτοῦ ὁ ποταμὸς· ἀπο δὲ  
ἄρκτρου ὁ ἄρμος· καὶ συνκλήει. ἵνα κεντρώμεν τοῦς  
ἀγριελλαιούς καὶ τῇ δὴ ἑτέρῳ ὁ τόπως ἐλάχεν καὶ  
ἀπιδας· καὶ ὑπερ τοῦτων ἔδυσamen σε ἀδελφούς καὶ  
κληρονόμους σου εἰς τὸ μέρος μου. ἵνα μου βοηθή-  
σεται εἰς τὰ κέντρα καὶ ἄπεξαι τὸν τόπον καὶ εἰς  
ἐνφάνιαν ποιῆσαι καὶ μετὰ τῇν μύρισιν ὁ κυριοσωπος  
τὸν τόπον . . . ἵνα μυράσωμεν τῷ μέρος χωραφίου  
καὶ ἡμεροδένδρων ἐν ἰσότητι· ἀπόστρεψιν μοι εἰς τὴν  
ἐξοδὸν τοῦ τῶπου τὰρία τέσσαρα. καὶ τουτω ἐποιή-  
σαμεν ἐνωπίον ἀξιολογῶν καὶ ἀξιοπιστῶν μαρτυρῶν.

† δανιήλ ποτιριτῆς τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ. †  
γεώργιος. . . . υἱοῦ γρηγορίου μανδிலου μαρτυρ.  
† ἰωάννης υἱοῦ γρηγορίου μανδிலου μαρτυρ. † ἀνδρέας  
πασταπας μαρτυρ. † νικολαὸς πασταπας μαρτυρ.  
† ἀνδρέας υἱοῦ ἀντωνίου μαρτυρ. † ἰωάννης νοταριος  
ο τοῦ κληριμούντου τὰ ἀνωτέρω μαρτυρῶ.

† ἐγγράφη τὸ παρόν ἐγγράφον ἔτους ςχζή·

(Ex membrana Archivi Neapolitani — n.º 88.)

dibus et successoribus, quoniam accepimus unum  
ex praediis in pertinentiis sancti Phantini, de man-  
dato domini Ranaldi gloriosissimi capellani sancti  
domini nostri Regis, qui Ranaldus instrumentum  
mihi fecit. Est vero huiusmodi praedium ita circum-  
scriptum: ab oriente (*exstat*) confinium castri Fagi;  
ab occidente arbores, quas monachi sancti Nicode-  
mi inseverunt; a meridie flumen; a septentrione  
Armus, et clauditur. (*Hoc vero pacto habuimus*), ut  
insereremus oleas sylvestres, et quascumque alias  
arbores praedium continet, nec non pyros. Propterea  
te, fratrem et heredes tuos nobis adiunximus, qui  
nobis opitulemini in praedictis arboribus inserendis,  
et in fundo expoliendo ac detergendo. Post partitio-  
nem vero initam cum praedii domino, partem  
(*quae nobis obtigit*) praedii et arborum fructiferarum  
aequaliter dividemus, et pro expensis solvetis mihi  
quatuor tarenos. Id autem fecimus coram egregiis et  
fide dignis testibus.

† Daniel Topoterites quae supra testor. † Geor-  
gius. . . . filius Gregorii Mandili testis. † Ioan-  
nes filius Gregorii Mandili testis. † Andreas Pa-  
stapa testis. † Nicolaus Pastapa testis. † Andreas  
filius Antonii testis. † Ioannes notarius Clarimontis  
filius quae supra testor.

† Scriptum est praesens instrumentum anno 6698.

## CCXXVIII.

1191 — Indict. IX — Colubrarii.

*Ioannes de Asberno vendit ducalis octo et viginti ecclesiae S. Nicolai de Paratico portionem vineae  
positae in agro Colubrarii.*

† σιγνον χειρὸς ἰωαννου τοῦ ασβέρνου οικείτωρ χῶ-  
ρας καλοβράρου.

καὶ γὰρ ὁ προγεγραμμένος ἰωάννης· ὁ τὸ σίγνον τοῦ  
τιμείου καὶ ζωοποιῶν σταυροῦ ἐν τῇ παρουσῇ χαρτῇ  
ποιῶνς οικεία μου βούλη καὶ ἀλλῇ προερεσει. ἐν τῇ  
τηαυτῇ χαρτῇ φαίνωμαι καὶ γὰρ· πούλωντα πρὸς τὴν  
ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου νικολαου τῆς παράτικης· ἐν  
πετξην ἀρρεμαμπέλον. ἀτινα ἔχω εἰς τὴν διακρατη-

† Signum manus Ioannis de Asberno habitatoris  
civitatis Colubrarii.

Ego suprascriptus Ioannes, qui signum veneran-  
dae et vivificae crucis in praesenti instrumento exa-  
ravi, de propria mea sententia et bona voluntate  
hac chartula declaro vendere ecclesiae S. Nicolai  
de Paratico unam portionem vineae incultae, quam  
possideo in pertinentiis Colubrarii ubi dicitur flu-

σιν τοῦ καλοβάρου εἰς τοπον λεγόμενον του πετα-  
μοῦ σίγνου· διὰ τιμῆς δουκατων ἡκωσι ὁκτώ· καὶ  
συνωρίζεται δὲ τὴν αὐτὴν ἀρρεμαμπέλον οὗτος· ἀνά-  
τολάς μὲν τὸ μύλον· τῆς προγεγραμμένης ἐκκλησίας  
του ἁγίου νικολαου. δυσμὰς δὲ παλιν· τὴν ἀμπέλον  
του πρεσβυτερου κοστα. υἱος του λεοντος σιμίω. βορρ-  
ε δὲ τὴν ἀμπέλον τῆς ἐκκλησίας μεσυμυρίας δὲ τὴν  
οδὸν ἀτίνα ἀναβένει ἀπο τοῦ πωταμου. καὶ υπάγει.  
διαπλησιον τοῦ πούληθέντος ἀρρέμαμπέλου. καὶ συν-  
κλῆ τετραμερὸς σὺν εἰσόδῳ τε καὶ ἐξόδῳ αὐτου. καὶ  
καθὼς περιέχει τὴν κλουσαν μου ὡθεν λαβὼν καγῶ  
ο προγραφὴν ἰωαννης τῆν προγραφῆσαν τιμὴν παρα  
τοῦ ἡγουμένου νιφου. ἐπίησα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τὴν  
παρούσαν ταυτὴν ἐγγράφον· τελειαν καὶ πλήρηστα-  
την· του ἔχει καὶ κρατεῖν τὴν ἐκκλησίαν παντοτε  
εἰς αἰῶνα αἰώνων πούλειν χαρίζην καὶ ποιὴν τῶν αὐ-  
τοῦ θέλῃσιν, ὅς τῆν ἐξουσίαν καὶ τὴν κυρίαν. παρ ε-  
μου εἰσιῖφως. μὴ κολουωμένος παρα τινος εἰν δε πωτὲ  
καίριῳ εἰ χρονῳ φανεί τις ζητήσιν. εἰ ἀγωγὴν κατα  
τὴν ἐκκλησίαν ποιήσῃ· εἴσταμαι ἐγὼ του διεκδικᾶν  
αὐτο ἐκ παντός προσώπου· καὶ ἀζημιωτον ποιῆσαι·  
εἰ δὲ πρὸς ἀνατρωπὴν ποιήσωμαι· ὁμολογῶ καγῶ του  
ζημιουσθαι ἐγὼ τε καὶ ο ζητῶν αὐτὸ ἐν το φίσκῳ  
ριγάτα λς, ἡθ οὕτως. μενέτω ἀπαρασάλευτον πα-  
ρουσία ευρεθέντων ἀξιωπίστων μαρτυρων. γραφὴν δια  
χειρὸς πρεσβυτερου γουλιελμου. ετους ςχζθ'. ἰνδι-  
κτιωνος θ'.

† ο τοῦ καλοβάρου κριτῆς Ἰωσφρεδος μαρτυρ  
υπεγραφα διὰ του σταυρου.

† ο του καλοβάρου καὶ αὐτος κριτῆς ὁν μαιστωρ  
ἰωαννης χαλκεῦς μαρτυρ υπεγραφα ὁμοίως.

† ο κυρ γουαλτεριος υἱος του κυρ ρογερίου μαρ-  
τυρ υπεγραφα δια τοῦ σταυρου ὁμοίως.

† ο κατα τὴν ἡμερὰν στρατηγὸς καλοβάρου ρο-  
γεριος μανδατωρ μαρτυρ υπεγραφα δια του σταυρου.

† ο κυρ γουιδος καβαλλέρης μαρτυρ υπεγραφα.

† ο κυρ ἀλεξάνδρος υἱος του κυρ γουλιελμου κουρ-  
σάρης μαρτυρ υπεγραφα.

† ego robertus de pulemo testis sum.

† πρεσβύτερος λεων του κυρ σεργίου μαρτυρ υπε-  
γραφα δια τοῦ σταυρου.

† πρεσβύτερος τωλωμαῖος υἱος του πρεσβυτερου  
λεοντος μαρτυρ υπεγραφα ὁμοίως.

† ο πρεσβύτερος βαρισιάνος μαρτυρ υπεγραφα δια  
του σταυρου.

men Signi, pretio ducatorum octo et viginti. Sunt  
autem fines eiusdem vineae incultae: ad orientem  
molendinum suprascriptae ecclesiae S. Nicolai ;  
ad occidentem vinea presbyteri Constae filii Leonis  
Simii; ad septentrionem vinea ecclesiae ; ad meri-  
diem via , quae ascendit a flumine et vadit iuxta  
vineam quam vendidi, et clauditur his quatuor fi-  
nibus , cum ingressu et egressu , et sicut compre-  
hendit clausuram meam. Quum igitur ego suprascri-  
ptus Ioannes accepissem antedictum pretium ab he-  
gumeno Nipho , feci ecclesiae praesens venditionis  
plenae atque perfectae instrumentum , ut ecclesia  
semper et in secula seculorum habeat et possideat  
ipsam (vineam) cum facultate vendendi, donandi, et  
faciendi quidquid voluerit, utpote quae dominium et  
potestatem a me accepit, absque ullo impedimento.  
Si quis vero aliquo tempore apparuerit volens litem  
aut quaestionem ecclesiae inferre , debeam obsta-  
re , eamque defendere a qualibet persona et ab  
omni damno immunem praestare. Si autem contra-  
rium fecerim, poenae nomine solvere tenear Fisco  
tam ego, quam ille qui litem moverit, regales sex  
et triginta ; et nihilominus ratum maneat praesens  
instrumentum factum coram fide dignis testibus, qui  
interfuerunt, et scriptum manu presbyteri Gulielmi  
anno 6699, indictione IX.

† Goffredus Colubrarii iudex testis per crucem  
subscripsi.

† Magister Ioannes Ferrarius et ipse Colubrarii  
iudex testis similiter subscripsi.

† Dominus Gualterius filius domini Rogerii testis  
item per crucem subscripsi.

† Rogerius Mandator pro tempore Colubrarii  
Strategus testis per crucem subscripsi.

† Dominus Guido Caballarius testis subscripsi.

† Dominus Alexander filius domini Gulielmi Cur-  
saris testis subscripsi.

† Presbyter Leo filius domini Sergii testis per  
crucem subscripsi.

† Presbyter Ptolomaeus filius presbyteri Leonis  
testis similiter subscripsi.

† Presbyter Barisanus testis subscripsi per cru-  
cem.

† ὁ κυρ γραδάλανες υἱος τοῦ κυρ αλεξάνδρου τοῦ  
μονδοῦ μαρτυρ υπέργραφκ.

† ego filippus filius tholomei testis sum.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 83.)

† Dominus Gradalaues filius domini Alexandri de  
Mondo testis subscripsi.

## CCXXIX.

1192 — Mense Ianuario — Indict. X.

*Testamentum Gervasii filii defuncti Ioannis Chabitae.*

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρὸς. καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ  
αγίου πνεύματος. καγὼ γεββάσιος γνυσίος υἱὸς τοῦ  
ἀποικωμένου ιωάννου τοῦ ἐπιλεγωμένου χαβήτου ἐν  
νόσω βαρυτατῇ περίπεσῶν καὶ τὴν ἀδράαν τομήν  
τοῦ θανάτου πτωοῦμενος ἕως οὗτο κύριος τοῦ ἰδίου  
μου λογησμοῦ καθήσταμαι καὶ τὸν νοῦν καὶ τὰς φραί-  
νας ἐρρωμένηας καὶ σώας ἔχω. Θέλω καὶ βούλομαι  
ὅπως μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόβίωσιν γενεσθῶ οὕτως. ἐν  
πρώτοις οὖν ἐπιτρέπω ὅπως δωδήτω ὑπὲρ ψυχῆς  
μου σωτηρίας νομισματα δώδεκα. ὁμοίως καὶ ὑπὲρ  
ψυχῆς σωτηρίας τῆς μακαριωτάτης μητρως μου  
ρηγίνας εἰς τὸν πανσπεπτον ναὸν τοῦ σοτηρίου πατρός  
ἡμῶν Φαντινίου τὴν μεγαλὴν ἀγαιλάδαν. ὡσαύτως καὶ  
τῇ ἐμῇ ἀνεψία κωνσταντίζα ἀγαιλάδαν μίαν. καὶ χοι-  
ριδίον μίαν καὶ πρῶτα καὶ ἀιγιδία κίνα δέκα.  
περὶ δὲ τῶν ἐτέρων πρωβάτων. χοιρηδίων. βοιδίων.  
καὶ ἀιγιδίων, σὺν τῷ ὀνίκῳ. ἔστωσαν τῆς ἡμῶν γυ-  
νῆς μαρίας. καὶ τῶν τριῶν παιδῶν μου τῶν ἀρβῆ-  
νων. λέγω δη. ιωάννου, καὶ οτοῦ, καὶ γουλιελμου.  
ὁμοίως καὶ τὸν οἶκον ἐν ᾧ κατοικῶ σὺν τῶν ξυλοβα-  
δίων καὶ ὁ οἶκος κενός ἔστω τῆς γυνῆς μου μαρίας,  
καὶ τριῶν παιδῶν μου τῶν ἀρβῆων. περὶ δὲ τῶν  
δωδεκάτων νομισμάτων. ἐξ ὧν ἔκρινα ὑπὲρ ψυχῆς  
μου σωτηρίας ἐπιτρέπω οὕτως. ἵνα δωδῇτω ἐξ αυ-  
τῶν. εἰς τὸν ναὸν τοῦ σοτηρίου πατρός ἡμῶν Φαν-  
τινίου. ἐν ᾧ μελλεῖ κοιθεσθαι τὸν ἁμαρτολὸν μου σῶμα  
νόμισμα εἰς. ὁμοίως καὶ εἰς τὴν μεγαλὴν ἐκκλησίαν  
τῆς ἐπισκοπῆς κίνα δινάρια δώδεκα. ὁμοίως τῷ πνευ-  
ματικῷ μου πατρὶ ἱερομονάζωντι ἀνάστασιω δινάρια  
ιβ'. καὶ ταῖς καλογραιαῖς τῆς μονῆς τοῦ σοτηρίου πα-  
τρός ἡμῶν νικολάου τῆς νοῦδας, δινάρια. ιβ'. καὶ τῇ  
σουριανῇ ἡ ἀνεψία τῆς καλογραιας μάρθας δινάρια  
ὀκτώ. ὡσαύτως καὶ τῷ ἱερομονάζωντι τῆς μονῆς τῆς

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Ego Gervasius legitimus filius defuncti Ioannis cogno-  
mento Chabitae, cum in gravissimum morbum inci-  
derim, et timeam ne mors acuto suo gladio in me  
ingruat, dum mentis meae compos sum, animumque  
validum ac sanum habeo, volo et mando, ut post  
meum obitum fiant quae sequuntur. In primis dispono  
ut pro animae meae salute dentur numismata duode-  
cim. Item et pro salute animae beatissimae memoriae  
matris meae Reginae (detur) venerabili templo serva-  
toris patris nostri Phantini maior vacca. Item et con-  
sobrinae meae Constantiae vacca una et sucula una,  
et oves et capellae recens natae decem; reliquae  
vero oves, porcelli, vituli et capellae cum asino  
sint uxoris meae Mariae et trium filiorum meorum,  
videlicet Ioannis, et Odonis, et Gulielmi. Item et  
domus quam incolo cum ligneo pavimento, ac do-  
mus nova sint uxoris meae Mariae et trium filiorum  
meorum. De duodecim vero numismatis, quae animae  
meae saluti destinavi, hoc modo dispono, ut detur  
ex his templo servatoris patris nostri Phantini, in  
quo corpus mei peccatoris sepeliendum erit, numisma  
unum. Item et maiori ecclesiae episcopali denarii  
duodecim recens cusi. Item spirituali patri meo  
monacho Anastasio denarii duodecim. Et monia-  
libus monasterii servatoris patris nostri Nicolai de  
Nuda denarii duodecim. Et Surianae consobrinae  
monialis Marthae denarii octo. Item et presbytero

ἀγίας Θεοτοκου τῶν ἀρμυων. διναρια. δ'. καὶ ταῖς  
καλογραιαῖς τῆς αὐτῆς ἀγίας μονῆς διναρια. δ'. ὁ-  
μοίως καὶ . . . . . τοῦ κοποιῶντος ἐν αὐτῇ  
μονῇ διναρια. δ'. καὶ εἰς τὴν μονὴν τῆς σαβοκίνας  
διναρια. δέκα. ὁμοίως καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἀρχιστρα-  
τηγού μιχαήλ. . . . καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ λέοντι ὁ  
διηκονητής ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ. διναρια. δ'. καὶ εἰς τὸ  
ξενοδοχεῖον τοῦ ἀγίου βηθου. διναρια. κ'. ὁμοίως καὶ  
ταῖς καλογραιαῖς τοῦ ἀγίου Φαντίου διναρια ἰκωσι.  
καὶ εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἀγίου ἰουλιανού. διναρια. η'.  
καὶ τῷ καππελλανῷ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. διναρια.  
η'. καὶ τῇ ἰδία μου τῇ πτωχομουνδα. δυγατρι. .  
. . . . . διναρια. . . . καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ ἰωαννῇ  
τοῦ μιλιωτου. διναρια. ιβ'. καὶ τῷ ἐξαδελφῷ μου  
πρεσβυτέρῳ ἰωαννῇ χαβητη. διναρια. ιβ'. καὶ τῷ  
πρωτοπαπᾷ ἰωαννῇ διναρια. . . . καὶ τοῖς ἱερευσιν  
γρίκους τε καὶ λατινοὺς. τοὺς μέλλοντας ἐπιτελεῖν  
τὴν κοιδίαν μου. ἐξωδιαξέσθαι αὐτοῖς νομίσματα β'  
δύο. καὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἀγίας Θεοτοκου τοῦ κοσμᾶ  
θηναρια. δ'. καὶ ταῖς καλογραιαῖς τῆς αὐτῆς μονῆς  
διναρια. δ'. περὶ δὲ τῶν ἐναπαμεινωτῶν ρηθεντων  
νομισμάτων. ἐξ. . . . . ἱερεὺς ἵνα ποι-  
οῦνται. ἐξ αὐτῶν. λειτουργίας. καὶ εὐχεσθαι ὑπὲρ  
ψυχῆς μου σωτηρίας. καὶ τὰ νομίσματά μου τοῖς  
πτωχοῖς. . . . . περὶ δὲ τῆς ὑπο-  
στάσεως κλοιρονομικῆς· ἐπαφίω τῇ ἀνεψία μου κων-  
σταντζα. ἀμπελων. ρήξες διάκωσιας ἐν τῷ ἀμπελίῳ  
μου, ὅπερ ὑπάρχει ἐν τῷ . . . . . ἀρχοῖ  
ὁμοίως καὶ εἰς τὸ ἀμπελίον μου τῆς πουργούρας· ἐ-  
παφίω αὐτῇ ἀμπελῶν ρήξες. ἑκατὸν. καὶ οὕτως.  
ἐὰν τελευτῇ. ἡ ρηθῆσα κωνσταντζα ἀνευ κλοιρονο-  
μοῖας ἵνα διαμενέτω ἡ ρηθῆσα ὑπόστασις. τοῖς ἑμοῖς  
παιδῶν τῶν ἀρραίνων περὶ τῶν ἐτέρων ἀμπελίων  
ἡγουν τὸ ἀμπελίον τὸ ἐρωμενον τοῦ κληρματος τοῦ  
Φαρίνου. καὶ τὸ ἀμπελίον. ὅπερ ἔχω εἰς τὸ ματυ  
πλησίον τοῦ ἀμπελίου τοῦ ἐξαδελφου μου πρεσβυτε-  
ρου ἰωαννου χαβητου. καὶ τὸ ἀμπελίον ὅπερ ἔχω εἰς  
τὸ γουάλληάρδον πλησίον τοῦ ἀμπελίου. καὶ ἀποι-  
χωμενον. οὐβου τοῦ σαλερινου. καὶ τὸ ἀμπελίον ὅπερ  
ἔχω εἰς τὴν πουργούραν πλησίον τοῦ ἀμπελίου καὶ  
ἀποιχωμενον νικολάου καβαλλαρίου. ταῦτα πάντα  
ἐπαφίω τῇ γυνὴ μου μαρια. καὶ τοῖς τέκνοις μου τοῖς  
ἀρραῖνοις ἔχω δὲ καὶ χωραφία ὑποκάτω τοῦ ναοῦ τοῦ  
ἀρχιστρατηγού μιχαήλ λαχοῖδια δύο πλησίον τῆς  
διμοσιᾶς οδοῦ τὸ μὲν, εἰς ἔχω αὐτὸς πατρικῆς μου

monacho monasterii sanctae Dei Genitricis de Ar-  
mis denarii quatuor. Et monialibus eiusdem sancti  
monasterii denarii quatuor. Item et . . . . .  
qui eidem monasterio inservit denarii quatuor. Et  
monasterio Sabocinae denarii decem. Item et tem-  
plo Michaelis caelestis militiae principis. . . . .  
Et presbytero Leoni eiusdem templi diacono denarii  
quatuor. Et hospitio S. Viti denarii viginti. Item et  
monialibus S. Phantini denarii viginti. Et templo  
S. Iuliani denarii octo. Et capellano eiusdem eccle-  
siae denarii octo. Et propinquae meae Ptochomundae  
filiae . . . . denarii . . . . Et presbytero Ioanni  
Milioti denarii duodecim. Et fratris mei filio presby-  
tero Ioanni Chabitae denarii duodecim. Et protopapae  
Ioanni denarii . . . . Et presbyteris graecis ac la-  
tinis meas exsequias curaturis solvantur numismata  
duo. Et templo sanctae Dei Genitricis de Cosma de-  
narii quatuor. Et monialibus eiusdem monasterii de-  
narii quatuor. De reliquis vero numismatis . . .  
(lego) sacerdotibus ut missas ex his celebrent, et  
orent pro animae meae salute, et numismata mea  
pauperibus . . . . . De bonis vero ad heredita-  
tem pertinentibus relinquo consobrinae meae Con-  
stantiae vites ducentas in vinea mea sita in . . . .  
. . . . Item et in vinea mea de Purpura relinquo  
eidem vites centum; et si dicta Constantia sine  
heredibus moriatur, spectent haec bona ad filios  
meos mares. Reliquas autem vineas, videlicet vi-  
neam quae dicitur de Clausura Farini, et vineam  
quam habeo in Maty prope vineam nepotis mei pre-  
sbyteri Ioannis Chabitae, et vineam quam habeo ad  
Gualliardum prope vineam defuncti Hugonis de Sa-  
lerno, et vineam quam habeo ad Purpuram prope  
vineam demortui Nicolai Caballarii, has omnes in-  
quam vineas relinquo uxori meae Mariae et meis fi-  
liis maribus. Insuper possideo praedia duo in inferio-  
ri parte templi S. Michaelis caelestis militiae ducis  
apud viam publicam, quorum unum ex paterna  
hereditate possideo, alterum situm sub Area in seu-



κλαιορονομίας τὸ δὲ ἕτερον ὅπερ ὑπάρχει ὑποκάτω τοῦ  
 ἁλωνίου. ἔχω αὐτὸς Φιον. ἀπο τοῦ αὐθεντοῦ. κυροῦ  
 βαϊμάριου. ἔχω δὲ ἕτερον χωράφιον εἰς τὸ χεῖμαρρον  
 τοῦ τρεκτοπυλου. ὅπερ ἔχω αὐτὸς πατρικῆς κλοι-  
 ρονομίας. ὅπερ μυράζω αὐτὸς. μετὰ τοῦ ἑξαδελφου  
 πρεσβυτερου ιωαννου χαβητου. καὶ τοῦ μηχαηλ τοῦ  
 κανδου. ἔχω δὲ ἑτέρα χωράφια εἰς τὸ μαστηκῶ. πλη-  
 σιον τὸν χωράφιον. τὸ μὲν ἐν λαχοι. τῶν τοῦ βουρ-  
 ζωνουτου. τὸ δὲ ἕτερον. πλησιον τοῦ χωράφιου πρω-  
 τοπαπα ιωαννου. ομοίως ἔχω χωράφια εἰς τὰ πα-  
 λαιὰ θερμὰ. πλησιον. καὶ συνέγγεις τοῦ χωράφιου.  
 ὅπερ ἔδωκε. ἐν τῷ αὐτῷ τωπῳ. ὁ ἐλίου πατηρ. τῷ  
 ιωαννῇ τοῦ Φιτεῦειν ἐν τῇ κολημβηθρα τοῦ βα-  
 πτησματος. μυράζω αὐτὰ μετὰ τοὺς ἐμοὺς ἰδίους.  
 ἔχω δὲ ἑτέρα χωράφια. εἰς τὸ πύρον τοῦ φραζα μοι-  
 ράζω καὶ αὐτὰ μετὰ τοὺς ἐμοὺς ἰδίους. ὡσαύτως δὲ  
 ἔχω. χωράφια. εἰς τὸν ἅγιον ἀρχιστράτηγον τοῦ  
 λαυρετου. μυράζω καὶ αὐτὰ μετὰ τοὺς ἰδίους μου.  
 ἔχω δὲ ἑτέρα χωράφια. εἰς τὸν τοπον τῆς βιγγιάρ-  
 ρας. ομοίως ἔχω ἑτέρα χωράφια εἰς τὸν ἀππετζου-  
 κλασον μυράζω καὶ αὐτὰ μετὰ τοὺς ἰδίους μου. ἔχω  
 χωράφια εἰς τὸ τουβουλον τῆς πέτρας. πλησιον  
 τοῦ χωράφιου ιωαννου . . . . . ἐπὶ ἀνα-  
 τολικου μερους. καὶ τὸ χωράφιον τῶν τοῦ ιωαννου  
 βισκωμιτος. ταῦτα μὲν τῶν ρηθέντων ὑποστάσεων.  
 ἔχω αὐτὸς πατρικῆς μου κλαιορονομίας. καὶ μυράζω  
 αὐτὰ. μετὰ τῶν ρηθέντων ἰδίων μου. τὸν τε. πρε-  
 σβυτερον. ιωαννῇ χαβητην. ὁ ἐμὸς ἑξαδελφος. καὶ  
 λοιπους. ἔχω δὲ ἑτέρα χωράφια ἐκ τῆς μητρικῆς μου  
 κλαιορονομίας. εἰς τὸν γυάουκου. πλησιον τῆς ὁδοῦ ἣ  
 ἀπάγουσα εἰς τὸν ἅγιον σεβαστιανον. καὶ ἀλλαχοῦν.  
 μυράζω αὐτὰ μετὰ τοὺς ἰδίους μου τοὺς ἑξαδέλφους  
 μου. ομοίως ἔχω χωράφια. εἰς τὸν καλλεντον. πα-  
 τρώας μου κλαιορονομίας. πλησιον τοῦ χωράφιου τῶν  
 τοῦ χρισιλίου. ὡσαύτως δὲ ἔχω ἑτέρα χωράφια. εἰς  
 τὴν βαρβαρην. μητρικῆς μου κλαιορονομίας. καὶ πλη-  
 σιον τῶν χωράφιων. τῶν τοῦ κυροῦ ράου ποκαυλι-  
 νου. μυράζω αὐτὰ μετὰ τοὺς ἰδίους μου. ἔχω χω-  
 ράφια εἰς τὸν κηκερελλον. πλησιον τῶν τοῦ βοιά-  
 τζου. καὶ τὸν χωράφιον ὅπερ ὑπάρχει εἰς τὸ σαλή-  
 κω. πλησιον τοῦ χωράφιου τῶν τοῦ αρτζέρι. καὶ  
 αὐτὰ μητρικῆς μου κλαιορονομίας καὶ ἐπαφίω αὐτὰ  
 τοῖς ἐμοῖς τέκνοις τῶν ἀρρένων. καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀνε-  
 ψιῖς σῶα καὶ ὀλόκλοιρα. ἡγῶ τὰ τοῦ κηκερελλου.  
 καὶ τοῦ σαλίκου. ταῦτα μὲν τῶν ρηθέντων χωρά-

dum teneo a dynasta domino Guaimario. Habeo  
- † του ὁλου ἡφου γραφεὺς θεοφωρος ἱερέως καὶ δευτερέων ὑπερέγραφε.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 103.)

ab occidente, septentrione et meridie, ut descendit cuncta vallis recta usque ad dictam viam. Memoratum praedium dono huic sancto monasterio cum dictis finibus, ipsius introitu et exitu, ut pro redemptione et remissione peccatorum meorum parentum oretis, et in sanctis et venerabilibus diptychis me peccatorem presbyterum Constantinum recenseatis. Sanctum igitur monasterium habeat plenam potestatem et dominium faciendi de eo quidquid voluerit. Sin autem deinceps aliqua fraude vel praetextu vel poenitentia motus, hanc puram doloque carentem donationem subvertere tentavero, sive ego ipse, sive mei heredes et successores, incurram anathema tercentorum octo et decem sanctorum divinorum Patrum, et pro poena solvam Fisco regales sex et triginta, et si nolueromnem partem huius sancti monasterii a quacunque contraria persona alacriter defendere, in eadem poenas incurram, firmum deinceps praesens instrumentum in perpetuum servans, siquidem ita mihi meaeque dignitati placuit ipsum scribi et subscribi, mense augusto, indictione II, manu Theophori presbyteri secundicerii et tabularii civitatis Crotonis, anno 6707, coram testibus.

- † Ioannes presbyter Cubuclisis subscripsi.
- † Nicolaus presbyter de Mule subscripsi.
- † Ioannes Curator testis per crucem.
- † Petrus Mentus iudex testis per crucem.
- † Totum instrumentum scriba Theophorus presbyter et secundicerius subscripsit.

CCXLVIII.

1199 — Mense Novembri 14 — Indict. III — Cuculi.

*Presbyter Consta Coxari eiusque filius Petrus donant monasteriis S. Ioannis de Cuculo et S. Stephani de Nemore praedium positum in agro Galliati.*

† σιγνων χειρος πρεσβυτερου κωνστα κοζαρι. †  
 συγνων χειρὸς πέτρου υἱοῦ αὐτοῦ. Εν ονόματι τοῦ  
 πατρός καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀμὴν·  
 κατὰ τὸν νοεμβριον μὴν εἰς τὰς ιδ'. τῆς ἐνησταμένης  
 ἰνδικτιωνος γ' τοῦ ἔτους ςηϛ'. Φερόμεθα ὁμοῖς οἱ  
 ἀνωτέρω γεγραμμένοι· οἱ τὰ σίγνα των τιμίων καὶ  
 ζωωποιῶν σταυρῶν· ἡκούεις ἡμῶν χέρσιν πῆξαντες.  
 ἀμφ' ἡερῶντωντες πρὸς σέ τον ἀγιώτατον ἀδελφόν οὐ  
 τοῦνωμα χαρρῆν της μωνῆς ἁγίου ιωάννου του κου-  
 κούλου· ἐν πρωτῆς τῆς ἡπεραγίας Θεοτοκοῦ καὶ τοῦ  
 ἁγίου πρωτομάρτυρος στέφανου· τοῦ ὄρους· τὸ ἡμέ-  
 τερων χωράφιων τὸ ὄντα καὶ διακείμενον πλησίον  
 τῆς κουλτούρας αγίας παρασκευῆς τοῦ γαλήατου·  
 ἀμφιερώνημεν αὐτῷ περὶ ψυχῆς σωτηρίας ἡμῶν  
 καὶ των ἡμετέρων γωνάων· ἡγουμενέωντος δὲ ἐν  
 τιμονη τῆς ἡπεραγίας Θεοτοκου καὶ τοῦ ἁγίου στε-  
 φάνου τοῦ ὄρους κυρου σὺδέρου. ἐν δὲ τιμονη ἁγίου  
 ιωαννου κουκουλου ἀδελφοῦ ὄντος κυρου χαρρι· ἀμ-  
 φιέρωννημεν δὲ αὐτῷ τὸ ἡμέτερον χωράφιον εἰς τὰς  
 αγίας μωνάς. ὅς ἀνωτερῶ ἔφωμεν. πρὸς ἄφωσιν καὶ  
 λήτρον τὸν ἡμετέρων ἀμαρτιῶν. σὺ δὲ ὁ ἀδελφος κυ-  
 ρος χαρρῆς ἔδωσας ἡς μᾶς αντιχάριν ἀγελαδαν μίαν  
 εἰν τοῦ μοσχάρου αὐτῆς· καὶ πρὸς πίστωσιν καὶ  
 τεληαν ἀμφιέρωσιν ἐπὶ ἡσάμεν σας τὸ παρον ἐγγραφον·  
 καὶ ἡ μὲν τεῖς ἄλλην φωρὰν φανῆ τεῖς ἐκ τοῦ μέρους  
 μας ἡ ξένος· ἡ ἡδυσ· ἡ κληρωνόμος· ἡ σὶν κληρωνόμος·  
 ζήτησιν· ἡ κύντην· ἡ ἀγογὴν πῆσαι ἡα μὴ ἡσακούεται·  
 μὴδὲ πὰρα τοῦ θυου νομου βωθδειαν ἐχην· ὅτι μάλ-  
 λος ἔδωκαμεν καὶ ἡς ἡμᾶς τον ἀγωρασίως χαρτίον  
 ὅπερ ἡχῶμεν τοῦ αὐτοῦ χωράφιου· καὶ τὸ κρήσιμον·  
 ὅπερ ἡχῶμεν ἐκ τῶν ἐρεμίτων· καὶ ἡ τις φανῆ ἐνεχλοντα  
 σχῆ· τὸ ἀναθεμα παρὰ πατρος υἱου καὶ ἁγίου πνευ-  
 ματος των τη' ἁγίων· Δεωφορων πατρων· καὶ ζη-  
 μιούστω εἰς τὸ δεσποτικον σαγκέλλιον του κραταιου  
 καὶ ἁγίου αὐθεντου ἡμῶν ριγὸς νομισματα λς ἡ πα-  
 ρουσια μαρτυρων· † βασιλειος υἱὸς γουνδινου μαῖστωρ  
 μαρτυρ· † γουνδίνος υἱὸς αὐτου μαρτυρ † μαῖστωρ  
 νικόλαος γαντατος του ἀργυρου μαρτυρ· † μαῖστωρ

† Signum manus presbyteri Constae Coxari. †  
 Signum manus Petri eius filii. In nomine Patris ,  
 et Filii, et Spiritus Sancti , amen. Mense novem-  
 bri , die XIV , decurrente indictione III , anno  
 6708. Nos suprascripti , qui signa venerabilis et  
 vivificantis crucis propriis nostris manibus exaravi-  
 mus, offerimus tibi sanctissimo fratri, cuius nomen  
 Charrin , monasterii sancti Ioannis de Cuculo , ac  
 in primis sanctissimae Dei Genitrici, et sancto Pro-  
 tomartyri Stephano de Nemore nostrum praedium  
 extans et positum prope culturam sanctae Parasce-  
 ves de Galliato pro salute animae nostrae et no-  
 strorum parentum, sub antistite in monasterio san-  
 ctissimae Genitricis Dei et sancti Stephani de Ne-  
 more domino Sidero, et in monasterio sancti Ioannis  
 de Cuculo fratre domino Charri. Offerimus autem  
 ipsum nostrum praedium sanctis monasteriis, ut supra  
 diximus, pro remissione et venia nostrorum peccato-  
 rum. Tu vero frater dominus Charris pro remunera-  
 tione dedisti nobis vaccam unam cum vitulo eius; et  
 ad fidem et perfectam oblationem fecimus tibi prae-  
 sentem scripturam. Si quis vero aliquando apparuerit  
 ex parte nostra vel extraneus, vel propinquus, vel he-  
 res, vel coheres quaestionem, litem aut actionem illa-  
 turus , ne audiat , neque a divina lege auxilium  
 habeat. Ad haec dedimus vobis emptionis chartulam,  
 quam habemus de ipso praedio, et iudicatum quod  
 habuimus ab Eremitis; et si quis apparuerit mo-  
 lestiam afferens , habeat anathema a Patre , Filio  
 et Spiritu Sancto, et a tercentis octo et decem sanctis  
 divinisque Patribus , ac mulctetur regio Fisco po-  
 tentis et sancti domini nostri Regis numismatis sex  
 et triginta. Coram testibus. † Basilius filius Gundini  
 magister testis. † Gundinus filius ipsius testis. †  
 Magister Nicolaus Gantatus de Argyro testis. † Ma-

γριμφουλανος μαρτυρ. † μιχαηλ υιος αυτου μαρτυρ  
υπεγραφα † γρηγοριος υιος πρεσβυτερου κωνστα  
κοξαρου μαρτυρ † ασιμιος αδελφος αυτου μαρτυρ.

† ἐγράφη χειρὶ ἐμοῦ πρεσβυτερου κωνσταντίνου ἀπὸ  
ἀστειος κουκούλου μηνος καὶ ἐτους καὶ ἰνδικτιωνος τῆς  
πρωγραφείσης.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 104.)

gister Grimphulanus testis. † Michael filius ipsius  
testis subscripsi. † Gregorius filius presbyteri Con-  
stae Coxari testis. † Asimius frater ipsius testis.

† Scriptum manu mei presbyteri Constantini de  
civitate Cuculi mense et anno et indictione supra-  
dictis.

## CCXLIX.

1200 — Indict. III — Nicoterae.

*Supercia vidua presbyteri Rhai vendit Matthaeo filio Ebuli domum sitam in civitate Nicoterae  
tarenis aureis triginta.*

† σίγνον χειρός σουπέρκιας τῆς ποτὲ γυνῆς πρεσβυ-  
τέρου ράου υιοῦ πρεσβυτέρου πέτρου του καππελ-  
λάνου τῆς καπέλλας νικοτέρας.

Ἐγὼ ἡ προγραφεῖσα σουπέρκια δὲ τῶ σίγνον του τι-  
μοίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἰκύν μου χηρὶ καδῆπο-  
γράφας, τὴν παροῦσαν ἐγγράφον ἀπλὴν εὐχάριστον  
αμετάτρευτον, καὶ πληρῆστέτην διάπρασιν οἴκου τῆ-  
δεμοι καὶ ποιῶ εκουσία μου βουλῇ καὶ γνώμῃ καὶ  
ηκία πρόβρεσει, τὸ οὐκ ἐκ τήνος το παρὰπαν ἀνᾶγ-  
κης, ἡ βίας ἡ δόλου ἡ χλεύης, ἡ ραδιουργίας, ἐκτὸς  
πᾶσης ἀπηγωρευμένης ἐτίας, δὴ ἵς ἐν ἀληθείᾳ ὁμω-  
λογὸ ἡ ἀνωτέρω σουπέρκια πεπρακέναι το προσόν μου  
οσπῆτοιον, τῶ ὄντα καὶ διακείμενον ἐν τῷ ἀστὶ νικο-  
τέρας καὶ το ὤπερ μου ἀφῆκε ἐν μακαρία τῇ μνημῇ  
αυτοῦ ὁ πρεσβύτερος ράος ὁ πωτὲ καππελλάνος του  
αγίου μαθθαίου νικοτέρας, δια τὴν δοῦλεψιν τῆς  
σαρκὸς μου ὁπερ ἐπῆσαν πρὸς αὐτῶν ἐν τῇ ζωῇ  
αὐτοῦ. πρὸς σὲ τον κύρον μαθθαίον τοῦ ἐβουλου τὸν  
κὲ γανβρόν του γέροντος λεοντος φράνκου ὁπερ καὶ  
περιορίζεται ὁ τηρῦτος οἶκος αὐτος, ἀπο μὲν ανατο-  
λᾶς ὁ οἶκος κύρου νικολάου καβαλλαρίου το ὁπερ  
υπήρχε γιοφφου σάντανέλλου, δίστειος ὁ οἶκος ὁ χα-  
λασμός τοῦ κραταιοῦ βηγῶς που υπήρχε τοῦ λάζα-  
ρου, ἀπο δὲ βωρρᾶς ἡ βηνέλλα ποῦ ὑπάρχει ἡς το  
ὠπησδεν μέρος του γιάννουτου καὶ του προγραφέντος  
οἴκου, καὶ ὁ οἶκος ποῦ ὑπήρχε του γιάννουτου, περὶ  
δὲ του νωτῖου μέρους, τῶ οἰκδοκων ἀχρι του κρημινοῦ  
τὸ ἀπερ ἐπρασεν προῦ σου του αγοράστοῦ, καὶ συν-  
κλῖ ὁσὸν καὶ ἴον ἐστῆν, ταῦτων τὸν πρόγραφέντα  
οἶκον πέρασαν αὐτὸ πρὸς σὲ τοῦ κυροῦ μαθθαίου τοῦ

† Signum manus Superciae viduae presbyteri  
Rhai filii presbyteri Petri Capellani Capellae Nico-  
terae.

Ego suprascripta Supercia, quae signum veneran-  
dae et vivificae crucis propria mea manu exaravi,  
hoc simplicis, gratae, inconcussae, ac plenissimae  
venditionis domus instrumentum condo et facio spon-  
tanea mea voluntate ac mente, et propria delibera-  
tione, absque omnimoda necessitate, vel vi, vel dolo,  
vel fraude, vel malitia, ac sine quacumque ve-  
tita causa; quo (instrumento) vere declaro ego su-  
prascripta Supercia vendidisse tibi domino Matthaeo  
filio Ebuli ac genero senioris Leonis Franci domum  
meam sitam et positam in civitate Nicoterae, quae  
mihi obvenit ex beata memoria eiusdem presbyteri  
Rhai olim capellani sancti Matthaei de Nicotera,  
propter servitia, quae ego corpore meo ipsi prae-  
stisti tempore eius vitae. Huiusmodi autem finibus  
haec domus circumscribitur: ab oriente domus Ni-  
colai Caballarii, quae erat Gioffi Santanelli; ab oc-  
cidente domus diruta potentis Regis, quae erat  
Lazari; a septentrione Vineha posita ad posticam  
partem Giannuti, et suprascriptae domus, nec non  
domus, quae Giannuti erat; atque a meridie do-  
mus, quae extenditur usque ad rupem, quamque ma-  
iores tui emerunt; et clauditur. Suprascriptam igitur

ἐβουλου τον κὲ γανβρόν του γέροντος λέοντος Φραν-  
κου ης τελίαν νωμίν καὶ αναφέρειτον δεσπωτίαν χωρῆς  
πάσης απηγωρευμένης ετίας ἥς χρίσοῦν ταρία τρία-  
κοντα εκ την μουνῆταν του αγίου και κραταιού ρηγός  
Φρεδερίκου, ἄτηνα λαβόν καγὸ ταῦτα απο χηρῶν σου  
τέλια καὶ ανελλοιπα. και πληρωθῆν απο του τιαῦτου  
τμηοῦματος παρεδωκῆ συ τήν πᾶσαν αυθεντίαν και  
κυρηῶτητα του τιουτου οἴκου, ἵνα απο την σύμερον  
ἡμέραν και ὦραν, ἵνα ἔχης αυτῶ ἰς ἡδῆαν εξουσίαν  
πουλήν χαρήξην ανταλλάττην και ης πρῆξ τέκνων  
γράφην και η τη βουληθῆς ποιοῖν απ αὐτοῦ, ος τὸ  
κύρος και την εξουσίαν παρ' εμοῦ ἡλυφῆς, ηκυῶμαιδα  
δὲ και τήν νωμηκῆν δεφενσίωνα, μη ἐμποδιζῶμενος οι  
κωλιῶμενος παρ' εμοῦ μήτε παρὰ τήνος, ἀλλ ὅστις  
δὲ Φωραθῆ ἐναντηρουμηγός σε ἀπο του τηαῦτου οἴκου,  
στῆκην και δι:εκδικᾶν σαι απο παντός ἀνδρωπων  
ξένων τε και ἡδοῖων, ἱ δε και ου διεκδικῆσω σαι, ἀλλ  
μετάμελος γίνωμε απο τῆς τηαντης πρᾶσεως, ομο-  
λωγὸ ζημοῖουστε με ὑπερ παραβάσεως του τμηοῦ  
και ζωποιοῦ σταυροῦ προς σὲ τὸν αγωράστιν τω  
τῆμοιμαν ἐπὶ του διπλοῦν, και ης την κόρτην του  
κράτεοῦ ρηγός, νομίσματα λς, και ἡθ οὕτω μενέτο  
ι παροῦσα πρᾶσης προς σὲ τὸν αγωραστῆν βέβαια  
και απαρασῆλευτος αχρη τερμάτων αἰώνων ητις ἐγρά-  
φη χιρεῖ καμοῦ ιωάννου καστ:ελλάδιου και κατὰ των  
κερὸν εξουσιᾶστήν νικοτέρας του ἔτοις 5ψή ἰνδικτιῶ-  
νος γ' εν παρούσοῖα μαρτύρων.

† Ego petrus de nicotera testis sum.

† δαιωδάτος υἱὸς πετρου κουντζατέρου μάρτυρ.

† ιωάννης νοτάριος μάρτυρ.

† ιωάννης μαζάρας μάρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 105.)

domum, quanta et qualis est, vendidi tibi domino  
Matthaeo filio Ebuli, et genero senioris Leonis Franci  
in perfectum dominium et potestatem non auferen-  
dam, absque omni prohibita causa, tarenis aureis  
triginta de moneta sancti et potentis regis Friderici.  
Quibus perfectis et integris acceptis ex tuis manibus,  
cum mihi satisfactum sit de huiusmodi pretio, totum  
dominium et potestatem huiusce domus tibi tradidi,  
ut a praesenti die et hora ipsam possideas cum fa-  
cultate vendendi, donandi, commutandi, atque in do-  
tem filiorum scribendi, ac de ea quidquid volueris  
faciendi, utpote qui ius auctoritatemque a me ac-  
cepisti. Polliceor etiam tibi legitimam defensionem,  
ut nullum impedimentum vel obstaculum tibi a me  
vel a quovis inferatur. Si quis autem propter hanc  
domum tibi adversari molitur, me obstituram at-  
que ab omni persona extranea vel propinqua te  
defensuram promitto. Nisi vero te defendero, sed  
huiusmodi venditionis me poenituerit, tunc propter  
venerandae et vivificae crucis violationem tibi emptori  
duplo pretio, ac Curiae potentis Regis sex et tri-  
ginta numismatis mulctari consentio. Et sic deinceps  
praesens venditio maneat tibi emptori stabilis et  
inconcussa usque ad finem seculorum; quae scripta  
fuit manu mei Ioannis Castellani atque pro tempore  
Nicoterae baiuli anno 6708, indictione III, coram  
testibus.

† Adeodatus filius Petri Cuntzateri testis.

† Ioannes notarius testis.

† Ioannes Mazara testis.

## CCL.

1200 — Indict. III — Cyr-Zosimi.

*Landus prior monasterii Cyr-Zosimi vendit presbytero Eliae praedium positum in loco dicto Alonitzi.*

† σύγνον χηρὸς κυροῦ λάνδου πρίόλῳ τοῦ κυροῦ  
ζωσήμου.

† Ἐν ονόματι τοῦ πατρὸς και τοῦ υἱοῦ και τοῦ  
ἀγίου πνευματος· ἐγὼ ὁ προγεγραμμένος· ὁ τὸν σύγνον  
τοῦ τιμήου και ζωῶποιοῦ σταυροῦ ἤκῃα μου χηρῇ  
πύξας. Φαίνομε πουλοντα εἰς σὲ ἱερέος ἡλῆα· ἀμα μὲ

† Signum manus domini Landi prioris Cyr-Zo-  
simi.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
Ego suprascriptus, qui signum venerandae et vivifi-  
cae crucis propria manu mea exaravi, vendo tibi  
presbytero Eliae simul cum curatoribus vineam, quae



τοὺς ἐπιτρῶπους τὸ ἀμπέλον τὸ ὥπερ ἦν τῆς γηγενῆς τοῦ νικόλα γαλληκλάνου δια νομισμα ἐν καὶ δουκά-  
τα. δ'. ἐστὶν δὲ τὸν τιούτον ἀμπέλον εἰς τὴν τοπο-  
θεσίαν τοῦ ἀλονήτζη τοῦ ἐπρόσθεν τοῦ χορίου καὶ  
εἰσὶν οἱ ὀρίσθης ἀπο μὲν ἀνατολὰς καὶ μεσήμεβρης  
ρικκάρδου υἱοῦ τοῦ ἰωαννου τῆς πόλλας καὶ δῆτιν·  
δοιᾶτου τῆς πόλλας καὶ ἐκ βορρὰς ἢ ἀπάγουσα·  
ἢ οδὸς· εἰς τὸν ἀμπέλον πᾶπα γουλιέλμου. καὶ δῆ-  
δωμέν σοι ἐξουσίαν πουλεῖν· χαρῆζην ἀντηκατάλλατ-  
τειν· γραφεῖν προιεῖ· κληρωνώμοι σου ἡδίοις καὶ  
διαδῶχοις καταληπεῖν, ὡς τω κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν  
πᾶρ ἐμοῦ ἡληφός· καὶ γνωρήζωμεν· ὅτι τὸν τιούτον  
ἀμπέλον ρίζες εἰσιν. ρ'. π'. ἐγράφη δὲ χερῇ ἰωαννου ἱε-  
ρεος· ἐκ προστάξεως τοῦ ηγουμένου ταβουλαρίου τοῦ  
κῦρ ζωσύμου ἐν ἔτους· ς.ψ.η' ἰνδικτιωνος. γ'. πᾶρου-  
σία μαρτυρων ὑπογραψάντων.

† ὁ ἀρχιερέος βιτάλι μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

† ἱερέος ἰωαννου τῆς χρηστουδοῦλι· καὶ ἐπίτροπος  
τῆς γηγενῆς· καὶ μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

† ἰωαννης μαλουπουντου· ἐπίτροπος τῆς γηγενῆς·  
καὶ μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

† ἱερέος μαρήνου μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

† βασίλιος κρητῆς μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 88.)

erat uxoris Nicolai Galliclani, solido uno et ducatis  
quatuor. Sita autem est huiusmodi vinea in loco  
ubi dicitur Alonitzi e regione castri, eiusque fines  
sunt hi: ad orientem et meridiem Riccardus filius  
Ioannis de Polla; ad occidentem Donatus de Polla;  
ad septentrionem via, quae ducit ad vineam Guliel-  
mi presbyteri. Et potestatem tibi tradimus vendendi,  
donandi, permutandi, in dotem assignandi, heredi-  
bus et successoribus tuis relinquendi, utpote qui  
dominium et auctoritatem a me accepisti. Et de-  
claro in eadem vinea consitas esse vites centum  
octoginta. Scriptum est manu Ioannis presbyteri  
tabularii Cyr-Zosimi de mandato praepositi anno  
6708, indictione III, in praesentia subscriptorum te-  
stium.

† Archipresbyter Vitalis testis per crucem.

† Presbyter Ioannes de Christodulo curator mu-  
lieris testis per crucem.

† Ioannes Malupuntus curator mulieris testis per  
crucem.

† Presbyter Marinus testis per crucem.

† Basilius Iudex testis per crucem.

## CCLI.

1201 — Mense Ianuario 20 — Indict. IV — Scyllacii.

*Gulielmus Comes Scyllacii donat monasterio S. Stephani de Nemore nonnulla praedia posita in agro  
Scyllacensi sub annua praestatione quinquaginta carphopetalorum.*

† Ἐν ονόματι τοῦ Θεοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν  
ἰησοῦ χριστοῦ ἀμήν. Τοῦ ἔτους ςψθ'· μηνι ἰαννουαριω  
εἰκωσι τῆς ἐνισταμένης ἰνδικτιωνος δ'.

τῶν μεγίστων ἀξίων ἐστὴν, ἔφημον καὶ πρέπων. ἵνα  
τοῖς ἐαίτοις πιστῶς δουλευούσις. ἀγαθὴν ἀνταμιῶν  
ἐπιστρέφῃ μάλλον δὲ τοῦτους αὐξάνῃ καὶ περιθάλ-  
πῃ. ὅπως αἰεὶ οἱ εὐχριστοὶ καὶ πιστοὶ, ἐπὶ τὸ κρίτ-  
των προκόψωσιν. οἱ δὲ ἀπιστοὶ καὶ ὀκνηροὶ εἰς τα-  
ὐτίς ἐπὶ τὴν χώραν ἐπιτρέψωσιν. διὸ δι' καγῶ  
γουλιέλμος τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι κόμης σκύλλακος·  
μνησθῆς τὰς πολλὰς ἀγαθὰς καὶ ἀόκνους δεήσης. ἃς  
ἐκπαλι καὶ πρὸ πολλῶν τῶν χρόνων καὶ παντα-

† In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Iesu  
Christi, amen. Anno 6709, mense ianuario, die XX,  
praesente indictione IV.

Maxime dignum, laudabile et decorum est iis, qui  
nobis fidelem operam praestiterunt, bonam gratiam  
referre, quin imo eos augere et fovere, ut boni ac  
fideles in melius semper proficiant; infideles autem  
et ignavi ad bonam frugem se recipiant. Quapropter  
cum ego Gulielmus, Dei gratia comes Scyllacensis,  
multarum meminerim bonarum assiduarumque pre-  
cium, quas iamdudum, et multis abhinc annis, et  
ubique accepi . . . . . temporibus defuncti

χοῦ ἀνέλαβον . . . . . ἐν τῷ κερῷ τοῦ μακαρίτου μου πατρὸς κόμητος ἀμφοῦσου καὶ τῆς κομιτῆσης ἡμῆς μητρὸς καὶ ἡμοῦ ἄχρι τοῦ νῦν. καὶ πάλιν . . . . . πιστῶς ἐπὶ τὸ κρίττων . . . . . ἐπρωίδων δὲ γυνῆ ἀγαθῇ καὶ πρόερέτῳ βουλῇ τοῦ δοῦνε σοι χωράφια ἀπὸ τῶν ἡμετέρων κραττημάτων ὧντων εἰς τὴν ἡμῶν χωρὰν σκύλλακος ἡγουν τα χωράφια τα πέραν τοῦ ποταμοῦ πελλίπου . . . . . ἐν ᾧ ὑπῆρχον τα χωράφια τοῦ κόμητος καὶ ἡμοῦ πατρὸς καὶ τα χωράφια. ἐν ᾧ ὑπῆρχε το παντανον το τῆς . . . σκυλλακος. συνωροῦνται δὲ οὕτως. ἀπο τὴν ὁδὸν τὴν ἀπιούσαν εἰς το ἡμετερον ἀλοιιον τὸ ἴσον ἄχρι τῆς . . . . . καὶ ἀναβέννη ὁ ποταμὸς. ἕως ἐπικάτω τοῦ ἡμετέρου . . . . . καὶ ἀναβέννη . . . . . καὶ ἀπέρχωνται ἄχρι τῆς ὁδοῦ τῆς μεγάλης ὅθεν καὶ τὴν ἐναρξὴν ἐπιήσαμεν ὁσαῦτος ἐστερῆα σὶ τοῦ ἔχην α ἀπο τῶν ἡμῶν ἀμπέλων τῆς ἀγίας βαρβαρας ρίζες χαλιιάδες πένται. ταυτα οὖν τὰ προγραφέντα καὶ περιόρησθέντα ἀμπελα καὶ χωράφια. ἐστερῆα καὶ ἔδωσα εἰς σὲ τὴν προγραφεῖσαν μονήν τοῦ ἀγίου στεφάνου τοῦ ὁρους. καὶ εἰς τοὺς σοὺς εἰσιῶντας κληρονόμους πρᾶτῆν καὶ δεσπόζην ἄχρι τερμάτων αἰῶνων. τιούτω δὲ τρώπω καὶ συμφώνῳ ἵνα σὲ καὶ τοὺς σοὺς κληρονόμους τέλλην. καὶ ἀπονέμην. πρὸς με καὶ εἰς τοὺς ἡμοῦς κληρονόμους. ὅταν ἡ δουλεῖα τοῦ κραταιοῦ ῥηγὸς εἰς ὅταν γίνεταί. καρφοπεταλα πεντίκωντα. καὶ πλέων οὐ. ὅθεν εἰς πίστωσιν καὶ στερεᾶν κραττησῇ, σὺ καὶ τῶν σῶν κληρονόμων ἐπὶ τῇ σου τὸ παρὸν σιγγίλιον. τῇ εἰκία μου χειρὶ κεκυρωμένον τῇ καὶ διαβουλλῇ κύρῳ ἐσφραγισμένον καὶ παρὰ τῶν ἡμῶν πιστῶν καὶ χρηρῶν ἀνθρώπων μεμαρτήρημένων. τῶν καὶ κατιῶν γεγράμμένων. μηνὶ καὶ ἰνδικτιωνὶ καὶ ἔτει τῆς προγραφείσει.

† Ego Guillelmus dei et Regia gratia Comes squillacii supradicta confirmo et concedo. † Ego Medina dei et Regia gratia Comitissa Squillacii suprascripta confirmo. † Ego rao archidiaconus squillacii testis sum. † Ego galgānus de oletā qui interfui. † ρογίριος σκυλλακος μαρτυρ υπεγραφα τον σταυρον. † γρήμυλδος τῆς ρογέλλης μαρτυρ υπεγραφα τον σταυρον. † λουκάς Φουρνος καὶ καστελλανος σκύλλακος μαρτυρ υπεγραφα τον σταυρον. † καγῶ λείων τοῦ Φλουμάδου μαρτυρ υπεγραφα τον σταυρον. † καγῶ οὐβος σπαθάριος μαρτυρ υπεγραφα τον σταυ-

patris mei comitis Amphusi et matris meae Comitissae, et mei hucusque, et iterum. . . . . fideliter in melius . . . . . constitui benevolō animo et libero consilio donare tibi praedia ex meis possessionibus positīs in mea terra Scyllacii, nimirum ea quae extant trans flumen Pelipum . . . , ubi fuerunt praedia Comit̄is patris mei, et praedium ubi erat stagnum . . . . Scyllacii. His vero finibus (*huiusmodi praedia*) comprehenduntur: (*Incipiunt*) a via quae vadit ad nostram aream recta usque ad. . . . et ascendunt iuxta flumen usque ad inferiorem partem nostri . . . . et ascendunt . . . . et vadunt usque ad viam maiorem, unde initium duximus. Item statui te habere ex meis vineis sanctae Barbarae vitium quinque millia. Has igitur praedictas et circumscriptas vineas et praedia confirmavi et donavi tibi memorato monasterio sancti Stephani de Nemore, et omnibus tuis futuris heredibus, ut possideatis et in potestatem habeatis usque ad finem seculorum, hoc tamen pacto et conventionē, ut tu tuique heredes solvatis et tribuatis mihi meisque heredibus, quo tempore potentis Regis tributum solvitur, quinquaginta carphopetala, et nihil amplius. Quapropter ad fidem et firmam possessionem tibi et tuis heredibus praesens sigillum feci propria mea manu roboratum et propria bulla consignatum, et meorum fidelium proborumque hominum subscriptorum testimonio roboratum, mense et indictione et anno suprascriptis.

† Rogerius Scyllacensis testis crucem subscripsi.

† Grimaldus de Roccella testis crucem subscripsi.

† Lucas Furnus castellanus Scyllacensis testis crucem subscripsi. † Ego Leo de Flumaro testis crucem subscripsi.

† Ego Hugo Spatharius testis cru-

ρόν. † Ego Riccardus Imperialis aule Camerarius supradicta concedo et confirmo. † Costans seccula testis. † καγῶ γαρινος συνεσκάλας τοῦ κόμητος μαρτυρ ὑπέγραφα τὸν σταυρόν. † καγῶ ρωγέριος καρβουνέλλης μαρτυρ ὑπέγραφα τὸν σταυρόν.

† Ἐγράφη χειρὶ ἐμοῦ βιταλειάνου νοταρίου τῇ πρὸςτάξει τοῦ ὑπερλάμπρου καμητος σκυλλακος μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνι τοῖς πρόγραφεσι.

† Ego Helisabeth de altavilla domina Squillacii uxor domini Riccardi Imperialis aulae Camerarii supradicta concedo et confirmo.

( Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 106.)

cem subscripsi.

† Ego Garinus Senescalcus Comitis testis crucem subscripsi. † Ego Rogerius Carbonellus testis crucem subscripsi.

† Scriptum manu mea Vitaliani notarii ex mandato illustrissimi Comitis Scyllacii mense et indictione suprascriptis.

## CCLII.

1202 — Mense Maio — Indict. V.

*Helena uxor demortui presbyteri Nicolai cum filiis Theodoro et Philippo vendit Ioanni praedium positum in agro Bebalini loco nuncupato Eupraxi tarenis aureis quatuor et viginti.*

† σοίγονν χειρὸς ἑλενης γυνῆς του ἀπικωμενου πρεσβυτέρου νίκολαου τοῦ αρκωφαγαρου. † σοίγονν χειρὸς ἠεωδώρου υἱου αὐτῆς. † σοίγονν χειρὸς Φιλίππου ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ἐποιδῆπερ ἔγωγε ἡ πρωγραφεῖσα ἑλένη σὺν καὶ των αἰμῶν τέκνων οἱ καὶ τα σίγνα τῶν τημίων καὶ ζωπιῶν σταυρῶν ἰδιωχειρως καδυπογράψαντες ἐν τῷδε τῷ ὕφει ἐκουσίως καὶ ἀμεταμελείτως. ἐκτος πάσης βίας τε καὶ τυραννίδος καὶ παντος ἀπειγωρευμένου τρόπου. δείλον ὅτι πεπράκαμεν. πρὸς σὲ τὸν ἄρχοντα κύρον ἰωάννην καὶ πρὸς τοὺς σοὺς κληρονόμους καὶ διαδωχους το χωράφιον ἡμῶν το ὡνπερ κτωμεθα ἐν τῇ διακρητῇσι βεβαλίου ης τόπον λεγόμενον του ευπραξῆ περιωριζόμενον δὲ οὕτως ἀπο μὲν ανατολας συνόρον χωραφίου σὲ τοῦ αγωρακατος ἀπο δὲ δύσαιος συνόρον χωραφίων τῶν αυθεντικῶν. ἀπὸ δὲ ἄρκτρου το αὐλάκιον τοῦ μίλου τοῦ ευπραξῆ καὶ συνόρον χωραφίου του ραιτακιώτου. ἀπο δὲ νῶτου ο δρόμος καὶ συνορον χωραφίων της αυθεντρίας καὶ συναλθεῖ παραλάβομεν δὲ ἀπὸ σοῦ τὴν δικαίαν αὐτοῦ τιμὴν τὴν ἐν τῷ ἀναμεταξὺ ἡμῶν ἀρεσθίσαν χρυσοῦν ταρία οἴκωση καὶ τέσσαρα καὶ ταῦτα λαβόντες ἡμεῖς ἀπὸ χειρῶν σου ης χεῖρας αἰμας ἰνώπιον τον υπωτετιμένων μαρτύρων πεποιηκαμέν σοι καὶ ἡμεῖς τὴν τελίαν καὶ πληρεστάτην διάπρασιν, τοῦ ἔχην σὲ τό υποδηλω-

† Signum manus Helenae uxoris demortui presbyteri Nicolai Arcophagari. † Signum manus Theodori filii ipsius. † Signum manus Philippi fratris ipsius. Ego praedicta Helena et mei filii, qui signa honorabilis et vivificae crucis propria manu exaravimus in hoc instrumento, libenter et immutabiliter, sine quavis vi et coactione ac quocumque prohibito modo, declaramus vendere tibi dynastae domino Ioanni et tuis heredibus ac successoribus praedium nostrum, quod habemus in pertinentiis Bebalini in loco dicto Eupraxi, quodque ita circumscribitur: ab oriente est confinium praedii quod ad te emptorem pertinet; ab occidente confinium praediorum Domini; a septentrione aquaeductus molendini Eupraxi, et confinium praedii Rantacioti; ab austro via, et confinium praediorum Herae; et clauditur. Accepimus vero a te iustum ipsius pretium inter nos conventum, id est tarenos aureos quatuor et viginti, et his a tuis in nostras manus acceptis, coram subscriptis testibus, tibi fecimus perfectam et plenissimam venditionem, ut tu cum tuorum fi-

δεν χωράφιον ἡμῶν ἀπο τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς χρόνους· εἰς ἀπασάν σου ἐξουσίαν καὶ κυριότητα. τεχνὰ ἐπὶ τεχνῶν σου· επικρατήν αὐτῷ καὶ δεσποζήν· πουλὴν· χαρίζην· ανταλλάττην· ἐν κρημῖ υπογράφειν· καὶ ἰς ἰδίους κληρονόμους καταλυμπάνην· ὡς τῷ κύρῳ καὶ τῇ δεσποσίᾳ αὐτοῦ παρ ἡμῶν ἡλειφός· μὴ κωλυόμενος· εἰ ἐμπωδιζόμενος παρά τινος· τῶν ἰδίων ἡμῶν· εἰ ἀδελφῶν· εἰ κληρονόμων· εἰ συνκληρονόμων· εἰ ἐτέρου τινός· ἢ δὲ ποτὲ καιρῷ· εἰ χρωρῶ ἀναφύῃ τις· ἐχλήσιν τινὰ ἐπάξει πρὸς σέ· ὑπὲρ τοῦ τιούτου χωραφίου· ἡσταςθαι ἡμᾶς τοῦ διεφεντεῖν αὐτῷ πρὸς σέ καὶ διεκδικᾶν· καὶ ποιῆν σε ἀνεύχλητον· ἀπο παντός πρῶσιππου ξένου τε καὶ ἡδίου· ἡ δὲ σὺ μὴ σταθῶμεν καὶ διεφεντεύσῃμεν αὐτῷ καὶ διεκδικήσομεν πρὸς σέ· ἀλλ' εἰς μεταμέλειαν ἐπαναστροφῆς πειραδῶμεν τοῦ ἐπανελθεῖν· ὁμολογούμεν ἡκεῖν ἡμῶν στόματι· τοῦ στρέφην σοι τὴν προγραφὴν τῆμιμα τοῦ διπλοῦ· κῶπους τε καὶ ἐξωδους καὶ βελτιώσεις· εἰ τι ἐπιδίξῃς ἡμᾶς ἐν αὐτῷ ἐν τρίπλῳ καὶ ὑπὲρ παραβασίῳ τῶν τιμιῶν καὶ ζωποίων σταυρῶν ζημιούσθαι ἡμᾶς ἐν τῷ δεσποτικῷ σαγκέλλῳ νομισματα ς' καὶ λ'. ὡς δὲ ταῖς ἀρνηταῖς τῶν ἰδίων ἐγγραφῶν ἡδ' αὐτῷ ὀχειραν· ἀρραγῇ βεβαίαν καὶ ἀπαρασαλευτον στείγην· καὶ ἐμμένην τὴν παροῦσαν ἐγγράφον καὶ τελίαν διαπρασίαν πρὸς σέ τὸν ριθέντα κύρον ἰωάννην καὶ πρὸς τοὺς σοὺς κληρονόμους καὶ διαδῶχους μέχρι τεματίων αἰώνων. † ὅθεν ἐγγραφῆσαν ἡ μὲν τῆμιμοι σταυροί· παρ ἡμῶν τῶν πεπρακῶτων· τῷ ὅλον ὕφος χερσὶ ἐμοῦ εὐτελοῦς νικολαου νωταρίου τῇ πρωτρωπῇ καὶ παρακλήσει τοῦ πρεσβυτέρου Θεοδώρου τοῦ πλατάνου καὶ ταβουλαρίου μερῶν βεβαλίνου· ἐν μηνί μαιῷ τῆς ἰνδικτιωνος ε' ἐν εἴκει ςψ' ἐνώπιον ἀξιωλωγῶν καὶ ἀξιωπιστῶν μαρτύρων.

† Θεόδωρος παστήλλος μαρτυρ † νικολαὸς παστήλλος μαρτυρ † βασιλεῖος παγχιωτὸς μαρτυρ † ἰωάννης γουβιτζῆς μαρτυρ † νικολαὸς γουβιτζῆς μαρτυρ † βασιλεῖος μαντὸς μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.° 107.)

liorum filiis habeas praedictum nostrum praedium amodo et in futurum tempus cum omnimoda facultate illud possidendi, vendendi, donandi, permutandi, in dotem constituendi, et tuis heredibus relinquendi, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepisti, neque ulla molestia vel impedimento afficiaris ab aliquo nostrorum propinquorum, sive fratrum, sive heredum, sive coheredum, sive a quocumque alio. Sin autem quavis occasione vel tempore aliquis molestiam tibi inferat quoad ipsum praedium, nos (*promittimus*) tibi antestare, teque defendere et illaesum servare ab omni persona tam extranea, quam propinqua. Nisi vero obstiterimus tibi quae ipsum defenderimus, et vindicaverimus, sed nos poenituerit, et conati fuerimus subvertere huiusmodi venditionem, assentimur propriis nostris verbis tibi restituere duplum antedicti pretii, et triplum laborum, expensarum et meliorationum, quas ostenderis fecisse in eodem praedio. Et pro violatione honorabilis et vivificae crucis multabimur Fisco publico numismatis sex et triginta, ut aequum est (*multari*) eos qui proprias scripturas negaverint. Sic deinceps praesens scriptura et perfecta venditio firma, integra, valida et inconcussa sit et maneat tibi dicto domino Ioanni tuisque heredibus ac successoribus usque ad finem seculorum. Quare exaratae sunt honorabiles cruces a nobis venditoribus, et totum instrumentum (*scriptum est*) manu mea humilis notarii Nicolai ex mandato et rogatu presbyteri Theodori Platani tabularii regionis Bebalini mense maio, indictione V, anno 6710, coram probis et fide dignis testibus.

† Theodorus Pastillus testis. † Nicolaus Pastillus testis. † Basilius Panchiotus testis. † Ioannes Gubitzes testis. † Nicolaus Gubitzes testis. † Basilius Mantus testis.

1202 — Indict. V — Scyllacii.

*Gregorius Aracli eiusque frater Michael vendunt Nicolao Caballario vineam positam in loco dicto Stalacto tarenis viginti.*

† σίγνον χειρὸς γριγορίου υιοῦ λεοντος ἀράκλη.  
† σίγνον χειρὸς μιχαήλ ἀδελφου αὐτοῦ.

Οἱ μὲν οἱ ἀνωτέρω γεγραμμένοι οἱ τα σίγνα του τιμίου καὶ ζωόπιου σταυροῦ εἰδὲς χερσὶν ἡμῶν ἐν τῷδε τῷ ὕφει χαραξαντες τῇ ἡμετέρᾳ βουλῇ καὶ θελήσει· καὶ οὐκ ἐκ τίνος τῷ παρκαπᾶν ἀνάγκης ἢ δόλου ἢ ραδιουργίας· ἢ φακτου ἀγνῆας· ἢ ἄλλης ἀπί- γωρευμένης ἐτίας· ἀλλὰ πασι ἡμῶν προθυμία καὶ ὁλοφύχῳ προθέσει ἀναλαμβάνομεθα. καὶ τοὺς δε- λοίπους ἡμῶν ἀδελφοὺς ἰδίους κληρονόμους καὶ σὺν- κληρονόμους. καὶ ἀπλὸς ὑπὲρ πάντα ἀνδρῶν· καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν. δι' εἰς καθολοῦν γούμεν πιπρασκειν πρὸς σὲ τὸν κυρον νικολαον καβαλλαριον υἱὸν του κυ- ρου νικεῖτου νοταριου του μαιστορος ιανακου τῷ ἡ- μετερον ἐρμιοαμπέλῳ· ἅπερ ἐχομεν ἐν τῇ τῷ παλαιᾷ σταλακτου· ἐκ πατρικῆς ἡμῶν κληρονομίας· συνο- ριάζεται δὲ οὕτως κατὰ μὲν ἀνατολὰς. ἀμπέλος του· λεοντος ἀράκλη καὶ δισαῖος ἀμπέλος του κυρου νω- ταριου κωστὰ βουκία· ἀκτροῦ ἀμπέλος του γαν- νάδου· ἐκ δὲ μεσημβρίας σου του ἀγωραστού· καὶ σὺν κλη· ὅσον καὶ υἱὸν ἐστὶν οἱ τὶ ρίζας ἐκατῶν πεν- τηκοντα· τουτο ὅς οὐδὲ μασθῇ καὶ περιόρισθῇ. πεπρα- καμεν αὐτὸ πρὸς σὲ τὸν διλωθέντα· δια ταῖα οἰ- κῶσι ἀτῆνα λαβῶν αὐτὰ ἀπὸ χειρὸν σου εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας· καὶ παντελῶς ἐγλυθήμεν· καὶ μὴδὲν ἀπόχρεοστουμέν τὶ πρὸς ἡμᾶς· ἀπεστιμέν ἀπ' αὐτοῦ τῆς αὐτῆς δεσποτίας καὶ κερύωτης· καὶ σὲ πεπει- καμεν αὐτον κυριον καὶ ἀνδέντην του ἀπέξουσιως ἐχὺν σὲ αὐτο σὺ τε καὶ οἱ κληρονόμοι σου εἰς αἰὶ του πειν ἀπ' αὐτου εἰ τι θελεται καὶ βουλεσθῆναι· που- λειν· χαρίζην πρὶ κωδοτεῖν καταλλαγεῖν καὶ ὅσα ὁ νόμος τοῖς κυρίοις διακελεύει μὴ κωλύμενος οἱ ἐν πύ- διζόμενος παρὰ τίνος. καὶ ἡ μὲν ποτε κερῶ χρωνω φωραδῇ. τίς κυνῆσιν ἢ ἀγωγὴν ἐπαῦξαι σὶ ἀπὸ του ριδέντος ἐρμιοαμπέλου. ἵνα στίκωμεν καὶ διεκδικου- μέν σοι αὐτῷ· ἀπο παντος προσώπου ξένου τε καὶ ἰδίου· ἢ δὲ καὶ αὐτοὶ μετὰ μέλοι γινώμεθα· ὅς βούλω- μενοι μετατρέπειν τὴν καθάραν πρᾶσιν ἣν καλοθελῶς

† Signum manus Gregorii filii Leonis Aracli. †  
Signum manus Michaelis fratris ipsius.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris manibus in hoc instrumento exaravimus, nostro arbitrio et voluntate, nullaque omnino necessitate, vel dolo, vel malitia, vel igno- rantia facti, vel alia prohibita causa, sed omni nostra alacritate et totius animi deliberatione, nomine quoque nostrorum fratrum, heredum et coheredum, atque uno verbo cunctorum hominum, et cuiusvis magistratus, declaramus vendere tibi domino Nicolao Caballario filio domini Nicetae notarii magistri Ian- naci filii nostram incultam vineam, quam habemus in loco dicto Stalacto ex paterna nostra hereditate. Hos vero habet fines: ab oriente extat vinea Leonis Aracli; ab occidente vinea domini notarii Constae Buciae; a septentrione vinea Gannadei; a meridie vero tui emptoris vinea, et clauditur. Quam quidem vineam, quanta et qualis est, consitam vitibus centum quinquaginta, prout eam memoravimus, et definivimus, vendimus tibi supradicto tarenis vigin- ti, quibus a tuis in nostras manus acceptis, cum plane nobis satisfactum sit, nec quidquam solvendum supersit, nos exuimus eius dominio et possessione, teque instituimus eiusdem dominum et herum, ita ut tu tuique heredes semper ipsam habeatis cum facul- tate faciendi de ea quidquid volueritis et vobis pla- cuerit, vendendi, donandi, in dotem concedendi, per- mutandi, et peragendi omnia quae ex lege dominis facere licet. Nemo vero molestiam vel impedimentum inferat; sin autem quacumque occasione vel tempore aliquis deprehensus fuerit litem vel actionem tibi instituere quoad dictam incultam vineam, nos an- testabimus teque defendemus ab omni persona ex- tranea vel propinqua. Quod si nos poeniteat, ac

ἐπεισάμεν. ἵνα μὴ εἰσακουῶμεθα. μῆτε παρὰ τοῦ  
 Θεοῦ νόμου βροδῶμεν σχάμεν ἀλλὰ διὰ τὴν παράβα-  
 σιν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἵνα ζῆμιουμεθα εἰς τὸ δι-  
 μωσιον ριγατοῦς λς' καὶ πρὸς σὲ τὸν ἀγῶρασθῇ τε-  
 τραπλὴν τὴν οὐτὴν καὶ ἰδὼ οὕτω στεργῇ καὶ ἐμμε-  
 νῇ τὴν καθάραν πρᾶσιν στερρᾶν καὶ ἀπαρασαλευτον  
 ἄχρι τερματῶν αἰῶνων ἐν παρουσίᾳ μαρτυρῶν· ἐγρα-  
 φῇ καὶ ἐκυρωθῇ διὰ χειρὸς Θεοδώρου νοταρίου ὁ τοῦ  
 χαρῶνου καὶ νομικοῦ ταβουλαρίου τῆς μεγάλης ἐκ-  
 κλησίας σκυλλακος τοῦ ἐτους 5ψί'· ἰνδικτιωνος ε'.

† λέος υἱὸς παπᾶ ἀνδρέου ἐρακλῖ μαρτυρ † νικολας  
 ἀδελφὸς αὐτοῦ μαρτυρ † βασιλείος υἱὸς κυροῦ νηκο-  
 λας βρουκῆ μαρτυρ † νηκόλαος υἱὸς κυροῦ μιτζου  
 μαρτυρ † νηκῆτης υἱὸς μαῖστορος βασιλείου μαρτυρ  
 διὰ τοῦ σταυροῦ † βασιλείος ἀρακλῆς μαρτυρ † μαῖ-  
 στῶρ ἀναστασιος καθουρῆτης μαρτυρ † λεων ἀκῆμης  
 μαρτυρ † μαῖστῶρ νικολας τραγηνικατὸς μαρτυρ †  
 νηκολας μιτζος μαρτυρ διὰ τοῦ σταυροῦ † βαρδο-  
 λομῆος ἀρουγχισσᾶστος μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 108.)

velimus subvertere hanc puram venditionem, quam  
 bona voluntate fecimus, ne exaudiamur, neque a  
 divina lege subsidium habeamus, sed pro violatione  
 honorabilis crucis mulctemur Fisco regalibus sex et  
 triginta, et tibi emptori quadruplo pretio emptionis.  
 Et sic deinceps firma, stabilis et inconcussa perma-  
 neat haec pura venditio usque ad finem seculorum.  
 Coram testibus scripta et roborata est manu Theo-  
 dori notarii filii Caruni et legitimi tabularii maioris  
 ecclesiae Scyllacensis anno 6710, indictione V.

† Leo filius presbyteri Andreae Heraclii testis. †  
 Nicolaus frater ipsius testis. † Basilius filius do-  
 mini Nicolai Buciae testis. † Nicolaus filius domini  
 Mitzi testis. † Nicetas filius magistri Basilii testis  
 per crucem. † Basilius Araclis testis. † Magister  
 Anastasius Cafurnis testis. † Leo Acimis testis. †  
 Magister Nicolaus Traginicatus testis. † Nicolaus  
 Mitzus testis per crucem. † Bartholomaeus Arun-  
 cisassus testis.

## CCLIV.

1202 — Indict. V — Scyllacii.

*Nicolaus filius magistri Leonis eiusque frater Basilius vendunt Caballario Nicolao Buciae vineam positam in loco nuncupato Stalacta tarenis octo.*

† σιγγὼν χεῖρς νικολας υἱοῦ μαῖστορος λεοντος  
 τοῦ ἀπεχωμένου μαῖστορος κωστα. † σιγγὼν χεῖρς  
 βασιλείου υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ ὁ προγραφείς νικολας σιν  
 τοῦ ἡμετέρου τεκνίου· ἢ τὰ σιγγὰ τοῦ τιμίου καὶ  
 ζωπιοῦ σταυροῦ· ἡμεῖς μὲν χέρσιν καθυπόγραψαν-  
 τες· τί ἴδια μὲν νοῦλῃ καὶ θελήσῃ· οὐκ αἰετίνος τῷ  
 παραπᾶν ἀνακῆς· ἢ βῆρας· ἢ δολού· ἢ ραδιουργίας·  
 ἢ φακτοῦ ἀγνίας· ἀλλ' ἐν πάσι ἡμῶν προθυμία καὶ  
 ολοφύχῳ προθέσει· ἀναλαμβανόμεθα. καὶ τοὺς δὲ  
 ληγικοὺς ἡμῶν ἀδελφοὺς ἡδικοὺς καὶ κληρωνομοὺς· καὶ  
 συνκληρωνομοὺς· καὶ ἀπλὸς ἡποῖν πάσης ἀρχῆς καὶ  
 ἐξουσίας ἄρχοντας καὶ ἀρχαμένους· συνιδόμεν κινήβουλη  
 καὶ θελήσῃ· μία ἐξ ἀρεσκίας ἀμφοτέρων πεπράσε· πρὸς  
 σὲ τὸν κυρὸν νικολᾶν καυαλλάριον υἱὸν κυροῦ νοταρίου  
 νικίτου τοῦ τοῦ βουκιά· τῷ ἡμετέρῳ ἀμπελίῳ ὑπὲρ  
 ἐχωμένῃ ἐκ πατρικῆς μὲν κληρωνομίας ἐν τῇ τοπω-  
 θέσει σταλακτῆς τὸ πλησιάζοντά σου κατὰ ἀνατο-

† Signum manus Nicolai filii magistri Leonis filii  
 defuncti magistri Constae. † Signum manus Basilii  
 filii eius. Ego supradictus Nicolaus et meus filius,  
 qui exaravimus signa venerandae et salutaris crucis  
 propriis nostris manibus, nostro consilio et vo-  
 luntate, nulla prorsus necessitate, vel vi, vel  
 dolo, vel malitia, vel ignorantia facti, sed cum  
 omni alacritate et totius animi proposito, nomine  
 quoque ceterorum nostrorum fratrum, propinquo-  
 rum, heredum, ac coheredum, et uno verbo omnis  
 potestatis ac magistratus, omniumque imperantium  
 et subditorum, statuimus communi consilio et vo-  
 luntate, nostro utriusque consensu vendere tibi do-  
 mino Nicolao Caballario filio domini notarii Nicetae  
 filii Buciae nostram vineam, quam habemus ex no-  
 stra paterna hereditate, positam in pertinentiis Sta-  
 lactae. Ab oriente, septentrione et meridie finitima

λᾶς σου του αγωραστου και δις εως λεοντος πουλκαρι·  
ακτρού και μεσυβρίας σου του αγωραστου· και σίν-  
κληι τουτω ος ωνομασθαι και περιορισται· πεπρα-  
καμεν σοι αὐτῷ δια ταρια ωκτῶ· ἄττηνα λαβὼν τα  
ριθεντα ταρια του τιμηματος· ἀπὸ χειρῶν σου· εἰς  
χειρας ημεταιρας και παντέλος εγληθμεν· ἀπεστι-  
μεν της αὐτου δεσποτίας και κυριοτητος· και σὲ πε-  
ποιήκαμεν κυριον και αυθεντην του επεξουστος εχῆν  
σαι αὐτῷ πουλειν χαριζην ανταλλαττιν· και ης  
πρικα τέκνων γραφειν· ὅς τὸ κυρος και την ἐξουσιαν  
παρ ἡμῶν ἡλιφος· μι κολιομενος ἢ ενποδιζωμενος παρ  
τινος μήτε παρ' ἡμῶν μήτε παρ ετερων αδελφῶν η-  
διων· ἀλλ ημεῖς ινα στικωμεν και διεγδικαν σοι αὐτῷ  
ἀπὸ πάντος προσωπου ξειον τε και ἰδιων· και ἀπὸ  
πασης ἀρχῆς και ἐξουσίας· η δε και τουτω ου διεγ-  
δικισωμεν· μάλλον και προστρέφῃν ποιρασθωμεν· ὅς  
βουλομενοι μετατρέψει τιν τηαῦτην καλοθελος γενα-  
μενην πράσιν μι ἡσακουόμεθα μιδὲ παρα του θιου  
νομου· βοιθειαν σχωμεν ἀλλὰ δι διὰ τὴν παραβατοι  
του τιμιου και ζωπιου σταυρου ζημιουσθω μᾶς της  
το διμωσιῶν· του κρατέου ρηγος νομισματα· λς' και  
της σε τον αγωραστην τριπλην την ονην και ηθ ουτω  
στεργη και εμμενη ἢ τιαῦτοι πρασις ἄχρι τεριματος  
εωνων εν παρουσια μαρτυρων· † εγραφη χειρῖ νικο-  
λαου νοταριου ὃ του μαυρικου κατα προσταξέως πρε-  
συτερου νικολαυ δευτερευοντος· και νομικου σκυλλα-  
κος τοῦ ετοῦς ςψι' εινδικτιωνος ε'. μαρνικος υἱος κυ-  
ρου μιτζου μαρτυρ· † λεων υἱος μιχιστορος βασιλειου  
του μιχιστορος κωστα μαρτυρ † νικητας αδελφος  
αυτου μαρτυρ † νικιτας υἱος βασιλειου του πρεσυ-  
τερου νικιτου μαρτυρ † εγω πρεσβυτερος νικολκος ο  
του δευτερευοντος κονσταντινου μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 109.)

est praedio tui emptoris; ab occidente (*praedio*) Leonis  
Pulcari; et clauditur. Hanc vineam, prout de-  
notata ac definita fuit, vendidimus tibi tarenis octo,  
quibus acceptis pro pretio ex tuis in manus nostras,  
cum plene nobis satisfactum sit, abstitimus ab  
eius dominio et possessione, et fecimus te dominum,  
et arbitrum, ut facultatem habeas illam vendendi,  
donandi, permutandi, et in dotem filiorum assignandi,  
tanquam dominus, utpote qui ius et auctoritatem a no-  
bis accepisti, neque impediaris vel prohibearis ab ali-  
quo, neque a nobis, neque a ceteris nostris fratribus.  
Nos autem antestabimus, teque defendemus ab omni  
persona extranea vel propinqua, et ab omni magistratu  
ac potestate. Quod si tibi hanc non defenderimus, sed  
magis mutato consilio tentaverimus subvertere huius-  
modi bona voluntate factam venditionem, ne exau-  
diamur, nec a lege divina auxilium accipiamus; sed  
ob violationem venerandae et salutaris crucis mul-  
ctemur Fisco potentis Regis numismatis sex et triginta,  
tibi que emptori triplo pretio emptionis. Et nihilomi-  
nus firma maneat haec venditio usque ad finem seculo-  
rum. Coram testibus. † Scripta manu Nicolai no-  
tarii filii Maurici ex mandato presbyteri Nicolai  
secundicerii et tabularii Scyllacii anno 6710, indi-  
ctione V. † Marnicus filius domini Mitzi testis.  
† Leo filius magistri Basilii filii magistri Constae  
testis. † Nicetas frater eius testis. † Nicetas filius  
Basilii filii presbyteri Nicetae testis. † Ego presby-  
ter Nicolaus filius secundicerii Constantini testis.

## CCLV.

1202 — Mense Septembri — Indict. VI—Albidonae.

*Ioannes Barbutzone eiusque filii Nicolaus et Gulielmus vendunt Goffredo Ferraro vineam  
positam in agro Albidonae loco nuncupato Canna Flaca numismatis duobus.*

† σιγιον χειρός ιωαννου βαρβουτζόε † σίγιον χειρος  
νικολαου υἱοῦ αὐτοῦ † σιγιον χειρός γουλιελμου ετε-  
ρου υἱοῦ αὐτοῦ.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος και τοῦ υἱοῦ και τοῦ  
ἀγίου πνευματος. ἐγὼ ιωαννης βαρβονι συν τοὺς υἱοὺς

† Signum manus Ioannis Barbutzone. † Signum  
manus Nicolai eius filii. † Signum manus Gulielmi  
alterius eius filii.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego  
Ioannes Barbone cum meis filiis Nicolao et Leone, qui

μου νικολαον καὶ λεόντα οἱ τὰ σίγνα του τιμίου καὶ  
ζωοποιοῦ σταυροῦ ἡμίαις ἡμῶν χερσὶν προτάξαντες  
τὰ δὲ ὀνόματα ἡμῶν καὶ τῇ ἐπονυμῖα δια χειρὸς του  
νοταρίου πιπρασκώμεν ἐκουσία ἡμῶν βούλη καὶ αυ-  
τοπροερετω θελήσει. καὶ χωρὶς ἀπιγωρεύμενου τρο-  
που τὸ ἔμον ἀμπελίον συν πάσιν τοῖς δικαιομασί-  
ν ὅπερ ἐχωμεν εἰς τὴν περιοχὴν χῶρας ἀλβιδονας εἰς  
τοπον λεγομένον καννα φλακα τῷ ἐμῷ συγγενῇ οἰ-  
ματι ἰωσφρεδῷ του νικολαου φερραρου· εἰς τιμὴν τὴν  
ἀναμεταξὺ ἡμῶν στιχηθεῖσαι καὶ ἀρεσθῆσαι νομισμα-  
των β'. ἀτίνα ἐκ τας χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὰς χεῖρας  
ἡμῶν ἐλαβομεν ἀλλὰ τὰ συνορα αὐτοῦ του ἀμπελίου  
οὕτως ἐστίν. ἐξ ἀνατὸ το ξεροποταμιον καὶ ρῶς του  
γρεκου ἐκ δυσμῶν πρεσβύτερος ἰωάννης ἐκ βορρῆ καὶ  
ἐκ νοτοῦ αὐτὸς ὁ ἀγγραστής. οὕτως οὖν ἀπὸ σημε-  
ρον σοῖ καὶ τοῖς σοῖς κληρονόμοις δίδωμι σοὶ τὴν  
ἐξουσίαν ἀν βούλῃσαι πωλεῖν χαρίζειν καταλλαττεῖν  
γραφεῖν προῖξιν καὶ πᾶν ἄλλο ποιῇν ὡς κύριος καὶ  
αὐθεντῆς ἐπὶ τὸ ἴδιον πρᾶγμα μὴ ἐναντιούμενος ἀφ-  
ῆμων μὴτε ἀπὸ τῶν ἐμῶν κληρονόμων ἀλλὰ μαλ-  
λον δὲ ἀν ποτε καιροῦ ἢ χρόνου θελήσωμεν ἡμεῖς ἢ  
τις ἐκ τῶν ἐμῶν κληρονόμων ἀφελῇ ἀπο σοῦ· ἢ ἀπο  
τῶν σῶν κληρονόμων καὶ οὐχὶ μαλλον του ἐκδικαν  
σε ἀπὸ παντῶν τῶν ἐναντιουμένων σε ἵνα καταβάλω-  
μεν εἰς τὸ δημοσίον νομισματα ριγάτα λ'. καὶ ἔξ καὶ  
εἰθ οὕτως του μένειν τὸ παρὸν ἐγγράφον οὐχυρῶν καὶ  
ἀσφαλῆστον ἐς αἰὶ ὅπερ ἐγγραφῇ δια χειρὸς νοταρίου  
φανουήλ ταβουλαρίου ἀστέος ἀλβιδονας μηνὶ σεπτεμ-  
βριῳ ἰνδίκτιωνος ς' ἐτους ς' φια'.

† ἐγὼ εἰρηνὴ γυνὴ του ἀπιχομένου ἰωάννου μαρ-  
τυρῶν καὶ στεργῶ δια τοῦ σταυροῦ.

† ἐγὼ ἀνσαλμος υἱὸς του κυρ δανιήλ μαρτυρ ὑπε-  
γραφα δια τοῦ σταυροῦ.

† ἐγὼ γουλιέλμος υἱὸς του κυρ οὐβου μαρτυρ ὑ-  
πεγραφα διὰ του σταυροῦ.

† ἐγὼ ἀλφάνος υἱὸς ματθαίου κριτῆς μαρτυρ ὑπε-  
γραφα διὰ τοῦ σταυροῦ.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 89.)

signa honorabilis et vivificae crucis propriis nostris  
manibus supra exaravimus, nostra vero nomina ac  
cognomina manu notarii, de propria nostra sententia  
et libera voluntate, ac sine modo aliquo vetito,  
vendo meo cognato Goffredo filio Nicolai Ferrari  
vineam cum omnibus iuribus, quam habeo in  
pertinentiis terrae Albidonae, ubi dicitur Canna Fla-  
ca, pretio inter nos pacto et constituto solidorum  
duorum, quod ex eius manibus in nostras recepi-  
mus. His autem finibus ipsa vinea comprehenditur:  
ad orientem est torrens et (terrae) Rhaonis filii Graeci;  
ad occidentem (terrae) presbyteri Ioannis; ad septen-  
trionem et meridiem (terrae) ipsius emptoris. Hoc  
igitur pacto a praesenti die trado tibi tuisque here-  
dibus potestatem, si volueris, vendendi, donandi, per-  
mutandi, in tabulis dotalibus conscribendi, et quid-  
vis faciendi, tanquam domino ac possessori in propria  
re; absque ullo impedimento sive pro parte nostra,  
sive pro parte meorum heredum; quinimo si ausi  
fuerimus, tempore procedente, aut nos ipsi, aut  
quisquam ex meis heredibus tibi aut tuis heredibus  
(praedictam vineam) auferre, nec tui defensionem sus-  
ceperimus adversus omnem contrariam personam,  
solvere teneamur publico Fisco solidos regales sex et  
triginta; et nihilominus ratum et firmum in perpetuum  
maneant praesens instrumentum, scriptum manu nota-  
rii Phanuelis tabularii civitatis Albidonae mense se-  
ptembri, indictione VI, anno 6711.

† Ego Irene uxor demortui Ioannis testis sum  
et confirmo per crucem.

† Ego Anselmus filius domini Danielis testis sub-  
scripsi per crucem.

† Ego Gulielmus filius domini Hugonis testis sub-  
scripsi per crucem.

† Ego Alphanus filius Matthaei iudex testis sub-  
scripsi per crucem.



*Pelegrinus Tzocala et Consta filius Leonis Tzocalae vendunt Ioanni Martino praediolum positum in agro Nicoterae loco nuncupato ad Stauraconas tarenis aureis sex.*

† σίγνον χειρός πελεγρινου τζοκαλα. † σίγνον  
χειρός κωνστα· υίου λέοντος τζοκαλα. εμοῖς ἡ ἀνο-  
τέρῳ γεγράμμενη· ἡ τὸν τιπὸν τοῦ τιμίου καὶ ζω-  
ποιοῦ σταυροῦ· ἡ κυὰ μας χηρὶ καθηγογράφαντες.  
ἀναλαμβάνωμενη ἀδελφούς· εἰδοιοῦς· τέκνα· καὶ κλη-  
ρόνιοι. τὴν παρουσαν ἐνγραφον. καθαρὰν· εὐχάρι-  
στον· καὶ τελίαν· καὶ ἀμετάτρευτον διαπρατίν· τη-  
θέμεθα· καὶ πωμὲν ἡς σὲ ἰωάννην τὸν υἱὸν πέτρου  
μαρτίνου· ἐκουσία μας βούλη· ἡ κυὰ προερεσεῖ· τῶ  
οὐκ ἐκ τίνος το παρὰπαν ἀνέγκυς· ἡ βιάς ἡ δόλου  
Φαγκτοῦ ἀγνίας· ἡ τῆς οἰασούν περιστασεως. ἀλλὰ  
μαλλον σὺμ πασι προθυμία· καὶ ολοφίχῳ πρᾶξι·  
πηπρᾶσχωμεν. ἡς σὲ τὸν ἀνωτέρῳ ριθίντα ἰωάννην·  
το ὀλιγαστόν μας χωραφίν· ὅπερ ἐχομεν ἡς τό πε-  
ριχωρίον νικοτέρης. ἡς τοῦς σταυράκωνας. ἐκ πα-  
τρικῆς μας κληρόνιοι. περὶορίζωμεν οὕτως· κατὰ  
μὲν ἀνατολὰς ἡ ὁδός· κατὰ δυσέως· καὶ ἀγκτροῦ τα  
χωραφία· σου τοῦ αγοραστοῦ. ὅπερ ἐχῖς ἀγορὰν ἐκ  
τὸν κυρον ἡράκυν. κατὰ μεσημβρίας· ἡ ὁδός· καὶ σὶν-  
κλή· τοῦτο τὴν τὸ ὀλιγαστόν μας χωραφίον·  
ἐπράσαμεν. ἡς σὲ τὸν ἀνωτέρῳ ριθίντα ἰωάννην· διὰ  
χρίσαν ταρία ἐξ· ἐκ τὴν μουνιτὴν τοῦ ριγός· καὶ  
ταυτὰ λαβόντες· καὶ ἐκπληροθέντες ἀπο τοῦ τιμι-  
ματος· παρεδοκαμεν σὶ τὴν πασαν ἀνθεντίαν· καὶ  
κυριωτίτα τοῦ ἐπικρατεῖν αὐτό καὶ δεσποζίν· κυ-  
ριως καὶ ἀνθεντικῶς· ἡς τοῦς ἐξῖς ἀπαντάς· καὶ διη-  
κευς χρόνους· πούλιν χαρίζην ἀνταλλάττειν· καὶ ἡς  
πρικὰ τεχνῶν σου ἐπίγραφείν· καὶ ἡ τι βούλη πρατ-  
τεῖν ἐν αὐτῷ· ὡς το κυρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ ὑμῶν  
ἡλῖφος· καὶ μὲ ἐξίενε μας τοῦ λιπού πρὸς ἀναστρο-  
φὴν χωρὶν· μίτε ἐγὼ μίτε τίς ἐκ τοῦς καθ ἡμῶν  
κληρονομοῦς· ἡ διαδόχους· ἀλλ ὅστις ἀν φοραθῇ ἐναν-  
τιούμενος σὲ ὑμοῖς ἡρα ἰσταμεθα· καὶ διεκδυκωμεν  
αὐτά· ἡ δ οὐκ ἰσταμεθα· ἀλλὰ μεταμελοὶ γενόμεθα·  
καὶ ἡς διχαστροφὴν ἐπαελθόμεν· ὡμολογοῦμεν ζημιού-  
σται ἡμᾶς. ὅπερ παρὰβασεως τοῦ τιμίου σταυροῦ·  
ἡς το δέμοσιων· νομισματα λς· καὶ πρὸς σὲ τὸν ἀγω-  
ραστὴν· το τιμικ ἐπὶ τοῦ διπλοῦ· καὶ τὰς βελ-

† Signum manus Pelegrini Tzocalae. † Signum  
manus Consta filii Leonis Tzocalae.

Nos suprascripti, qui signa venerabilis et vivificae  
crucis propria nostra manu exaravimus, nomine  
quoque fratrum, propinquorum, filiorum, et here-  
dum, praesentem in scriptis redactam puram, gratam,  
perfectam et inconcussam venditionem tibi Ioanni  
filio Petri Martini condimus et facimus spontanea  
nostra voluntate ac propria deliberatione, sine omni-  
moda necessitate, vel vi, vel dolo, vel facti igno-  
rantia, vel quacumque circumventionem; sed potius  
omni cum alacritate et totius animi proposito tibi  
supradicto Ioanni vendimus parvulum nostrum prae-  
dium, quod ex paterna habemus hereditate in te-  
nimento Nicoterae ad Stauraconas, quodque ita cir-  
cumscribitur: ab oriente via; ab occidente et  
septentrione praedia tui emptoris, quae ex domino  
Isaaco emisti; a meridie via; et clauditur. Hoc igitur  
nostrum praediolum tibi supradicto Ioanni vendidi-  
mus tarenis aureis sex, de regali moneta, et cum  
hos acceperimus, atque de pretio nobis satisfactum  
sit, omne tibi ipsius dominium, potestatemque tra-  
didimus, ut ipsum habeas et possideas tamquam  
dominus et arbiter omni futuro tempore, vendas,  
dones, commutes, atque in dotem tuorum filiorum  
scribas, omniaque in ipso facias quae volueris, quippe  
qui dominium et potestatem a nobis accepisti. Neque  
liceat in posterum sive nobis, sive alicui ex nostris  
heredibus vel successoribus huiusmodi venditionem  
subvertere; sed si quis tibi molestiam inferre mo-  
liatur, nos obstabimus teque defendemus. Nisi vero  
obstiterimus, sed nos poenituerit, atque subversio-  
nem tentaverimus, pro violatione venerandae crucis  
numismatis sex et triginta Fisco mulctari assen-  
timur, tibi quoque emptori duplo pretio et melioratio-

τηρσίς· καὶ ἡδ' οὕτως μένετο· ἡ τιαυτὴ πρᾶσις ἡς τὸ  
αἰς αἰ· † ἐγγραφὴ χήρῃ ἐμου κωνσταντίνου εὐτελούς  
ἱερέως καὶ πρωτοπαπᾶ ἐπισκοπῆς νικοτέρας· ἐπὶ ἐτους  
ϛψια· ἰνδικτιωνος ϛ'.

† πρεσβύτερος πέτρος σταβρακῆς μαρτυρ † ἰωάν-  
νης· ἀδελφός αὐτοῦ· μαρτυρ. † βασίλειος· ἀδελφός  
αὐτοῦ μαρτυρ † κανδίδος υἱός νικολάου τῆς σιγι-  
γάτας μαρτυρ † βασιλείος λῦμβος μαρτυρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 110.)

nibus. Et sic deinceps maneat huiusmodi venditio  
in perpetuum. † Scriptum manu mei Constantini  
humilis sacerdotis et protopapae Episcopatus Nico-  
terae anno 6711, indictione VI.

† Presbyter Petrus Stauracis testis. † Ioannes  
frater eius testis. † Basilius frater eius testis. †  
Candidus filius Nicolai de Sigigata testis. † Basilius  
Limbus testis.

## CCLVII.

1203 — Indict. VI — Nicoterae.

*Isaacus filius presbyteri Isaaci, eiusque filius Petrus vendunt Ioanni Martino quatuor  
portiones praedii positi in loco nuncupato Stauracono tarenis aureis quinquaginta*

† σίγνον χιρὸς εἰσαῆχιου ἰοῦ πρεσβυτέρου ἰσαάκι· †  
σίγνον χιρὸς πέτρου ἰοῦ ἰσακί.

Εγὼ ὁ πρόγραφεῖς· ἡσάκυς· ἀμὰ τοῦ ἐμου υἱοῦ  
πέτρου· ἡ τὸν τιπὸν τοῦ τιμιοῦ καὶ ζωοποιοῦ σταυ-  
ροῦ· ἡμᾶ μᾶς χήρῃ καθ' ἐπὶ γράψαντες· ἀνὰ λαμβαν-  
νωμενῇ ἀδελφοῦς· εἰδοιοῦς· τεκνί· καὶ κληῖρονωμοῦς·  
τὴν παρῶσαν ἐγγραφὴν· καθαράν· εὐχαριστόν· καὶ  
τέλειαν· καὶ ἀμετατρέψτον διάπρασιν· τηθέμεθα· καὶ  
πιωμεν ἡς σὲ ἰωαννὴν, τὸν υἱὸν τοῦ ἀπεχόμενου πε-  
τρου μαρτίνου· ἐκουσίᾳ μᾶς βουλῇ· ἡμῶς προερεσει·  
πῶ οὐκ ἐκ τίνος το παραπαν ἀναγκῆς· ἡ βίας· ἡ  
δύλου φακτοῦ ἀγνίας· ἡ τῆς οἰασοῦ περιστάσεως·  
ἀλλὰ μᾶλλον σὺμ πασι πρόθυμῶ· καὶ ολοφύχῳ  
πρόθυμῳ πηπρασκωμεν ἡς σὲ τὸν ἀνοτέρῳ ριθέντῃ ἰω-  
άννῃ· ἐκ τὰ ἡμετέρα χωραφία· πετζιά τεσσέρα· ἡς  
τοπον λεγόμενον σταυρακωνῶν· περιοριζομένων οὕτως·  
τὸ πρῶτον πᾶιτζιν· κατὰ μὲν ἀνατολᾶς· τὸ εἰνῶρον  
νικολάου· τζοκαλά κατὰ δυσέως· χωραφίον· τῶν  
παίδων ῥανοῦ κονταράτου· κατὰ ἀγκτροῦ· τὸ ἀμπέ-  
λιον· σταύρακον· κατὰ μεσημβρίας ἡ ὁδὸς· καὶ σὶν κλη-  
τὸ δὲ ἕτερον πετζιν· ἡς τὸν αὐτὸν τοπον ὅπερ ἔχῳ  
ἀλλαγίν· με τοῦς παῖδας πρεσβυτέρου γριγορίου·  
σταυρακῶν· περιορίζετ· οὕτως· κατὰ μὲν ἀνατολᾶς·  
τὸ ἀνοτέρῳ ριθέν πᾶιτζιν· κατὰ δυσέως· χωραφίον·  
πέλεγγίνου· υἱοῦ πρεσβυτέρου ἰωάννου· σάραγανδοῦ·  
κατὰ ἀγκτροῦ· χωραφίον τῶν παίδων ῥανοῦ κοντα-  
ράτου· κατὰ μεσημβρίας· τὸ σινόρων τοῦ τζοκαλά·  
καὶ σὶν κλη· τὸ δὲ ἕτερον πετζιν· ἡς τὸν ἐκυσὲ τῶν

† Signum manus Isaaci filii sacerdotis Isaaci. †  
Signum manus Petri filii Isaaci.

Nos suprascripti Isaacus et Petrus meus filius, qui  
signa venerandae et vivificantis crucis propria nostra  
manu exaravimus, nomine quoque fratrum, propin-  
quorum, filiorum et heredum, praesentem in scriptis  
redactam, puram, gratam, perfectam et inconcus-  
sam venditionem tibi Ioanni filio quondam Petri  
Martini condimus et facimus spontanea nostra volun-  
tate, propria deliberatione, et sine omnimoda neces-  
sitate, vel vi, vel dolo, vel facti ignorantia, vel  
quacumque circumventionem, sed potius cum omni  
alacritate ac totius animi proposito tibi suprascripto  
Ioanni vendimus portiones quatuor praedii nostri  
in loco Stauracono nuncupato. Prima portio ita  
circumscribitur: ab oriente fines Nicolai Tzocalae;  
ab occidente praedium filiorum Rani Contarati; a  
septentrione vinea Stauraci; a meridie via; et clau-  
ditur. Altera portio, quam in permutationem habui  
a filiis sacerdotis Gregorii Stauraci, eodem loco  
exstat, atque hosce habet fines: ab oriente su-  
pradicta portio; ab occidente praedium Pelegri-  
ni filii sacerdotis Ioannis Saragandi; a septentrione  
praedium filiorum Rani Contarati; a meridie fines  
Tzocalae; et clauditur. Tertia portio ibidem po-  
sita sic circumscribitur: ab oriente aporium do-  
mini Gualterii domini nostri; ab occidente vinea,  
ἡμέτερον οἶκον, κήπον, καὶ οἰμερωδένδροια, καθύτι καὶ περιδύζωνται ἀνωτέρως, συν τῶν αὐτοῦ εἰσόδων τε καὶ ἐξόδων, καὶ πάντων αὐτῶν τῶν δικαιομάτων, φερόμεθα αὐτὰ πιπράσκοντες, πρὸς ὑμᾶς τοὺς ἀμφωμέωνας, κυρον νικόλαον χανδακάριν, καὶ κυρον ρωγέριον, καὶ εἰς τοὺς ὑμῶν κληρονόμους καὶ διδύχους αἰς αἰῶ, διὰ χρυσοῦν, ταρία δώδεκα, καὶ ταῦτα πιπράσκωμεν ὑμῖν, σωζομένου τοῦ τέλους τοῦ ναοῦ τῶν αγίων σαράκωντα, κατ' ἐνιαυτον, ἀνακόμους πεντε, καὶ ταῦτα τὰ δώδεκα ταρία, λαβώτες ἀπὸ χειρῶν σας, πρὸς τὰς ἡμετέρας χεῖρας σῶα καὶ ἀνεκλυπες. ὑπετάξαμεν τοῦ ἐγγράφως σοῖ, τουτο γενέσθαι, καὶ ἐπιδωθεῖναι ὑμῖν τὴν παροῦσαν πρᾶσιν ἰσχὺν τὴν δέουσαν ἔχουσαν, καὶ μὴδαμὺ ποτὲ καιρῷ ὀφίλουσαν παρατραπῖναι, οὐ παρ' ἡμῶν ἢ παρα τῶν ἡμετέρων ἰδίων ἢ κληρονόμων. ἀλλ' ἢ καὶ φραδῇ τίς κίνησιν ἀγωγὴν ὑφεξέρειν εἰς τούτο, ἵνα μὴ εἰσάκουέτω, ἀλλ' ἵνα εἰσδάναι ἡμᾶς διέδικαν καὶ δυφεντεύειν ὑμῖν αὐτὰ ἀπὸ παντός προσώπου, ἡ δέ γε καὶ οὐκ διέδικήτωμεν ὑμῖν αὐτὰ ἀλλ' εἰς διόστροφὴν ἔλθωμεν, ἐμολογοῦμεν, στέργωμεν, καὶ ὑποκλύνομεν ἐαυτοῦς. ἐσσεῖσθαι ζημιούμενοι ποιήνῃ εἰς τὴν βασιλικὴν κόρτην, αὐγουστᾶλια δέκα, καὶ πρὸς ὑμᾶς τὸ ρηθὲν τίμιμα ἐπὶ τοῦ δυπλοῦ, καὶ εἴτι κόπους καὶ ἐξόδους ἐν τρειπλῶ, καὶ εἰθ' οὕτως στέργειν καὶ ἐμμένειν ταύτην τὴν παρ' ἡμῶν καλοθελῶς γεναμένην καθαρὰν πρᾶσιν, στεραῖαν, βεβαίαν, καὶ ἀμετάτρεπτον, αἰωνίως, δι' οὗ καὶ τὸ παρὸν τῆς παροῦσης πράσεως, ἐποίησαμέν σοι γεγραμμένον παρὰ τοῦ νοταρίου νικόλαου πούπλικου σεμιναρίου, καὶ μεμαρτυρημένον παρὰ τῶν κριτῶν σεμιναρίου, λέγω δὲ, κυρου ἰωαννου κυρου χρῶ, καὶ νοταρίου νικόλαου ἱερακος, καὶ ἐτέρων καλῶν ἀνθρώπων τῆς αὐτῆς, οἵτιναις ρητῶς διὰ ἡμετέρας παρακλήσεως τὰ προερχόμενα, ὁ καθεὶς αὐτῶν κατωτέρως ὑπεγράψαντο. ἔθεν καὶ ἐπιδώκαμεν ὑμῖν αὐτὸ, μηνί, ἰαννουαρίῳ, εἰς τας κη' ἰνδικτιωνι ια', τοῦ ετους ςψμς'.

† ο τοῦ ἱερακος νικόλαος καὶ τοῦ σεμιναρίου κρητῆς μαρτυρ.

† νικόλαος εὐτελῆς νοτάριος υἱὸς βασιλείου χαλκαίου μαρτυρῶν ὑπέγραψα.

† ἰωαννης τοῦ κυροῦ χρῶ κρητῆς σεμιναρίου μαρτυρ.

† νικόλαος εὐτελῆς ἱερεὺς τῆ ἐποινόμια τοῦ χρυσοφίου καὶ ἱερουργῶ τῶν αγίων μ' μαρτύρων τὰ

memorata nostram domum, viridarium et arbores fructiferas, uti supra circumscribuntur, cum ipsorum introitibus et exitibus omnibusque iuribus vendimus vobis domino Nicolao Chandacari et domino Rogerio, ac vestris heredibus et successoribus in omne tempus, tarenis aureis duodecim; et haec vobis vendimus excepto censu granorum quinque quotannis debito templo Sanctorum Quadraginta. Quos tarenos duodecim cum acceperimus a tuis in nostras manus integros et nihil imminutos, effecimus ut haec chartula venditionis vobis conderetur et traderetur, necessariam habens vim, et nunquam quacunque occasione subvertenda, nec a nobis neque a nostris propinquis et heredibus. Nam si quis litem vel actionem moverit de huiusmodi venditione, ne exaudiatur, et nos teneamur antestare, vobisque ipsam defendere a quacunque persona. Quod nisi eam vobis defenderimus, sed subvertere voluerimus, declaramus, confirmamus et assentimur solvere, poenae nomine, regiae curiae augustales decem, et vobis duplum antedicti pretii, et triplum laborum et expensarum, si quas pertuleritis. Attamen haec a nobis bona voluntate facta pura venditio firma, stabilis, inconcussa et immutabilis in perpetuum maneat. Quapropter hoc praesens venditionis instrumentum vobis fecimus, scriptum a notario publico Seminarum Nicolao, et roboratum testimonio iudicum Seminarum, id est domino Iohanne domini Hugonis filio, et notario Nicolao Hieracensi, et aliis probis hominibus ipsius civitatis, qui expresse, rogatu nostro, singuli se subscripserunt; quare tradidimus vobis (hanc chartulam) mense ianuario, die XXVIII, indictione XI, anno 6746.

† Nicolaus Hieracensis Seminarum iudex testis.

† Nicolaus humilis notarius filius Basilii Ferrarii testis subscripsi.

† Iohannes domini Hugonis filius iudex Seminarum testis.

† Nicolaus humilis sacerdos cognominatus de Chrysaphio, et presbyter Quadraginta Sanctorum



ἀνότερα μαρτυρῶ καὶ στέργω.

† Ego Notarius Nicolaus de Seminara subscripsi.

† νικόλαος τι ἐπινομία τοῦ γρασσοῦ, βασιλικὸς πούπλικος νοταριος χῳρας σεμινარიου, παρακληθεῖς παρα τῶν προγραφέντων σίγνογράφῳ τὴν παροῦσαν πράσιν ἐγράψα καὶ ὑπέγραψα, μῆνι, ἰνδικτιῶνι, καὶ εἴτει τοῖς προγραφῆσι.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.°138.)

Martyrum, quae supra, testor et confirmo.

† Nicolaus cognominatus de Grasso regius publicus notarius civitatis Seminarae, rogatus a suprascriptis, qui crucis signum effinxerunt, praesentem venditionem scripsi et subscripsi mense, indictione et anno supradictis.

## CCXCI.

1239 — Mense Septembri — Indict. XIII — Seminarae.

*Frater Nicolaus et Rogerius Chandacari donant monasterio S. Stephani Eremitarum de Nemore domum et hortum, quorum mentio est in proxime superiori membrana.*

† σίγνον χειρὸς νικολαου χανδακαρι † σίγνον χειρὸς ρωγερίου χανδακαρι ἀδελφοῦ αὐτου.

† Ἐν ονόματι τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ αἰὲν σωτήρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἀμήν. σεπτεμβρίῳ μηνὶ ἰνδικτιῶνι ιγ', τοῦ ἔτους ςψμγ', ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἔτους αςμ', βασιλευόντος τοῦ κυρίου ἡμῶν φηρηερίγου θεῷ χάριτι ῥωμικῶν βασιλεως αἰὲν αὐγούστου, ἱερουσαλήμ καὶ σικελίας ρηγός. ἡμεῖς οἱ ἄμφω αὐτάδελφοι, ὅτε νικόλαος χανδακαρις καὶ ρωγέριος, οἱ ἀνωτέρως ὑ προγραφέντες δια τοῦ οἰκίου ἡμῶν σίγνου τοῦ σταυροῦ καὶ γραμμάτων, ὁμολογοῦμεν δια τοῦ παρόντος ἐγγράφου, ὡς ὅτι τὸν ἡμέτερον οἶκον καὶ κύπον σὺν τῶν εἰμεροδενδρίων ὅπερ ἔχωμεν εἰς χῳραν σεμινარიου, καὶ αὐτὰ ἀγορὰν ἐκ τὸν ἰωάννην βηβιάνον, καθὰ συνίσταται καὶ περιόρῳζεται, ἀπὸ μὲν ανατολῆς ἡ ὁδὸς ἡ εἰσοδοῦξοδος χῳρας σεμινარიου, δύσεως δὲ καὶ μεσημβρίας χωραφίον τοῦ πολέμι, ἄκτρον χωράφιον τοῦ αὐτοῦ πολέμι καὶ τὰ ὁσπήτια τῶν παίδων βηβιάνου τοῦ πέτρου καὶ λέωντος, καὶ συγχλύει. τούτο ταῖν τὸν ἡμέτερον οἶκον καθότι καὶ περιόρῳσται ἀνωτέρως ἅμα σὺν τοῦ ἐκεῖσε κύπου καὶ εἰμερωδενδρίων, ιδιῶβούλως ἡμῶν καλωθελῶς, διδῶμεν καὶ ἀφιέρῳμεν αὐτὰ μετὰ παντός δικαιοῦματος αὐτοῦ καὶ παῆσης συνεισφορὰς, πρὸς τὴν ἀγίαν μονὴν τοῦ ἀγίου πρωτομάρτυρος στεφάνου τοῦ ὁρους τὴν ἐπικαλούμενην κατὰ γρέκους τῶν ἐρεμίτων, τοῦ ἔχον αὐτὰ ἡ αὐτῇ ἀγίᾳ μονῇ αἰὲς ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεως ἡμετέρων ἁμαρτιῶν καὶ τῶν ἡμετέρων γεννητόρων, σωζομένου τούτου ἵνα ὀφίλῃσι τέλλειν, ἡ αὐτῇ ἀγίᾳ

† Signum manus Nicolai Chandacari. † Signum manus Rogerii Chandacari fratris ipsius.

† In nomine Domini et Dei semper Salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Mense septembri, indictione XIII, anno 6748, et ab incarnatione domini nostri Iesu Christi anno 1240; regnante domino nostro Friderico, Dei gratia, Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Siciliae rege. Nos ambo fratres germani, Nicolaus et Rogerius Chandacari, qui nostrum proprium crucis signum et nomina superius exaravimus, declaramus praesenti chartula domum et viridiarium cum arboribus fructiferis possidere in civitate Seminarae extantia, quae emimus a Ioanne Bibiano ita circumscripta, id est, ad orientem a via ingressus et egressus civitatis Seminarae; ad occidentem et meridiem a praedio Polemi; ad septentrionem a praedio eiusdem Polemi et domibus filiorum Bibiani Petri et Leonis, et clauduntur. Hanc inquam nostram domum, uti supra circumscripta est, cum viridario inibi posito et arboribus fructiferis, nostro consilio et bona voluntate donamus et offerimus cum omnibus eius iuribus omnique redditu sancto monasterio sancti Protomartyris Stephani de Nemore, vocato apud Graecos Eremitarum, ut ea in perpetuum habeat ipsum sanctum monasterium pro redemptione et remissione peccatorum nostrorum, nostrorumque parentum, hoc pacto, ut memoratum sanctum monasterium solvere debeat ecclesiae Quadraginta Sanctorum Martyrum, positae

μονῇ, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἀγίων σαρκῶντα μαρ-  
τύρων τὴν ἐν τῇ χώρᾳ σεμιναρίου ἐν ἑκάστῳ χρόνῳ  
ἐν τῇ πανηγύρει ἀγίου ἡλίου τοῦ σπήλῃτου κύκ-  
λους πεντε καὶ πλεόν οὐδὲν κατὰ τὴν δίκλῳσιν τοῦ  
ἀγοράου ἡμῶν χαρτίου, διου καὶ διδῶμεν τὰ νῦν τῇ  
αὐτῇ αγία μονῇ τοῦ ἀγίου στεφάνου τοῦ αὐτοῦ οἴκου  
καὶ κύπου, καὶ εἰμεροδενδρίων πᾶσαν δεσποτίαν καὶ  
κυριότητα διὰφέρουσιν ἡμῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς πραγμασί, καὶ  
πληρεστάτην ἐμφώρεσιν, τοῦ μηδέποτε καιρῷ ἢ  
χρόνῳ ταύτην τὴν παρ ἡμῶν καλοδελεῶς γενεμένην  
ἀφιέρωσιν μετατρέψαι βουληθῶμεν οὐ παρ ἡμῶν ἢ  
παρὰ τῶν ἡμετέρων ιδίων ἢ κληρονόμων, ἀλλ' ἢ καὶ  
φοραθῇ τίς ἐκ τοῦ καθ' ἡμῶν μέρους ἢ ἰδίου ἢ κλη-  
ρονόμου, ὡς βουλόμενος τοῦτο μετατρέψαι, οὐ μόνον  
ἵνα μὴ εἰσάκουεται, ἀλλ' ἵνα ἔσεται ζημιούμενος  
ποινῇ εἰς τὴν βασιλικὴν κέρτην αὐγουστάλια κ', οὐ  
μόνον τοῦτο, ἀλλὰ μάλλον σχύει τὸ ἀνάθεμα τῷ  
δωθῆν παρὰ τῶν ἀγίων τῇ αγίαν θεοφόρων πατέ-  
ρων, καὶ πᾶσας ἀρὰς γενήσεται μέτοχος. διου καὶ  
τὸ παρὸν ἀφιέρωτικον ἐγγράφον ἐποιήσαμεν πρὸς τὴν  
αὐτὴν ἀγίαν μονήν, καὶ εἰς τὸν ἐνεστώτα νῦν καθη-  
γούμενον τῆς αὐτῆς ἀγίας μονῆς, κυρον ἀνδρέαν καὶ  
εἰς τὴν ἐν χριστῷ αὐτοῦ ἀδελφότητα, γεγραμμένον  
παρὰ τοῦ νοταρίου νικολάου πούπλικου χῶρας σε-  
μιναρίου, καὶ μαρτυρημένον παρὰ τῶν κριτῶν χῶρας  
τῆς αὐτῆς καὶ ἐτέρων καλῶν ἀνδρώπων, οἵτιναις  
ρητῶς κατωτέρως διὰ παρακλήσεως ἡμετέρας ὁ κα-  
θεὶς αὐτῶν ὑπεγράψαντο, καὶ ἐπεδώκαμεν αὐτῶν πρὸς  
τὴν αὐτὴν ἀγίαν μονήν τοῦ ἀγίου πρώτομάρτυρος  
στεφάνου, μηνι, ἰνδικτιῶνι καὶ ἔτει τοῖς προγραφῆσι.

† Ego Stephanus Iudex Seminare testis.

† ἰωάννης τοῦ κίρου χου κριτῆς σημιναρίου μαρ-  
τυρ.

† γουλιέλμος ευτελής νοτάριος οὐ τὶ ἐπινεμία τοῦ  
αλῆμβέρτου μαρτυρῶ.

† κώστας κλοβρίτος μαρτυρ.

† εὐτελής λέων ἱερεὺς τοῦ αλῆμβέρτου μαρτυρ.

† ἀμμιρίκος μαρτυρ.

† ἐγὼ νικόλαος τῇ ἐπινεμία τοῦ γράσσου, βα-  
σιλικὸς πούπλικος νοταριος χῶρας σεμιναρίου τὴν πα-  
ροῦσαν ἐγγράφον τῆς ἀφιερώσεως, ἐγραψα καὶ ὑπέ-  
γραψα.

† εἰς τᾶς 15' Σεπτεμβρίου ἰνδικτιῶνος 19', ἐλαβαμεν  
ἐμφώρεσιν λογω τῆς ἀγίας ἡμῶν μονῆς ἐκ τοῦ προ-  
γραφέν προῆγαν ἐγὼ ὁ ἀδελφὸς στέφανος μοναχός

in civitate Seminaræ, quotannis in festo sancti Eliae  
Speleotæ, grana quinque, et nihil amplius, uti pa-  
tet ex chartula nostræ emptionis. Quapropter amo-  
do concedimus venerabili monasterio S. Stephani  
praedicta omnia cum iure et dominio in memoratam  
domum et viridiarium et arbores fructiferas, quæ ad  
nos pertinent in his praediis, et plenissimam possessio-  
nem. Neque vero quacumque occasione vel tempo-  
re nobis liceat hanc donationem, quam sponte fecimus,  
subvertere neque nobis, neque nostris propinquis vel  
heredibus; sed si quis nostro nomine, sive propinquus  
sive heres, voluerit haec infringere, non modo ne  
exaudiat, sed mulctetur regiae Curiae augusta-  
libus viginti, et anathemate feriat, octo et de-  
cem tercentorum sanctorum divinorumque Patrum,  
et omnibus maledictionibus subiiciatur. Quare prae-  
sentem donationis chartulam fecimus memorato san-  
cto monasterio et pro tempore ipsius praeposito  
domino Andreae, et eiusdem in Christo fratribus,  
scriptam a Nicolao notario publico civitatis Semi-  
naræ, et testimoniis roboratam iudicum eiusdem ci-  
vitat, aliorumque honestorum hominum, qui sin-  
guli expresse rogatu nostro inferius se subscripserunt,  
et eam tradidimus ipsi venerabili monasterio sancti  
Protomartyris Stephani mense, indictione et anno  
suprascriptis.

† Ioannes domini Hugonis filius iudex Seminaræ  
testis.

† Gulielmus humilis notarius cognominatus de  
Alimberto testis.

† Consta Calobritus testis.

† Leo de Alimberto humilis presbyter testis.

† Ammiricus testis.

† Ego Nicolaus cognominatus de Grasso regius  
publicus notarius civitatis Seminaræ praesentem char-  
tulam donationis scripsi et subscripsi.

† Die 17 mensis septembris, indictione XIII,  
ego frater Stephanus monachus venerabilis mona-  
sterii S. Stephani accepi possessionem supradi-

τῆς ἁγίας μονῆς ἁγίου στεφάνου, προβλεψεί, κυρου  
ιωαννου κυρου χου κριτου σεμινარიου, καὶ κυρου στε-  
φανου κριτου τῆς αὐτῆς χωρᾶς, κυρου κωνστα κα-  
λοβριτου, μαίστορος ἀμυρίγου, πετρου νορετοῦ, καὶ  
νοταριου νικολάου πούπλικου σεμινარიού, διακονου  
ἰλάριος, τὴν πᾶν ἐμφωρεσιν ἔδωσεν ἡμῖν ὁ κυρος ρω-  
γεριος χανδακαρις ἐκ μέρους αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφου  
αὐτοῦ κυρου νικολαου χανδακάρη.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 139.)

ctorum bonorum, nomine nostri sancti monasterii,  
praesentibus domino Ioanne domini Hugonis filio  
iudice Seminarae, et domino Stephano iudice i-  
psius civitatis, domino Consta Calobrito, magistro  
Ammirico, Petro Noreto, et Nicolao publico nota-  
rio Seminarae, diacono Hilario; quam possessionem  
nobis dedit dominus Rogerius Chandacari nomine et  
parte sui ipsius et fratris domini Nicolai Chandacari.

## CCXCH.

1242 — Mense Septembri — Indict. I — Scyllacii.

*Gratia praepositus monasterii SS. Deiparae Scyllacensis in permutationem accipit a Gerasimo praeposito  
monasterii S. Gregorii Thaumaturgi praedium positum in agro Stalacti loco dicto Cropiani, eique tradit  
aliud praedium situm in agro Mentauri, loco nuncupato de Franco.*

† Σήγγον χειρὸς χαρίτος ἱερομονάζοντος. καὶ κα-  
θηγουμένου μονῆς τῆς ὑπεράγιας θεοτοκου πολεως  
σκαυλλακος. † Σήγγον χειρὸς ἀθανασίου μοναχοῦ  
τῆς αὐτῆς μονῆς. † Σήγγον χειρὸς ἰωάννησιου μοναχοῦ  
τῆς αὐτῆς μονῆς.

τιμῆς υ προγραφέντες οἱ τα σίγνα του τιμιου καὶ  
ζωοπιου σταυρου. εἰδίαις ἡμῶν χερσίν. ἐν τῷδε νόμῳ  
χαρᾶξαντες τῇ ἡμετέρᾳ βουλῇ καὶ θελήσει ἀναλαμ-  
βανόμεθα πάντας τοὺς ἡμετέρους ἀδελφους τοὺς ἐν  
τῇ ἡμετέρα μονῇ τόσον τοὺς ὄντας τόσον τοὺς μέλ-  
λοντας εἶναι ἐν αὐτῇ προτεῦν καὶ κηνοβίαν καὶ ἀπλως  
ὑπὲρ εἰς πάντα ἄνθρωπον ἀχὴν καὶ ἐξουσίαν. δι οἷς  
ὁμολογοῦμεν διὰ του παρόντος πονηλικοῦ ἐγγραφου.  
ἀλλαγὴν ἐπιῆσμεν. μετὰ τοῦ κυρου γερασίου. ἱερο-  
μονάζον καὶ καθιγουμενον μονῆς ἁγίου γρηγορίου του  
θαυματουργου καὶ κυνοβιου τῆς αὐτῆς. οἱ ἐλαβα-  
μεν ἀφ υμῶν. λόγῳ τῆς ἱριμένης ἡμετέρας μονῆς τὴν  
χωράφιον ἐν ᾧ ὑπῆρχε τῆς μονῆς ἁγίου γρηγορίου  
το ὄντα χωράφιον εἰς τὴν τοποθεσίαν σταλακτης  
εἰς τοπον λεγόμενον κροπανν. ὡς ἐννοεῖται τῷ  
αὐτῷ χωράφιον τετραχῶς. κατὰ τὴν διλῶσιν του  
ἐγγραφου. τὴν πρὸς τὴν ἡμετέραν μονὴν ἐπιῆσμεν. καὶ  
ἐπεδωκετο οἰμῶς ἐδωκετο ἡμῖν δύο δένδρα ἐλέας τα  
ὄντα εἰς τιν τοποθεσίαν κομῆς μενταβρίου. τῷ ἐν  
δένδρῳ ἡγάμεν. ψυχικῶς ἐκ του κολοφόσση. καὶ τὴν  
ἐτέραν ἐκ του λαμπακου. ἀντ αὐτῶν δὲ ἡμῖς ἐδώ-  
σαμεν πρὸς σας λόγῳ τῆς μονῆς ἁγίου γρηγορίου τὴν

† Signum manus Gratiae monachi et praepositi  
monasterii sanctissimae Deiparae civitatis Scyllacii.  
† Signum manus Athanasii monachi ipsius mona-  
sterii. † Signum manus Ioannicii monachi ipsius mo-  
nasterii.

Nos suprascripti, qui signa honorabilis et vivifi-  
cae crucis propriis nostris manibus in hoc instrumento  
exaravimus, nostro consilio et voluntate, nomine quo-  
que omnium fratrum nostrorum in nostro monaste-  
rio degentium, tam praesentium, quam futurorum  
praepositorum ac coenobitarum, et uno verbo cuius-  
cumque hominis, magistratus ac officialis, declara-  
mus praesenti publica scriptura permutationem facere  
cum domino Gerasimo monacho et praeposito mo-  
nasterii sancti Gregorii Thaumaturgi ipsoque coe-  
nobio, quia a vobis accepimus, nomine memorati  
nostri monasterii, quoddam praedium pertinens ad  
monasterium sancti Gregorii, quod extat in teni-  
mento Stalacti, in loco dicto Cropiani. Ex quatuor  
vero lateribus dictum praedium circumscribitur, uti  
chartula ostendit, quae nostro monasterio condita  
et tradita fuit. Item et datae nobis fuerunt duae  
arbores oleae, quae sunt in tenimento pagi Mentauri,  
quarum unam habuimus pro spirituali salute a Co-  
lofossa, et alteram a Lampaco. Nos autem pro his  
dedimus vobis, nomine monasterii sancti Gregorii,  
quoddam praedium nostri monasterii sanctae Deipa-

χωράφιον της ημετέρας μονής αγίας θεοτοκου το ότα  
χωράφιον ης τιν τοποθεσιαν κομης μενταβριού εις  
τόπον λεγομενον του φράγκου συν των εκύσε δένδρων.  
ημερων τε και αγρικων. σινορίται το αυτον χωράφιον  
ούτως εξ ανατολης χωράφιον των παιδων νικολαου  
γούνναρη δύσεως χωράφιον νικολαου κλήμη. και πε-  
τρου γερακάρη. άκτρου χωράφιον των παιδων νικο-  
λαου γούνναρη. μεσημβριας του νικολαου κλημῆ. και  
οποτα μεν του φράγκου. και συνκλή. τουτο το δι-  
λωθεντα χωράφιον συν των δένδρων ούν και εστιν.  
μετα παντων αυτου δικαιματων. εστερξαμεν σās εχην  
αυτο. ι ρηθησα μωνη αγιου γρηγορίου αλλαγιν ος  
έφημεν. εχην πληρεστάτην αδιαν. τοςόν· υμῆς τότον.  
η εν αυτη μελλοντα προτεύνειν και κυνοβιαν πιην εξ  
αυτου του χωράφιου και δένδρων εις επικέρδιον της  
μονής ει τῇ και βουληθήτω αῖς αεί. μη κοληομενη  
η εμποδιζωμενη παρά τινος. και η μεν ποτε κερο φανι  
τίς ενοχλόν σας εξ αυτων. ίνα στικομεν εκδικάν σας  
αυτα εκ παντος εναντιουμένου προσόπου. ει δε ου  
δηκεδικασμεν σας αυτᾶ. ος βουλομενη μετατρέψετε την  
παρ ημων καλοδελως γυνομενην. αλλαγήν μη εισα-  
κούμεθα μητε παρα του διου νομου βοιθειαν σχάμεν.  
ου μόνον τούτω. αλλ υπερ παραβάσεως του τιμιου  
σταυρου ζημιουστο. ημετερα μονη. εν τω βασιλικω  
φύσκω αγουσταλια ηκωσν. και προς την μονην αγιου  
γρηγοριου. το αξιουμενον του πραγματος επι του  
διπλου· και ιδ ουτω στεργην. και εμμενειν υ πα-  
ρούσα στερεῖς τῆς αλλαγῆς προς την αγίαν μονήν  
στερκια βαυαία. και απαρασαλευτος αχρη τερμάτων  
αιώνων εν παρουσια μαρτυρων.

† Ego Nicolaus de Cusentia Iudex Squillacii tes-  
stor. † Nicolaos Sasuni iudex squillacii testor. †  
Ego rao adrano iudex squillacii testor. † ανδρεας  
υιός πρεσβυτερου βασιλειου ο του ταβερνίτου και σκευό-  
φιλαξ τῆς επίσκωπῆς ασύλων παρακληθεις μαρτυρ  
υπεγραφα ηκεια χειρι. † ego Alexander de calatagro  
testor. † κωσταντινος· νοταριος ο του μορρου υπε-  
γραφα. † ego rogerius de contomolini testor. † εγω  
σέργιος μακρῆς παρακληθεις μαρτυρ υπεγραφα.

† εγράφη υπεγράφη και εκυρώθη το παρόν έγγρα-  
φον χειρί· καμου περεγρίνου σαμωνά πουπληκου νοτα-  
ρίου χωρας σκύλλακος μηνι σεπτεμβριω ινδικτιωνι  
α' έτουῖς ςψνα'.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 140.)

rae, quod extat in tenimento pagi Mentauri, loco di-  
cto de Franco, cum arboribus fructiferis et agresti-  
bus inibi positis. Hi veró sunt fines huiusmodi prae-  
dii: ad orientem praedium filiorum Nicolai Gunnari;  
ad occidentem praedium Nicolai Clemi et Petri Ge-  
racari; ad septentrionem praedium filiorum Nico-  
lai Gunnari; ad meridiem (*praedium*) Nicolai Cle-  
mi, et olim Franci, et clauditur. Dictum prae-  
dium cum arboribus quantum est et cum omnibus  
ipsius iuribus voluimus ut habeat memoratum mo-  
nasterium sancti Gregorii permutationis loco, uti  
dictum est, et ut tum vos, tum futuri praepositi  
et monachi facultatem habeatis faciendi de ipso  
praedio et arboribus quidquid volueritis pro utili-  
tate monasterii in perpetuum, neque impedimen-  
tum vel molestia vobis a quovis afferatur. Si vero  
quocumque tempore quis molestiam vobis intulerit  
quoad dictum praedium, nos tuebimur vobis ipsum  
a quacumque contraria persona. Quod nisi id prae-  
stiterimus, sed voluerimus subvertere hanc permu-  
tationem a nobis bona voluntate factam, ne exau-  
diamur, et nedum a divina lege subsidium habea-  
mus, sed pro violatione honorabilis crucis mulcte-  
tur nostrum monasterium regio Fisco augustalibus vi-  
ginti, et monasterio sancti Gregorii duplo pre-  
tio. Et nihilominus praesens permutatio facta san-  
cto monasterio firma, valida, stabilis et inconcussa  
maneant usque ad finem saeculorum. Coram testibus.

† Andreas filius presbyteri Basilii filii Taberniti et  
sacrista episcopii Asylorum rogatus testis subscripsi  
propria manu.

† Constantinus notarius de Morro subscripsi.

† Ego Sergius Macris rogatus testis subscripsi.

† Scripta, subscripta et roborata est praesens  
chartula manu mei Peregrini Samonae, publici notarii  
civitatis Scyllacii mense septembri, indictione I,  
anno 6751.

1243 — Mense Iunio — Indict. I — Scyllacii.

*Conventio inita inter monasteria S. Gregorii Thaumaturgi et S. Stephani de Nemore Eremitarum, qua eadem monasteria inter se permutant nonnulla praedia in agris Scyllacensi et Mentaurensi posita.*

† Εν ονόματι τοῦ κυρίου ἁμῶν. ἔτους τοῦ παρα-  
τρέχοντος τῆς τοῦ κυρίου οἰμῶν σαρκώσεως χυλιο-  
στῷ. διακοσιοστῷ. σαρακοστῷ τρίτῳ. μηνὶ ἰουνίῳ  
τῆς ἐνισταμένης ἰνδικτιωνος α' ἐν τῷ ριθεντι κερῷ  
καὶ ἰνδικτιωνι. βασιλεύοντος τοῦ εὐσεβεῦς καὶ αὐτῶ-  
κρατορος οἰμῶν Φρεδερίκου βασιλέως. εἰς ἀνάμνησιν  
τῶν γυνόμενων πραγμάτων υπᾶρχει ἰκονομιμένον προ-  
θεοριτικός ἐλευθερως. ὅτι τα γινόμενα ἔνδον τῶν  
τεθνεῶτων μὴ παθὼν ζήμιον λυθαργησεως διὰ μα-  
κροτητα κερου διάδωχῆν εἰς ἀνάμνησιν γραφῆν τα-  
πια ἀναμνίσκουν τὰ παρεληληθότα καὶ τα ἐνεστώτα  
ἀναδῖχνυν. ὁθεν ἡμῆς γερᾶσιμος ἱερομονᾶζον καὶ τῷ  
θεῷ χάρητι. καθιγούμενος καὶ το κυνῶβιον αἰγίου  
γρηγορίου του θαυματουργου. διὰ τῶ παρόντος που-  
πληκου ἐγγρηφου ομολογουμεν τὸςδὲ τῶν ἐνεστώτων  
τοσὸν τῶν μελλόντων ἐξὸν ἐστὶν ὅτι ὑπὸ ἡμῶν ἦχον  
δίχην συν τοῦ ποτε καθιγουμενου αἰγίου στεφάνου  
τοῦ ορους ἰγούν κυροῦ πέτρου καὶ κυνοβίου αὐτοῦ.  
εἰδῶσιον τῶν εὐλαβεστατων ἐπισκόπων του καταντζα-  
ριου καὶ του γινεκοκάστρου κριτῶν ἀπεσταλμένων  
ἐκ τῆν ἀποστολικῆν καθεδρᾶν. ἐπᾶν τῶν δικαιο-  
μάτων τῶν χωραφίων εἰς τὴν κράτεσιν σκυλλακος  
τα λεγόμενα τῶν ἀγραριων ἅτινα ἡ οἰμέτερα μόνι  
ἐδῆσπονεν ἰκία αὐτῆς, πρὶν δὲ αὐτὴ διχὴ μετὰ σκευ-  
σεως περὶώδη. κυνιδεντων κυνῶν ἀμφοτερῶν οἰμων  
φύλων διὰ ἀγαθὸν τῆς ἱρίνης εἰς τιαύτην καταθεσιν.  
καὶ εἰς ἀγαπητικὴν σύνεσιν ἡσῶλθασιν ὅτι κατετόυ-  
σιον να ἐδίδεν το ἡμέτερον μοναστήριον αἰγίου γρηγο-  
ριου πρὸς τῆν μονὴν αἰγίου στέφανου τοῦ ὄρους. σι-  
ταρὶν ρούβες ἐπτὰ καὶ κριθήρου ρούβες ἐπτὰ. καὶ  
διατὴ ἐν τῇ ἀποφλύσει του ριθέντος καρποῦ. πλῆ-  
στας φώρας συνῆτρεχεν ἀμφιβόλως μέσων τῶν μέρων.  
ἐν τιούτῃ καταθέσει ἐσυνεῖδημεν. ὅτι σὺ ὁ κυρὸς  
ἀνδραίας θεῷ χάρητι καθιγούμενος καὶ το κυνῶβιον  
αἰγίου στεφάνου του ὄρους. ἐκ μέρους του ριθέντος  
μοναστηρίου σας αἰγίου στεφάνου. εἰς ὄνομα ἀλλαγῆς.  
ἀπετάξατε ἐωνίως. πρὸς ἡμᾶς. καὶ τοῦ ὀνομασμένου  
ἡμετέρου μοναστηρίου αἰγίου γρηγορίου πᾶσαν ἀγωγὴν

† In nomine Domini. Amen. Decurrente anno In-  
carnationis Domini nostri millesimo ducesimo qua-  
dragesimo tertio, mense iunio, praesenti indictio-  
ne I; imperante in praefato anno et indictione pio  
nostro imperatore et rege Friderico. Ad memo-  
riam rerum quae aguntur sapiens ac liberale  
consilium initum est, ne a maioribus gesta da-  
mnum oblivionis a temporis diuturnitate patian-  
tur, ea litteris consignari, quae anteacta recor-  
dentur, et praesentia ante oculos ponant. Quapro-  
pter nos Gerasimus monachus, et Dei gratia prae-  
positus, ac coenobium S. Gregorii Thaumaturgi,  
praesenti publico instrumento declaramus, quoad  
fieri potest, tum praesentibus, tum futuris, prae-  
cessores nostros litem habuisse cum olim praeposi-  
to S. Stephani de Nemore, id est domino Petro  
eiusque coenobio, coram potentissimis episcopis Ca-  
taciai et Gynecocastri, iudicibus ex apostolica sede  
missis, de nonnullis iuribus quorundam praedio-  
rum in pertinentiis Scyllacii, quae dicuntur de A-  
grariis, quaeque nostrum monasterium possedit ut-  
pote ad ipsum pertinentia. Prius vero quam hu-  
iusmodi lis disceptando prorogaretur, cum utrim-  
que nostri se amici interposuissent, pro bono pacis  
ad hanc deliberationem et benevolam conventionem  
deventum est, ut nostrum monasterium S. Grego-  
gii quotannis solveret monasterio S. Stephani de  
Nemore frumenti rubos septem, et hordei tantun-  
dem. Et quoniam de pensitatione dictarum frugum  
saepenumero inter partes oborta fuit controversia, hac  
conventionem statuimus, ut tu dominus Andreas, Dei  
gratia praepositus, et coenobium S. Stephani de  
Nemore, ex parte memorati monasterii S. Ste-  
phani, cedatis in perpetuum, permutationis nomi-  
ne, nobis et memorato nostro monasterio S. Gre-  
gorii omnem actionem, quae olim pertinuit et in  
posterum omne tempus pertinebit ad te, tuumque  
monasterium; item cedatis nobis quodvis ius, domi-

τὴν πῖαν ποτε ἐδιέφερινεν καὶ μέλλον διαφέρειν πρὸς  
 σὰς καὶ τοῦ μοναστηρίου σας ἐωνίως. ομῶς ἀποτά-  
 ξατε πρὸς ἡμᾶς πάσαν σίστασιν δεσποτιαν. καὶ πᾶσα  
 δίκαιον τα πια λαγχάνοντα. καὶ δύνονται λάχην τοῦ  
 αὐτοῦ μοναστηρίου ἁγίου στεφάνου. ἐκ τα χωράφια  
 τῶν ἀγρариων ἀποταξάμενη δὲ· εἰς πᾶσαν βοϊθίαν  
 διέριον καὶ δικαιοματων. τὸσον κληρικῶν τὸσον χρι-  
 ματικῶν. κατὰ τὴν δῆλωσιν τοῦ ἐγγράφου ἣν πρὸς  
 ἡμᾶς ἐπιθήσατε. ἐκ τα χωράφια τοῦ ἀγρариου τα  
 ἕντα χωράφια. εἰς τιν τοποθεσίαν στάλακτης. τα  
 ἅπερ συνροῦνται καὶ περὶορίζονται. κατὰ τιν διλωσιν  
 τοῦ ἐγγράφου τοῦ γινόμενου ἐκς ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς.  
 ονομαζοῦνται δὲ τα αὐτα χωράφια οὕτως. τα χω-  
 ράφια τοῦ καμβρου. το χωράφιον τοῦ σμβρατάκη.  
 το χωράφιον τῆς κροπαῆς. το χωράφιον το λεγό-  
 μενον ἁγίου λουκα. καὶ το χωράφιον το ονομαζόμενον  
 εἰς τιν σκῆλαν. δια τὴν αὐτὴν ἱριμειν ἀπύταξιν. ἣν  
 ἐπιθήσατε ἐδωσαμεν. καὶ παρδύκαμεν ὑμῶς πρὸς ὑμᾶς  
 λόγου τοῦ ριθιεντος μοναστηρίου ἁγίου στεφάνου τοῦ  
 ὄρου. ἀπο τῆς στάσεως τοῦ ἡμετέρου μοναστηρίου,  
 τὴν αὔσαν στασιν. ἐν τοποθεσίᾳ κάμης μενταβριου το  
 ἐν πετξῆν εἰς τόπον λεγόμενον το Φράγκου τῷ πῖν  
 ἀλλαγὴν ἐσχῆκαμεν. ἐκ τοῦ παιδάς τοῦ ἀπεχόμενου  
 πρεσβυτερου λέοντος βαρβαράς το πλησίον τῆς οἰαῖ.  
 καὶ τοῦ ἰωάννου γερακάρη τῷ ἑτέρου πετξῆν. χω-  
 ραφίου ἧς τοπον λεγόμενον ἀγριλλεάνον· πλῆσιόν τοῦ  
 χωράφιου τοῦ σκεπέστου. καὶ τοῦ λέου γούνιαρη.  
 ἑτέρον πετξῆν χωράφιον εἰς τόπον λεγόμενον τοῦ  
 Φραγκου. τῷ ἅπερ ἠχαμεν ἀλλαγὴν. ἐκ τὴν μονίᾳ  
 τῆς θεοτοκού τοῦ παλεού σκυλλακός. συν τῶν ἐκῆσε  
 δῆδρων ἡμέρον τε καὶ ἀγριων. τῷ πλησίον τῶν χω-  
 ραφίων. τῶν παιδῶν ἰωάννου γούνιαρη. καὶ νικολάου  
 κλίμη. ταυτὴν τὴν ριθιενσαν στάσιν, ὅς οὐκ ἔμασθε  
 καὶ αὐτὴν πρὸς σὰς ἐστέρξαμεν. ἔχην το μο-  
 ναστήριον ἁγίου στεφάνου τοῦ ὄρου ομῶς ἐδώκαμεν  
 πρὸς σὰς· καὶ τα ἐγγράφα τα ἅπερ ἐξ αὐτῆς τῆς  
 στάσεως ἔχκαμεν. διδωμεν δὲ καὶ παρδωμεν ἡμῶν  
 πρὸς σὰς. ἡ ριθιενσα στάσις. ἔχην σας πλῆρι-  
 στάτην ἀδιαν. ἰκοιομῖσατε. καὶ πιρῆτε ἐξ αὐτῶν.  
 ὅς ἐκς ἰκία πράγματα τῆς μωνῆς ἁγίου στεφάνου.  
 μιδέν ἐνατιονοντα. οὐδεμίαν ἐναντί·σιν. ἐκς ἡμῶν.  
 μητε ἐκ των ἑπιτα διαδωχων. ἡμετέρων ἀλλ ἡστᾶ-  
 μεθα. ἐκδικᾶν σὰς αὐτὰ ἐκ παντος ἐναντιουμένου προ-  
 σόπου, διδωμεν δὲ ὑμῶς. ἐκ το μέρος τοῦ ριθιεντος.  
 ἡμετέρου μοναστηρίου. σίστασιν πᾶσαν. καὶ δεσποτιαν.

nium et auctoritatem, quae ad ipsum monasterium  
 S. Stephani spectant et spectare possint de prae-  
 diis Agrariorum, et quodvis subsidium renunciatis  
 decisionum et sententiarum tam canonicarum, quam  
 civilium, prout patet ex chartula quam nobis con-  
 didistis quoad praedia Agrarii, quae sita sunt in te-  
 nimento Stalacti, et ita circumscribuntur, ut eru-  
 tur ex chartula nobis per vos facta. Haec vero  
 praedia ita vocantur: praedia Campi, praedium Sam-  
 bataci, praedium Cropanae, praedium dictum Sancti  
 Lucae, et praedium dictum ad Scalum. Pro memorata  
 cessione, quam fecistis, nos dedimus et tradidimus vobis,  
 nomine dicti monasterii S. Stephani de Nemore, non-  
 nulla ex bonis nostri monasterii quae sita sunt in te-  
 nimento pagi Mentauro, quorum una petia extat in loco  
 dicto de Franco, quam in permutationem accepimus  
 a filiis demortui presbyteri Leonis Barbarae, pro-  
 pe viam et Ioannem Geracarim; altera terrae petia  
 extat in loco dicto Agrilleano prope praedium Sce-  
 pesti et Leonis Gunnari; alia terrae petia in loco  
 dicto de Franco, quam in permutationem accepi-  
 mus a monasterio Deiparae veteris Scyllacii, cum  
 arboribus fructiferis et silvestribus inibi positis, pro-  
 pe praedia filiorum Ioannis Gunnari et Nicolai Cli-  
 mi. Quae quidem bona, uti superius nominantur, vo-  
 bis firmiter tradidimus, ut ea habeat monasterium  
 S. Stephani de Nemore. Item et dedimus vobis  
 chartulas, quae de ipsis apud nos erant. Dedimus  
 vero et tradidimus vobis huiusmodi bona eo quidem  
 pacto, ut plenissimam potestatem habeatis ea ad-  
 ministrandi, et ipsis utendi tamquam bonis pro-  
 priis monasterii S. Stephani. Neque quis nostrum  
 vel nostrorum successorum vobis adversari poterit;  
 quin imo vobis defendere ac tueri eadem bona te-  
 neamur a quacumque contraria persona. Praeterea  
 vobis cedimus, nomine dicti nostri monasterii, to-  
 tam possessionem et dominium et quodcumque ius,  
 quod monasterium S. Gregorii habeat et habere

καὶ πάντα δίκαιον. τα πια λαγχάνονται. καὶ δύνονται  
λαχῆν του μοναστηρίου αγίου γρηγορίου εκ τα ρη-  
θεντα χωραφια. ην πρὸς σὰς ἐπεδώσαμεν. αποταξα-  
μενοι εἰς πᾶσαν βοῖδιαν. καὶ διέριον. καὶ δικαίωματων.  
τόσον κανονικῶν τόσον χρηματικῶν. ης υμᾶς καὶ του  
μοναστηρίου διαφέρνουνται· καὶ δύνονται διαφέρειν. ἐξ  
ἐναντίας της ριθσις ἀλλαγίς. καὶ αποτάξεως αἰω-  
νίως. καὶ ἐὰν ἡμεῖς. ἤτε εἰ διαδώχοι. ἡμῶν ἐγγίσο-  
μεν. ἐλθῖναι ἐξ ἐναντίας τῆς ριθσις ἀλλαγίς. καὶ  
αποτάξεως αἰωνίως. συνδεδεμένοι. ἔχον ὀπληκεύμε-  
θα. ἡμεῖς. καὶ το ἡμέτερον μοναστήριον. πρὸς σὰς.  
καὶ τοῦ μοναστηρίου αγίου στεφάνου. εἰς πύνην ἀγου-  
σταλια πεντήκωντα. ἡ ἀλλαγι δὲ. καὶ ἡ ἀποτάξης  
εἰωνίως ἐν της αὐτῆς δυνάμειως ἐμμένοντα στερεᾶ. ὁθεν  
εἰς ἀσφάλειαν. καὶ στερεότητα. του ριθέντος μονα-  
στηρίου εἰωνίως χρυσιμούντα το παρὸν ἀσφαλιστικον  
ἔγγραφον γενέστω πεπιήκαμεν. χειρὶ. νοταρίου περε-  
γρίνου σαμωναῦ πουπληκου νοταρίου χωρας σκυλλα-  
κος. παρουσία τῶν κριτῶν σκύλλακος ἰγούν του κυρου  
νικολαου σανσούνου. κυροῦ νικολάου τῆς κουσεντίας  
καὶ κυρου ρου ἀδριανου. εἰς πious. ὅς ἡς ἡμῶν κριτῶν  
εἰσιστέρεξάμεν καὶ ἐτέρων χρυσίμων ἀνδρῶν. ἐπὶ τουτο·  
καὶ εἰς τούτο ἰδικῶς φωνιθέντων. καὶ παρακληθέντων.  
ὁχειρόμενον παρ ἐμου του ριθέντος γερασίου καδιγου-  
μενου. καὶ κυνοβίου ἡμετέρου. καὶ ἱμμένων κριτῶν καὶ  
μαρτυρῶν στερεωμένον.

† Ego Nicolaus de Cusencia Iudex Squillacii  
testor. † Nicolaos sasuni iudex squillacii testor.  
† Ego rao adriano iudex squillacii testor. † ἐγὼ  
βαρθολομαίος ἱερομοναζὼν τα ἀνωτέρα μαρτυρῶ καὶ  
στεργῶ. † ἐγὼ ἀνίκος ἐιρομοναζὼν τα ἀνωτέρα μαρ-  
τυρῶ καὶ στεργῶ. † ἐγὼ λεόντιος ἱερομοναζὼν τα  
ἀνωτέρα στέργῶ καὶ μαρτυρῶ. † ἐγὼ θεοδουλος ἱε-  
ροναχὸς τα ἀνωτέρα μαρτυρῶ καὶ στεργῶ. † ἐγὼ  
πᾶνφινουτος καὶ μῶναχὸς μαρτυρῶ καὶ στέργῶ. †  
ἐγὼ σεργίος μακρίσις παρακληθεῖς μαρτυρῶ υπεγρα-  
ψα. † ἐγὼ γερασίμος ἐιρομοναζὼν καὶ καδιγουμενός  
μῶνους του αγίου γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ στεργῶ  
καὶ ἐπικυρῶ.

† ἐγγραφῇ υπεγράφη καὶ ἐκυρωθῇ το παρὸν ἔγγρα-  
φον χειρὶ καμοῦ περεγρίνου σαμωναῦ πουπληκῶ νο-  
ταρίου χωρας σκύλλακος μηνὶ ἰνδικτιωνι καὶ ἔτους  
του προγραφέντος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 141.)

possit in memoratis praediis, quae vobis tradidi-  
mus, in perpetuum renunciantes omne subsidium  
decisionum tam canonicarum quam civilium, quae  
ad nos et memoratum monasterium pertinent et per-  
tinere possint pro dicta permutatione et perenni  
cessionione. Quod si nos vel successores nostri tenta-  
verimus adversari dictae permutationi et perpetuae  
cessioni, obstringamur semper et teneamur nos et no-  
strum monasterium solvere vobis et monasterio S. Ste-  
phani poenae nomine augustales quinquaginta; per-  
mutatio vero et cessio eadem vi munitae firmiter per-  
maneant in omne aevum. Quamobrem ad securitatem  
et confirmationem ipsius monasterii praesentem se-  
curitatis chartulam ei semper profuturam condi-  
dimus manu notarii Peregrini Samonae publici no-  
tarii civitatis Scyllacii, coram Scyllacensibus iudi-  
cibus, idest domino Nicolao Sansuno, domino Nicolao  
de Cusentia, et domio Rhao Hadriano, quibuscum  
ut nostris iudicibus, et cum aliis probis hominibus,  
ad hoc et in hoc peculiariter vocatis et arcessitis,  
eam firmavimus, roboratam a dicto Gerasimo prae-  
posito, et ab eius coenobio, et a dictis iudicibus ac  
testibus.

† Ego Bartholomaeus monachus quae supra testor  
et firmo. † Ego Anicius monachus quae supra testor et  
firmo. † Ego Leontius monachus quae supra firmo et  
testor. † Ego Theodulus monachus quae supra testor  
et firmo. † Ego Pafnutius monachus testor et  
firmo. † Ego Sergius Macrises vocatus testis sub-  
scripsi. † Ego Gerasimus monachus et praepositus  
monasterii S. Gregorii Thaumaturgi firmo et ro-  
boro.

† Scripta, subscripta et roborata est praesens char-  
tula manu mei Peregrini Samonae publici notarii  
civitatis Scyllacii mense, indictione et anno su-  
pradictis.

1244 — Mense Maio — Indict. II. — Scyllacii.

*Sententia lata a Gulielmo de Panormo Stratego Scyllacensi et Iudicibus de vinea posita in agro Stalacti, de qua Rogerius Ranus et Nicetas Papilliuni inter se contendebant.*

† Οὐδενί γὰρ τῷ θεῷ εὐαπόδεκτον. ὅς ἐπὶ δίκαιοι κρίσις. κατὰ γὰρ τὸν μαῖον μήνα τῆς ἰνδικτιωνος β' τοῦ ἐτους ἐξ ἀρχῆς 575β'. βασιλεύοντος τοῦ εὐσεβοῦς καὶ αυτοκράτορος οὐμῶν φρεδερίκου βασιλέως στρατηγούντος κάμου γουλιάδμου τῆς πανόρμου. ἐν τῇ χώρᾳ σκύλλακος καὶ δὴ καθεζομένου μου. ἐν τῷ συνιδεῖ κριτηρίῳ. μετὰ τῶν χρυσίμων ἀνδρῶν. καὶ μετὰ τῶν ὁμοτῶν κριτῶν σκύλλακος λέγω δὴ κυροῦ νικολάου σανσοῦνου καὶ κυροῦ βῆου ἀδριανου. αὐτῶν καὶ τῶν κατοτέρω υπογραφέντων. ἐπὶ τοῦτου ἰδικὸς ἐμφανιστέντων. ἐνώπιον ἡμῶν ἐλθὼν ρογέριος ράνος. καὶ ἀγωγὴν κινίσας κατὰ τοῦ νικήτου παπυλλιούνη ἡμεῖς δὲ οἱ ριθεῖς ἐξουσιαστὴς καὶ ἱριμένοι κριταί. ἐπὶ ἤσασμεν αὐτὸν ἐλθεῖν. ἐνώπιον ἡμῶν. ἀκούσῃς τὰ κατ' αὐτοῦ ἐναγώμενα. παρησταμένων τῶν δὲ μετ' αὐτοῦ ἐνώπιον κριτηρίου. ὁ ρηθὴς ρογέριος ἤρξατο λέγειν τὴν ἀγωγὴν ὅς κατοτέρω περιεχθῇ. γνοῦς δὲ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ὁ ριθεῖς νικητῆς. ἔτησεν διορίαν τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ δηχθῆναι αὐτοῦ τῷτε ἀγωγῇ ἀμπέλου. ἐδώθη αὐτοῦ διορία ἡμερῶν οκτῶ. καὶ ἐδηχθῇ αὐτῷ παρὰ τοῦ ἄκτορος τῷ ἀμπέλιον. τῆς διορίας ἐλθοῦσιν τὰ δὴ μέρη ἐνώπιον κριτηρίου παρησταμένα. ὁ ριθεῖς νικήτης ἀπεκρίθη αὐτῷ. ἐκ τῷ ἀμπέλιον ἡ κατηγοριμένος ὑπάρχει. ἐκδικητὴν ἐξ αὐτοῦ. ἔχω τὸν ἐμὸν πεινερὸν κυρον νικολάον βουκιαν. ὅτι παρ' αὐτοῦ ἔλαβα αὐτὸν εἰς δῶτες λογῶ τῆς ἐμῆς συνβίου κυρας ἱρίνης. καὶ αὐτὸς ζῆσυνφῶνος ὑπάρχει. ἐτῶ αὐτὸν ἐκδικητὴν τοῦ αὐτοῦ ἀμπέλωνος. παλὴν ἐδώθη αὐτοῦ εὐχερία. καὶ ἀγαγὼν ἐνώπιον κριτηρίου. τὸν ἱριμένον αὐτοῦ ἐκδικητὴν. ἐξετίησαμεν αὐτὸν ἡμῖς εἰάν ἐκδικητῆς ὑπάρχει τοῦ αὐτοῦ μαῖστορος νικήτης ἐκ τῷ ἀμπέλιον τῆς ἀγωγῆς. αὐτὸς καδ' αὐτὸς ἔφη. ἐκδικητὴς αὐτοῦ ὑπάρχω ἐκ τῷ αὐτῷ ἀμπέλιον. ὅτι αὐτοῦ αὐτῷ εἰς δῶτες ἔδωσα. τῷ μερὸς ρογερίου ἔφη. κατὰ τοῦ κρατοῦντος τῷ ἀμπέλιον ἐναγῶ πῇ οὐδὲν κατὰ τοῦ ἐκδικητοῦ. ἡμῖς δὲ οἱ κριταί. ἠβουλήθημεν ἵνα ὁ ἐκδικητῆς μετὰ τοῦ κατέχοντος τὸ πρᾶγμα. παρίη εἰς

† Nihil quidem est Deo acceptius, quam iudicium iustitiae consentaneum. Mense maio, indictione II, anno ab orbe condito 6752, regnante pio nostro imperatore et rege Friderico. Cum ego Gulielmus de Panormo in civitate Scyllacii Stratego munere fungerer, et pro consueto tribunali sederem cum quibusdam probis viris et iuratis iudicibus Scyllacii, id est domino Nicolao Sansuno, et domino Rhao Hadriano, et iis qui infra subscripti sunt, et huic rei expresse interfuerunt, coram nobis venit Rogerius Ranus, et actionem intendit contra Nicetam Papilliuni. Nos autem dictus Magistratus et memorati Iudices, ut coram nobis se sisteret, mandavimus, ad audiendum quatenam in ipsum actio intentaretur. Cum autem utraque pars ad tribunal accessisset, dictus Rogerius adgressus est actionem exponere, ut infra continetur. Quam cum cognovisset dictus Nicetas, petiit terminum ut responderet, et sibi probaretur actio de vinea. Datus ipsi fuit terminus dierum octo, et probata ei fuit (actio) de vinea. Elapso autem termino, utraque pars se ad tribunal stitit, et dictus Nicetas ita respondit: Quoad vineam, de qua lis mihi intenditur, defensorem habeo socerum meum, dominum Nicolaum Buciam, eo quod ipsam ab eo pro dote accepi coniugis meae dominae Irenes; et cum viva sit adhuc eius vox, peto ut ipse mihi asserat eandem vineam. Facta igitur fuit ei copia (advocandi socerum); et cum ad tribunal adduxisset dictum suum defensorem, nos illum interrogavimus, num defensor esset eiusdem magistri Nicetae quoad vineam, de qua agebatur. Ille autem seorsim dixit: Reapse illius defensor sum quoad ipsam vineam, quam ei pro dote constitui. Ex altera vero parte Rogerius inquit: Contra possessorem vineae actionem intendo, minime contra defensorem. Nos autem iudices deliberavimus, ut defensor et praedii possessor se sisterent ad tribunal, ac responderent, et ius omnino



κριτήριον αποκριθῆναι. καὶ τα τοῦ δικαίου εκπλη-  
ρῶται. αὐτὸς δὲ ὁ κυρὸς νικολάος. ὅς ἐκδικητῆς στέρ-  
ξας τῷτο. οὗτος δὲ τὴν αγωγὴν ἐγγράφος ἐπιδώσας  
τὸ μέρος ρογερίου λέγων. ἐνίγη ρογέριος ῥῆνος εἰς τὴν  
βασίλειχην κέρτην ἐξεναντίας κυροῦ νικολάου βουκία  
ἐκδικητοῦ νικήτα παπυλλιοῦνου γαμβροῦ αὐτοῦ. ὅτι  
ἐπρὸς αὐτοῦ τοῦ ρογερίου νικολάος σουρράκας· πρι-  
κονάτωρας πᾶππος αὐτοῦ. καὶ δωμίνικος υἱὸς αὐτοῦ  
θίος τοῦ ἄκτωρος. ὑπῆρχον πρεκονάτωρες σχίλλα-  
κος. ἐξ αὐτῶν αὐτὸς ὁ ρογέριος δι᾿δωχὸς αὐτὸν ἐπιτὰ  
ἐνὶ καὶ πρεκονίον· αὐτὸς ὁ νικήτας κρατεῖ τὴν αμ-  
πελον. κατοτέρως συνοριασμένον ὅς νομαῖζή ἐξ αὐτῶν.  
ρογερίου δικαιομάτων πρεκονίων διαφέρνῃ. ἔτι εἰ ημι-  
μένη προσυ αὐτοῦ δικαιομάτα πρεκονίου βέλκασυ.  
κρατόντα καὶ ἐχόντα. οὗ ἐν τῇ αὐτοῦ τῷ ἱμμένον  
κριθεῖναι ἀμπέλιον καὶ μετὰ ἐπικαρπιῶν καὶ παντός  
πράγματος. τῷ ἀμπέλιον ὑπάρχει ἐν τῇ τωποθεσίᾳ  
σταλάκτης· ὅπερ νομαῖζεται νικολάος σουρράκα. τα  
σίνορα αὐτοῦ εἰσὶν ταυτά. πλησίον ἀμπέλου λεῖου  
βουκία καὶ ἀμπέλου το κρατοῦμενον παρὰ τοῦ ρε-  
νάλδου σκαγκέρου. καὶ ἀμπέλου νικολάου τῆς ἀνα-  
στάσις. τῷ μέρος κυροῦ νικολάου βουκία ἐκδικητοῦ.  
καὶ νικήτου παπυλλιοῦνου. ἀπεκρίθη οὕτως. ομολό-  
γησαν κρατὶν καὶ δεσπότην τῷ ἀμπέλιον τῆς αγω-  
γῆς. καὶ τα ληπὰ προθυμέμενα. τοῦ λημβέλλου  
ἀρνέσθην σοξομένης τῆς αἰσεψιῶνας καὶ παραγρα-  
φῆς αὐτοῦ. ἐδωδην τρηλοκητωρία. καταστήναι ὁ  
ρογέριος τὴν ἄρνησιν τοῦ ῥέου. αὐτὸς δὲ στέρξας κα-  
ταστήναι μετὰ ἐγγράφων καὶ μαρτύρων. ἐπὶ δὲ δυὸ  
ἡμερῶν ἐπέδωκεν ἡμῖν μάρτυρας τοὺς κατοτέρως  
υπογραμμένους. ομῶς καὶ τὸ μέρος τοῦ ῥέου ἐπέδωκεν  
ἀψευδίζωναν. καὶ παραγραφὴν λέγον. ὅτι το αὐτὸν  
ἀμπέλιον ἐν ἰκία δεσποτία δεσπώσας αὐτῷ ἀσχλή-  
τως ἐν προσόπῳ. καὶ παροψία. τῶν προσυ τοῦ  
ἀκτορος καὶ αὐτοῦ. ἐπαρήλθον ἐνιαυτὴν τριᾶκοντα.  
καὶ πλέον καὶ ἐὰν τὴν δικαίον κατα τοῦ αὐτοῦ ἀμπέλου  
ὁ ἀκτὼρ ἦχεν ἡ ἔχη ἐκ τοῦς προσυ αὐτοῦ· εἴτε αὐτοῦ.  
δια τὴν μακρότητα τοῦ κερὸς τῆς παραγραφῆς ἐπα-  
ρεγράφη. καὶ μάρτυρας ἐπέδωκεν καταστήναι τὴν  
αὐτὴν αἰσεψιῶναν καὶ παραγραφὴν. τοὺς κατοτέ-  
ρους δηλουμένους. το μέρος τοῦ ἀκτορος ἐπέδωκε  
τοὺς αὐτοῦ μάρτυρας νομοῦ καὶ ἄπαξ. τον τε βασί-  
λειον κουκωτῆγ. λεον καννάτον. γέροντα λεόν πυλη-  
λῆγ. καὶ γέροντα νικολάον ἰουδά εἰνὲς ἐνωπιῶν τῶν  
δυὸ μερῶν ορκῶ ομύσασιν. εἰς καὶ εἰς. καὶ ἐξ ἡμῶν

demonstrarent, ipse vero dominus Nicolaus, uti  
defensor, haec confirmaret. Hic autem actionem pro-  
tulit ex parte Rogerii in haec verba scriptam: Ro-  
gerius Ranus apud regiam curiam litem instituit  
adversus dominum Niclaum Buciam defensorem  
Nicetae Papilliuni generi eius, quod ante ipsum  
Rogerium Nicolaus Surracas praeco avus ipsius,  
et Dominicus eius filius, patruus actoris, fuerunt  
praecones Scyllacii, quorum ipse Rogerius est suc-  
cessor, et etiam praeconis officio fungitur, ipse  
Niceta possidet quamdam vineam inferius descri-  
ptam, quam ex Rogerii instrumentis eruitur ad  
praecones pertinere; nam ex praedictis titulis eli-  
citur praeconem Belcasum eorumdem possessorum  
praecessorem in sua potestate habuisse. Quapropter  
petit (*Rogerius*) adiudicari sibi dictam vineam una  
cum omnibus fructibus et pertinentiis. Vineam au-  
tem extat in agro Stalacti, ubi dicitur Nicolaus  
Surraca, et fines sunt hi: prope vineam Leonis  
Buciae, et vineam quam possidet Renaldus Scange-  
rus, et vineam Nicolai de Anastasia. Ex parte au-  
tem domini Nicolai Buciae defensoris, et Nicetae  
Papilliuni, ita responsum fuit: Fatemur habere et  
possidere vineam, de qua controversia est, et re-  
liqua proposita in libello reiicimus, nobis reser-  
vantes praescriptionis exceptionem. Data fuit Ro-  
gerio comperendinatio ad refellenda quae reus as-  
serebat, et ad petitionem suam probandam scripturis  
et testibus. Intra biduum exhibuit nobis testes in-  
ferius subscriptos. Item ex parte rei proposita fuit  
praescriptionis exceptio, quod memoratam vineam  
pacifice et personaliter in suo dominio habuit, et  
ob negligentiam tum actoris, tum eius praecesso-  
rum decurrerant anni triginta et amplius; et si  
quid iuris in eamdem vineam actor habuerit, vel  
habeat ex praecessoribus suis, vel ex semetipso,  
propter temporis diuturnitatem praescriptione ami-  
sit; et ad dictam praescriptionis exceptionem con-  
firmandam testes produxit inferius denotandos. Ac-  
tor ex sua parte suos attulit testes simul et  
semel, Basilium Cucotzam, Leonem Cannatum,  
senem Leonem Pililin, et senem Nicolaum Iu-  
dam, qui singuli coram utraque parte iusiuran-  
dum dixerunt, et a nobis iudicibus de re interro-  
gati fuerunt, ad declarandam controversiam; et

τῶν κριτῶν ἐξετάστησαν περὶ τοῦ πράγματος· κατὰ τὴν διλωσὴν τῆς αγωγῆς· καὶ καὶς ἐξ αὐτῶν τῶν μαρτυρῶν οὐκ ἔφη· ὅτι τὸ ἀμπέλιον τῆς αγωγῆς ἐγύνοςκεν τοῦ υπῆρχεν· νικολάου σοῦρρακα πάππου τοῦ αὐτοῦ ρογερίου· οὔτε τοῦ θίου αὐτοῦ δομινίκου· οὔτε τῇ ηχασιν αὐτῷ δικαίῳματι τοῦ πρεκονίου· οὔτε ἐτέρῳ τυνι δικαίῳματι· οὔτε αὐτὸν τὸν ρογέριον· ἵνε διαδωχόν αὐτὸν ὅς ἐν τῷ λημβέλλῳ διλή· τῷ μέρῳ δὲ τὸ βέου ἐδωσε· μάστρας· τὸν γέροντα ἀνδρέαν μανδδιδιάν· γέροντα νικύλαον ἐράκλῃν· γέροντα ἀνδρέαν καρτουλάριον· καὶ ἑτέροισι τυνάς· ἥτινες μετ' ὁρκου ομώσαν· ἐνώπιον τῶν δυο μέρων· καὶ παρ' ἡμῶν τῶν κριτῶν ἐξετάστησαν· εἰς· καὶ εἰς πάντες ἔσυνειθέσαν· ἐν τοῖς ρήματιν· ὑπὸν οὕτως· ὅτι τὸ ἀμπέλιον τῆς αγωγῆς δεσπόμενον καὶ κρατούμενον υπῆρχε· καὶ υπάρχει· ἐν ἐκείνῳ κυριώτερι· καὶ δεσποτία τοῦ αὐτοῦ κερῶν νικολάου βούκι· καὶ πάλιν τοῦ αὐτοῦ νικήτα· αιοχλήτος· καὶ ἀνεμποδίστος· ἐν προσώπῳ τῶν πρῶτον τοῦ ἄκτορος· καὶ αὐτοῦ· ἐπαρήλθον ἐν αὐτῇ τριάκωντα· καὶ πλέον· ἐξετασμένοι περὶ πράγματος γνωσεως· εἰς καὶ εἰς· ἔφησαν ἐγύνοςκον τοῦτο ὅς πλῆσιον γύτονες· ἐπὶ τοῦτο τὰ μέρη ἐδιωρίθησαν ἀπλοθῆναι ἐνώπιον αὐτῶν τὰ ρήματα τῶν μαρτυρῶν· ἐν τῇ διωρία ἐνώπιον τοῦ κριτοῦ τὰ δυὸ μέρη παρησταμένη· ἐξετάστισαν παρ' ἡμῶν τῶν κριτῶν· ἐν τῇ δικαίῳματι μαρτύρων ἡτε ἔγγραφα ἐχοῦν ἐπιδουναί· αὐτῇ ἐπεκρίθησαν· οὐκ ἔχουσιν πλέον· τῇ μαρτυρίᾳ ἐπιδουναί· μαλλὸν ὁ ρογέριος ἄκτορας· ἀπετάξατο ὅτι καὶν ἔγγραφον δικαίωμα τοῦ αὐτοῦ ἀμπέλωνος οὐκ ἔχει· οὔτε αὐτοῦ οὔτε τὸν πρῶτον αὐτοῦ· οὕτως δὲ ἀποταξαμένων τῶν μέρων· τὰ ρήματα τῶν μαρτυρῶν ἀπλόθησαν· καὶ τὰ μέρη ἐνώπιον κριτηρίου ἐτίσαν· ἐν ἐκείνῳ· ἡπὶν κατὰ τῶν ριμάτων τῶν μαρτύρων· ἐδώθησαν δὲ αὐτῶν· καὶ ἔφησαν κατὰ τῶν ριμάτων ἡτῇ ἡ βουλήθησαν· πάλιν ἀποταξαμένων τῶν μέρων εἰς ἅπαν δίκαιον τῶν προτιθέμενων ἀπ' αὐτῶν καὶ μετὰ τῇ ἀποτάξῃ ἐτίσαν τὴν σκεῦσιν· ἡμῆς δὲ οἱ κριταὶ ἔχοντα· βουλήν ἱρινικήν μετὰ τινος νομικῶν καὶ χρυσιμῶν ἀνδρῶν· καὶ τῶν κατωτέρων υπογραφείτων· κατὰ τῆς αγωγῆς ἀπολογίας· ριμάτων τῶν μαρτύρων ἀλληγοριῶν· παντός δικαίωματος τῶν ὑπῶντων καὶ ἀποταξῶν· ἐπὶ τῇ δικαίῳματι τὰ μέρη· διῶτις ὁ ρογέριος ἄκτωρας· τὸ οὐδὲν ἐκατάστησαν ἐκ τὰ προτιθέμενα αὐτοῦ· καὶ τὸ μέρος τῷ βέον ἐκατάστησαν· ὅς ἀνοτέρῳ διλεί· τὴν παρὰ γράφῃ τῶν

nemo ex ipsis testibus ait sibi compertum esse vineam controversam fuisse Nicolai Surracae avi eiusdem Rogerii, vel patruī eius Dominici, aut habuisse ex titulo praeconis, aut quovis alio, vel ipsum Rogerium praedictis maioribus successisse, uti scriptum est in libello. Reus vero ex parte sua testes protulit senem Andreā Mandilam, senem Nicolaum Herculem, senem Andreā Chartularium, et quosdam alios, qui iusiurandum dixerunt coram utraque parte, et a nobis iudicibus singuli interrogati fuerunt, et omnes concordēs dixerunt, vineam controversam suo iure et potestate habuisse et possedisse ipsum dominum Nicolaum Buciam, et postea ipsum Nicetam, libere, sine impedimento et personaliter, et iam iude ab actore et eius maioribus elapsi fuerant triginta anni et amplius. Interrogati autem quid de *(controverso)* praedio cognitum haberent, singuli responderunt se vineam nosse, utpote qui ei propinqui essent. Tum partibus datum fuit tempus, quo inter se de testium verbis dissererent. Constituto tempore, utraque pars cum ad tribunal accessisset, a nobis iudicibus interrogata fuit, num alia instrumenta, testes vel scripturas haberet quas produceret; responderunt: Nihil amplius habemus quod testimoniis addamus. Magis vero Rogerius actor negavit se aliam scripturam vel suam, vel maiorum suorum de eadem vinea habere. Cum autem ita partes respondissent, testium verba declarata fuerunt, ipsaeque partes petierunt ut sibi copia fieret dicendi apud tribunal de testium verbis; qua eis data, quidquid voluerunt adversus testium depositiones dixerunt. Deinde cum partes renunciassent cuilibet iuri quoad ab iis exposita, post huiusmodi renunciationem petierunt ut sententia ferretur. Nos autem iudices pacificum consilium ineuntes cum quibusdam legisperitis et probis viris, et cum inferius subscriptis de actione, defensione, testium depositionibus, allegationibus cuiusvis chartulae, partium verbis, et earum renunciationibus quoad exhibitionem aliarum scripturarum; quoniam Rogerius actor nihil aliud protulit praeter ea quae proposuerat, et reus ex parte sua produxit, ut supra patet, praescriptionem an-

τριάκοντα ἐτῶν καὶ πλέον μετὰ ἀποφαντικῆς σκεύ-  
σεως. κατακρίνοντες τὸν ἄκτωρα. ἐν τῇ ἱριμένη ἐτίσῃ  
καὶ προτεδέρῃ του αὐτοῦ λημβέλλου. ἐκρίναμεν τῷ  
ἱριμένῳ ἀμπελίῳ τῆς ἀγωγῆς του ριθέντος νικήτα  
παπυλλιοῦν. καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ. τὰ δυσὶν  
μέρη τὴν σκευσὶν ἀκούσαντα. καὶ μηδὲν ἐν αὐτῇ ἐκλ-  
τεύοντα. ὁ ριθεὶς νικήτας παπυλλιοῦνος δεσπότης του  
πράγματος. ἐτίσεν ἡμῖν ἐχὴν δικαίωμα ἔγγραφον τῆς  
τιαυτῆς δίκης ἡμῆς δὲ ὁ ριθεὶς ἐξουσιαστής καὶ ἱριμένη  
κριταί. εἰς σιοπὴν συγῆν καὶ πρόκλημα ρογερίου  
ράνου ἀκτορος. τῶν κληρονόμων αὐτοῦ καὶ διαδόχων.  
ἐπιτηραμεν γενέσθαι τὸ παρὸν δικαίωμα ἔγγραφον. του  
νικήτα παπυλλιοῦν. δεσπότης του πράγματος. των  
κληρονόμων αὐτοῦ καὶ διαδοχῶν. εἰς στερεάν αὐτοῦ  
ἐρχαμένην ἐωνίαν ἀνάμνησιν καὶ ἀποδοῦναι. καθότι παρ  
ἡμῶν ἐκρίθη. ἐπύσασμεν δὲ αὐτῷ γραφῆναι χειρὶ  
νοταρίου περεγρίνου σαμονα πουπλικου νοταρίου σκύλ-  
λακος. ἐστερεώθη δὲ παρ ἡμῶν. καὶ υπεγράφη. καὶ  
πρὸς σὲ τον ἱριμένον νικήταν παπυλλιοῦν. ἐπεδωθη  
ἐν μηνὶ ἰνδικτίωνι. ἐτους του προγραφέντος.

† Nicolaos sosuni iudex squillacii testor † Ego rao  
adrano iudex squillacii testor. † κωνσταντίνος νοτάριος  
δὲ του μουρμερου μάρτυρ ὑπέγραφα. † κωνσταντίνος  
υἱος του ἀπεχομένου νοταρίου πετρου φαντινου μαρτυρ  
ὑπέγραφα † ἐγὼ νικολαος τι ἐπωνυμία του μιτζού.  
μαρτυρ δια του σταυρου. † Ego Iohannes de Natali  
testor. † Ἐγὼ γουλιάλμος τῆς πανόρμου ἡριμένος καὶ  
ἐξουσιαστής σκύλλακος τὰ ἀνωτέρω ἐκύρωσα. † Ego  
Silvester striverius testor † Ego Iohannes Rumbulus  
testor.

† ἐγράφη υπεγράφη καὶ ἐκυρώθη τὸ παρὸν ἔγγρα-  
φον χειρὶ καμοῦ περεγρίνου σαμονά πουπλικου νοτα-  
ρίου σκύλλακος μηνὶ ἰνδικτίωνι καὶ ἔτους του προ-  
γραφέντος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 142.)

norum triginta et amplius , post accuratam disce-  
ptationem, condemnantes actorem quoad praedictam  
postulationem et propositionem ipsius libelli, adiu-  
dicavimus memoratam vineam controversam praedi-  
cto Nicetae Papilliuni , suisque heredibus. Quam  
sententiam cum utraque pars audivisset , et nihil  
contra eam excepisset, dictus Nicetas Papilliuni do-  
minus praedii petiit a nobis ut haberet documentum  
scriptum huiusmodi iudicii. Nos igitur dictus Ma-  
gistratus et memorati Iudices , ad silentium , taci-  
turnitatem et praeiudicium Rogerii Rani actoris ,  
eiusque heredum ac successorum mandavimus , ut  
praesens sententia scripta traderetur Nicetae Papil-  
liuni domino praedii, et heredibus ac successoribus  
suis, ad firmam et perpetuam futuri temporis me-  
moriā, uti a nobis iudicatum fuit. Eam vero exarari  
iussimus manu Peregrini Samonae publici notarii  
Scyllacii. Roborata autem et subscripta a nobis tibi  
memorato Nicetae tradita fuit mense, indictione et  
anno suprascriptis.

† Constantinus notarius de Murmero testis subscri-  
psi. † Constantinus filius defuncti notarii Petri Phan-  
tini testis subscripsi. † Ego Nicolaus cognomento  
de Mitzo testis per crucem.

† Ego supradictus Gulielmus de Panormo baiulus  
Scyllacii superiora confirmavi.

† Scriptum, subscriptum et roboratum est praesens  
iudicatum manu mei Peregrini Samonae publici nota-  
rii Scyllacii , mense , indictione et anno supradi-  
ctis.

1245 — Mense Februario — Indict. III. — Briatici.

*Virga Ballavia eiusque vir Gulielmus vendunt Ioanni Rabtae praedium positum in agro Briatici loco dicto S. Marco.*

† Σίγνον χειρὸς βέργας θυγατρὸς τοῦ ἀποίχωμένου ρογερίου βαλλάβεια. † Σίγνον χειρὸς γουλέλμου ἀνὴρ αὐτεῖς.

† Domestici imperii mei dominus Demetrius et dominus Andronicus Gemisti bullam argenteam illustris atque beatae memoriae fratris mei Despoti Porphyrogeniti ostenderunt, qua donantur dominus quidem Demetrius castro Phanarii, dominus autem Andronicus terra Brysi, cunctis cum iuribus in ipsa bulla declaratis, atque cum universis eorum redditibus, praeter Floriatici solutionem. Ostenderunt autem et divinum atque venerandum praeceptum bulla aurea munitum concessum a fratre meo Imperatore, quo donationem istam dicta argentea bulla eidem factam Gemistis confirmat, ipsisque impartitur etiam Floriatici tributum post eorum patris obitum; nec non eis concedit, ut hoc quoque habeant, eo nempe modo, quo eorum alter Phanarii, alter autem Brysis dominium aliosque obtineat proventus. Petierunt quoque ac precati sunt, ut ad maiorem eorum securitatem atque cautelam vel argenteae bullae praeceptum imperii mei super his consequerentur. Meum igitur imperium eorum requisitioni ac precibus benigne annuens, praesens suum praeceptum argentea bulla munitum dat, quo statuitur eisque conceditur, ut iuxta vim atque tenorem tum dictae argenteae bullae, tum praecedentis venerandae bullae aureae dominus Demetrius Phanarii castrum et nunc et deinceps retineat cunctis cum suis iuribus et pertinentiis, atque huiusce castri principatum et dominationem habeat sine ulla cuiusvis molestia; nec non ipsum pleno ac dominico iure possideat, quin distrahi vel auferri sibi possit, recipiens inde consueta statutaque tributa domino debita, quemadmodum ex scriptura ei traduntur, etiamsi augmentum aliquod olim ibidem reperiatur, ea videlicet quae dominium respiciunt, utramque praestationem, et si quid ibidem immune a vectigalibus est vel erit, atque, ut uno verbo dicam, omnes omnigenasque dominicas concessionem. Praeterea adiunxit, ut dictum est, idem dominus frater meus Imperator dicta ve-

εἰπεῖν τὰς πάσας τε καὶ παντοίας δόσεις αὐθεντικάς. Ἐπεὶ προσ(έθηκεν) ὡς εἴρηται καὶ ὁ αὐθέντης μου ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ εἰρημένου σεπτοῦ χρυσοβούλλου αὐτοῦ, τὸ Φλωριατικόν τοῦ αὐτοῦ κάστρου. ἵνα ἐπιλάβηται καὶ τούτου μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτὴν καὶ νέμῃται καὶ ταύτην τὴν δόσιν, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκεῖ αὐθεντικάς. ὁ δὲ κύρις ἀνδρόνικος ὁ γεμιστός κατέχῃ ὁμοίως καὶ νῦν καὶ εἰς τὸ ἐξῆς τὸ περὶ τὸ κάστρον χωρίον τὴν βρύσιν, μετὰ πάσης τῆς αὐτοῦ νομῆς καὶ περιοχῆς. καὶ ἀρχὴ οὗτος αὐτοῦ καὶ κεφαλατικὴ, ἰδίᾳ τε καὶ χωρὶς ἀπὸ τοῦ καστρίου κεφαλατικίου. καὶ παρὰ μηδενὸς τῶν ἀπάντων εἰς τοῦτο διανοχλούμενος. καὶ νέμῃται αὐτὸ κυρίως καὶ δεσποτικῶς, ἐπὶ τε ἀναφαίρετως καὶ ἀναποσπάστως. λαμβάνων ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὰς συνήδεις τε καὶ τεταγμένας δόσεις αὐθεντικάς καθὼς παρεδόθησαν τε καὶ παραδίδονται πρὸς αὐτὸν ἀπογραφικῶς καὶ ἀνῆλθῃς ποτε εἰς αὐτὰς ἡγιστοῦν εὐρίσκηται τὴν τε ὑπὲρ κεφαλατικίου δηλονότι καταλογιζομένην, καὶ τὴν τοῦ βιγλιατικῶ. καὶ τὰς μύζας ἀμφοτέρως. τότε ἐκεῖ ὄντα ἢ ἐξαλειμματικὰ στασεῖα μετὰ καὶ τῆς προεργετηθείσης αὐτῷ γῆς παρὰ αὐτοῦ αὐθέντου μου τοῦ ἀδελφοῦ μου τοῦ βασιλέως, τῆς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως τρόπῳ ἀνταλλαγῆς περιελθούσης τῷ δημοσίῳ· καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, τὰς πάσας τε καὶ παντοίας δόσεις αὐθεντικάς. Ἐπεὶ προσέθηκεν ὡς εἴρηται καὶ ὁ αὐθέντης μου ὁ ἀδελφός μου ὁ βασιλεὺς, διὰ τοῦ εἰρημένου σεπτοῦ χρυσοβούλλου αὐτοῦ, τὸ Φλωριατικόν τοῦ αὐτοῦ χωρίου, ἵνα ἐπιλάβηται καὶ τούτου ὁ τοιοῦτος κύρις ἀνδρόνικος γεμιστός, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτὴν. καὶ νέμῃται καὶ ταύτην τὴν δόσιν καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐκεῖ αὐθεντικάς. ἀλλὰ καὶ ἐάν ποτέ τις τεθῇ ἐν τῷ καδύλου τόπῳ καὶ νεότερα δόσεις, εἴτε κατὰ ἐναλλαγὴν τῶν νῦν συνήθως διδομένων, εἴτε κατὰ προσηγήνην τινὰ, διηνεχῆς καὶ οὐ πρόσκαιρος, ἵνα λαμβάνωσι καὶ ταύτην οὗτοι ἀμφοτέρω· ὁ μὲν τοῦ Φαναρίου, ὁ δὲ τῆς βρύσεως· καὶ νέμονται καὶ ταύτας καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ἀπάσας δόσεις. τῇ γοῦν ἰσχύϊ καὶ δυνάμει τοῦ παρόντος ἀργυροβούλλου ὀρισμοῦ τῆς βασιλείας μου, καδέξουσιν ἑκάτερος τῶν εἰρημένων γεμιστῶν, ὁ μὲν τὸ Φανάριον, ὁ δὲ, τὴν βρύσιν· λαμβάνοντες ἐξ αὐτῶν καὶ τὰς ἀναγεγραμμένας ἀπάσας δόσεις, ἐφ' ὧν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς, ἀποδιδόντες καὶ τὴν ἀνήκουσαν, ὑπὲρ τούτων δουλείαν δεχόμενοι τε πάσας

nerabili aurea eius bulla Floriaticum eiusdem castris, ut ipse Demetrius hoc etiam accipiat post sui patris obitum, nec non huiusmodi quoque tributum possideat, sicuti et cetera, quae ibi ad dominum spectant. Dominus autem Andronicus Gemistus retineat similiter et nunc et deinceps terram Brysis, circa Castrum positam cunctis cum suis iuribus et pertinentiis, eiusque dominio ac principatu ipse potiat seorsim et absque Castri dominatione. Neque ulla molestia in hoc a quoquam afficiatur, et terram ipsam pleno ac dominico iure possideat, numquam auferendam vel distrahendam ab eo, recipiens inde consueta atque statuta tributa ad dominum spectantia, quemadmodum ex scriptura ei tradita fuerunt ac traduntur, etiamsi quaelibet unquam auctio in ipsis reperiat, iura videlicet quae ad dominium atque excubias pertinent, utramque praestationem, atque bona immobilia, quae ibi sunt vel erunt a vectigalibus immunita, etiam cum terra a domino fratre meo Imperatore ipsi concessa, quae a Metropoli propter permutationem ad Fiscum pervenerat, et ut breviter dicam, omnia omnigenaque iura ad dominum spectantia. Postea adiunxit, ut dictum est, idem dominus frater meus Imperator praefato venerando chrysobullo ipsius terrae Floriaticum, quod ipse Andronicus Gemistus accipiat post sui patris obitum, nec non huiusmodi quoque possideat tributum sicuti et cetera ad dominum ibidem pertinentia. Si quod vero recentius tributum universis locis impositum sit, perpetuum et non temporarium, sive ob permutationem illorum, quae iuxta consuetudinem nunc donantur, sive ob aliquam accessionem, recipiant et illud iidem duo (*Gemisti*), tam dominus Phanarii quam dominus Brysis, et huiusmodi quoque tributis perinde ac ceteris omnibus fruantur. Robore igitur atque vi huiusce praecepti imperii mei argentea bulla muniti, uterque dictorum Gemistorum possideat, alter quidem Phanarium, alter vero Brysim, atque recipiant ex ipsis superscripta omnia tributa quoad vixerint, reddentes competens pro his servitium. Dicta omnia tributa habeant in eorum

τάς εἰρημέας δόσεις, εἰς προσόδικα καὶ οἰκονομίας αὐ-  
τῶν, ἄνευ τῆς οἰασοῦν ἀφαιρέσεως· καὶ ἐκδουλεύουσιν.  
ἐὰν δὲ καὶ μειζόνων κριθῶσιν ἄξιοι προσοδίων, δέχο-  
μενοι καὶ ταύτας, ἐντὸς τῆς ποσότητος τῶν προσο-  
δίων αὐτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἑκατέρου αὐτῶν τελευταίαν,  
ἐπιλήφονται τῶν τοιοῦτων τοῦ τε Φαναρίου δηλον-  
ότι καὶ τῆς βρύσεως, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενοι γνή-  
σιοι παῖδες, ἄρρενές τε καὶ ἐξ ἄρρενογονίας κατὰ δια-  
δοχὴν, καὶ καδέξουσιν καὶ νεμηθήσονται ταύτας καὶ  
αὐτοὶ, κατὰ τὸν ἴσον καὶ ὅμοιον τρόπον. οὕτω μέν-  
τοι, ὥστε ἓνα μὲν τοῦ Φαναρίου, ἓνα δὲ τῆς βρύσεως,  
τοὺς πρεσβυτάτους δηλονότι, τῶν ἀπὸ γένους ἑκατέ-  
ρου αὐτῶν ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ τούτων ἑκάτερον τε-  
λευτήσαντα αὐτοῖς ἓνα ὁμοίως διαδέχεσθαι, καὶ τοῦτο  
οὕτως αἰεὶ γίγνεσθαι, ἄχρις ἂν τις τῶν ἀπὸ γένους  
αὐτοῦ γεμίστου ἄρρενες καὶ ἐξ ἄρρενογονίας γεγωνῶς  
ὑπολείπηται. ἐὰν μέντοι συμβῇ, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑτέρου  
αὐτῶν μηδεὶνα ἄρρενα, ἢ μηδὲ ἐξ ἄρρενογονίας ὑπολειφθῆ-  
ναι, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου πλήρους, καὶ οὕτω, τῶν ἀπὸ  
γένους τοῦ αὐτοῦ ἓνα μὲν τοῦ Φαναρίου, ἓνα δὲ τῆς  
βρύσεως ἐπιλαμβάνεσθαι, ἔτι ἐὰν συμβῇ ποτὶ τὸν πρε-  
σβύτατον τῶν ἀπὸ γένους ἑκατέρου αὐτῶν καὶ ὃ γί-  
γνεσθαι ἢ διαδοχὴ, παντάπασιν ἀνάξιον γενέσθαι τῆς  
τοιαύτης δωρεᾶς, ἵνα ἕτερος τῶν ἀπὸ γένους τοῦ αὐτοῦ  
γεμίστου, ἄξιός μὲλλον ἐκείνου, εἰς τὴν ἐκείνου, ἀντισ-  
τάσσεται διαδοχὴν. Ἐπὶ διορίζεται ἡ βασιλεία μου  
καὶ εὐεργετῇ, ἵνα ὅσους ἂν ἀνθρώπους ξένους τε καὶ  
τῷ δημοσίῳ ἀνεπιγνώστους φέρωσι καὶ προσκαθίσω-  
σιν οἱ αὐτοὶ γεμίστοι, ἢ τινὲς τῶν διαδόχων αὐτῶν,  
εἴτε ἐν τῷ Φαναρίῳ εἴτε ἐν τῇ βρύσει, κατέχωσι  
καὶ τούτους καὶ νέμονται. τὸν ἴσον καὶ ὅμοιον τρό-  
πον, παρὰ μηδενὸς τῶν ἀπάντων, μηδὲ τούτων ἕνεκα  
διενοχλούμενοι, ἀλλὰ πάσης ἀνενοχλησίας ἀπολαύον-  
τες. Καὶ εἰς περὶ τούτων πάντων δήλωσιν καὶ ἀσφά-  
λειαν, γέγονε καὶ ὁ παρὼν ἀργυροβούλλος ὀρίσμος τῆς  
βασιλείας μου ἀπολυθεὶς κατὰ μῆνα ἰούλιον τῆς νῦν  
πρεχούσης ἰνδικτίωνος ιγ' τοῦ 5<sup>ου</sup> πεντηκοστοῦ ὁγ-  
δίου ἔτους ἐν ᾧ καὶ ἡ βασιλεία μου ὑπεσημήνατο.

† δημήτριος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβῆς δεσπότης  
παλαιολόγος ὁ πορφυρογέννητος.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani—n.º 183.)

proventum atque usum sine qualicumque diminutione,  
atque servitium praestare teneantur. Si vero et ma-  
ioribus digni credantur redditibus, etiam hos accipiant  
inter reliquos suos proventus. Post vero utriusque  
fratris obitum, donationes has accipient, illam vi-  
delicet Phanarii et alteram Brysis etiam eorum fu-  
turi legitimi filii, mares nempe, atque ex linea ma-  
sculina iuxta successionem; et hi quidem aequali  
similique modo terras ipsas tenebunt ac possidebunt,  
ita quidem, ut alter Phanarium, alter vero Bry-  
sim accipiat, natu maiores nimirum ex stirpe  
utriusque eorum. Et cum ipsorum alteruter diem  
suum obiverit, iterum alter succedat non absimili  
ratione; idque semper ita fiat, usquedum mares at-  
que ex linea masculina descendentes ipsius Gemisti  
superstitibus extiterint. Si vero contigerit ut nullus  
ab altero eorum mas vel ex linea masculina de-  
scendens supersit, ex altero autem plures; tunc  
etiam ex huius stirpe alter Phanarii, alter Brysis  
possessionem accipiat. Praeterea si quando conti-  
gerit, ut natu maior ex alterius eorum stirpe, et  
ad quem pertinet successio, omnino huiusmodi do-  
natione indignus sit, tunc alius ex eiusdem Gemi-  
sti genere dignior videlicet prae illo, eius vice suc-  
cessionem nanciscatur. Insuper imperium meum  
statuit atque concedit, ut quotquot advenas, etiam  
sine Fisci cognitione, tum ipsi Gemisti, tum aliqui  
ex eorum successoribus, sive in Phanarium, sive  
in Brysim adduxerint, ibidemque constituerint, ae-  
quali similique modo hos etiam retineant ac possi-  
deant, et propter eos a nemine omnino molestia  
afficiantur, sed omni fruuntur tranquillitate. Et ut  
haec omnia palam fiant, rataque habeantur, condi-  
tum quoque fuit praesens cum argentea bulla prae-  
ceptum imperii mei, datum mense iulio, currentis  
tertia decimae indictionis, anno sexmillesimo non-  
gentesimo quinquagesimo octavo, in quo sese im-  
perium meum subsignavit.

† Demetrius in Christo Deo pius Despotus Palae-  
ologus Porphyrogenitus.



## PARS ALTERA

membranas exhibens, in quibus annus desideratur.

### I.

*Ecclesiae S. Michaelis de Fabalo dantur a monasterio SS. Trinitatis pro duobus numismatis quotannis persolvendis par iuvenorum et asinorum, et porcelli novem.*

† Εν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ  
ἁγίου πνευματος . . . . .  
... δια τὸν χειρῶν τοῦ νοταρίου Φε-  
νωμι. . . . . ὡντες ὁ οἰκόνομος κυρος ρα. . . . .  
πρεσβυτερος καὶ ὁ κυρος μαναδ. . . . .  
...  
ποιήσομεν ἡμεῖς . . . . . εἰς τὰς τρεῖς ἡμέρας  
τοῦ σεπτεμβρίου· ἐπεδοδώμεν τοῦ αἰγίου ἀρχωστρα-  
τηγου τοῦ Φαυαλου· εἰς τὸν πρεσβυτερον κυρ γρῶσσο.  
ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τῆς αἰγίας  
τριάδος· καὶ πάντων τὸν ἀδελφῶν καὶ μοναχῶν ὁμῶς  
δὲ καὶ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κυρου γουδῆλμου ἐπεδοδώ-  
μεν δὲ καὶ μεταστὸν ζευγάρειν νουδιων· καὶ ὀνικῶν.  
καὶ κεφάλεια χειριδιων θ'. καὶ ὁ πρεσβυτερος γροσ-  
σος ἐν ἐκάστου τοῦ ἔτους ἵνα ἐποιδώσει ἡς ἡμῶς νο-  
μισματα β'. εἰς τὸ πάσχα· καὶ ταῦτα πάντα ὧν  
ἡμεῖς ἐπεδοδώμεν αὐτῶν ἵνα ἔσται εὐθυσμένης· ὥσ-  
τεις δὲ ἐπαναστεῖ πωταὶ περὶ καταλήφῃ διαστρέ-  
ψαι ἔσται κατηραμένος παρα κυρίου θεοῦ παντοκρά-  
τορος· τὴν ἀρὰν ἐπισπόμενος τὸν τιτὴν αἰγίων θεοφώ-  
ρων πατρων καὶ τὴν ἀγχωνὴν τοῦ ἰουδα του εἰσκα-  
ριωτου . . . . .

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti  
...  
manu notarii . . . . .  
oeconomus dominus Ra. . . . . presbyter, et do-  
minus Manad . . . . .  
...  
nos faciemus. . . . . ad tertiam septembris diem,  
dedimus ecclesiae S. Michaelis Archangeli de Fabalo  
(sive) presbytero domino Grosso ex parte praepositi  
monasterii S. Trinitatis et omnium fratrum atque mo-  
nachorum; item et ex parte domini Gulielmi, dedimus  
etiam par iuvenorum et asinorum et capita porcello-  
rum novem, et presbyter Grossus singulis annis dabit  
nobis numismata duo in festo Paschali: atque haec  
omnia quae nos ipsis dedimus sint rite consecra-  
ta. Si quis autem aliquando insurrexerit, (et) de-  
prehensus fuerit subvertere (hunc contractum), male-  
dictus erit a domino Deo omnipotente, atque execra-  
tionem tercentorum decem et octo sanctorum di-  
vinorum Patrum, et laqueum Iudae Iscariotae sor-  
tiatur. . . . .

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 14.)

II.

Mense Maio — Indict. II.

*Nicolaus eiusque uxor Maria cum Composta et filia Calanna vendunt Ioanni vineam positam ad S. Constantinum aureis numismatis duobus totidemque tarenis.*

† σηγων χειρος νικολάου † σίγων χειρος μαρίας  
συμνιου αυτου † σίγων χειρος κομπόστας † σίγων  
χειρος καλαννα θυγατρος αυτου † ἡμεῖς οἱ προγε-  
γραμμένοι ὅτε νικολαος καὶ μαρια καὶ κομπόστα καὶ  
καλαννα οἱ τοὺς τιμίους καὶ ζωόποιους σταυροὺς ἰδίαις  
χερσὶν ποιήσαντες. φενόμεθα πιπράσκοντες ἰς σὲ ἰωαν-  
νην τὸ γονικὸν ἡμῶν ἀμπέλην τὸ ὄντα καὶ διακειμενον  
εἰς τὸν ἁγίον κωνσταντινον εἰς χρυσοῦ νομισματα β'  
καὶ ταρια β'. ἡδία ἡμῶν βουλή καὶ ἰδία προερεσει  
καὶ οὐκ ἀνάγκη τινὴ οὐ χλευεῖς οὐ ποίησ' ἀλλ' αυ-  
τοπροερέτω ἡμῶν βουλῇ καὶ γνώμῃ· ἔστιν δὲ ὁ πε-  
ριορισμὸς τοῦ τοιοῦτου ἀμπελίου· κατὰ μὲν ἀνατολάς  
ἐχω συνορίτην τὸν πῖνα· κατὰ δυσμὰς φιλόμενος ὁ  
ἐμὸς πενθέρος· καὶ κατὰ μεσιμβρίας ὁ ρωμανός· καὶ  
κατὰ ἄκτρον ὁ προγραφθὴς πῖνας· ἔχην σε δὲ σὺ ὁ  
προριδεὶς ἰωαννης τὸ τοιοῦτον πετξὴν τοῦ ἀμπελίου  
σὶν καὶ ταῖς ε' συκαῖς ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας καὶ  
ὥραν εἰς ἀπασαν σου ἐξουσίαν πολλὴν χαρίξην ἀνταλ-  
λάττην εἰς προικὰς διδόναι καὶ εἰς ἰδίους κληρονόμους  
καὶ διαδοχοὺς καταλιμπανῆν ὡς τὴν ἐξουσίαν παρ  
ἡμῶν εἰλειφῶς· ἔστις δὲ φανὴ ἐνοχλῶν σε παρα τῶν  
ἐμῶν συνοριτῶν ἵστασθαι μὲς καὶ δεφενδεύειν σε καὶ  
ἀζημιότον σε ποιῆσαι ἢ δὲ ἡμεῖς οἱ πρῶτες μετὰ μελι-  
δῶμεν καὶ ἀγωγὴν ἢ ζήτησιν ποιήσωμεν κατὰ σοῦ  
ἰωαννου εἴτε τὸν ἡμῶν διαδοχῶν ὁμολογοῦμεν τοῦ  
ὑποστρεφῆν μὲς τὴν τιμὴν εἰς τὸν ἀγοραστὴν εἰς το  
διπλασίον καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ λογῷ προστίμου νομι-  
σματα λς' δια το οὕτως ἀρεσθῆναι μὲ ἐγραφε διὰ χει-  
ρος ἰωαννου πρεσβυτερου καὶ ἀρχιμανδριτου μὴνι μαῖω  
ινδικτιωνος β' παρουσια αξιοπιστων μαρτυρων.

† λέων της ἀρχοντίας μαρτυρ † μιχαηλ τοῦ ουρ-  
σουλεοντος μαρτυρ.

† θεόδωρος της πρεσυτερας μαρτυρ † ὁ παπα  
νηκολαος πεντεταρης μαρτυρ.

† Signum manus Nicolai. † Signum manus Ma-  
riae eius uxoris. † Signum manus Compostae. † Si-  
gnum manus Calannae eius filiae. † Nos suprascri-  
pti Nicolaus, Maria, Composta, et Calanna, qui  
venerandas et vivificas cruces propriis manibus exa-  
ravimus, vendimus tibi Ioanni paternam nostram vi-  
neam, sitam et positam ad S. Constantinum, pretio  
aureorum numismatum duorum, et duorum tare-  
norum, sponte, et de propria nostra electione, nulla  
necessitate, dolo, fraude, aut poena, sed de libera  
nostra voluntate et sententia. Hi vero sunt eiusdem  
vineae fines: ad orientem habeo finitimum Pinnam;  
ad occidentem Philomenum meum socerum; ad me-  
ridiem Romanum; et ad septentrionem supradictum  
Pinnam. Habeas autem tu praedictus Ioannes ean-  
dem portionem vineae simul et quinque arbores fi-  
cus a praesenti die et hora in omnimoda tua po-  
testate vendendi, donandi, permutandi, in dotem  
assignandi, et propriis heredibus ac successoribus re-  
linquendi, utpote qui facultatem a me accepisti. Si  
quis vero ex meis finitimis tibi molestiam creaverit,  
nos obstabimus, et defensionem tui suscipiemus,  
ac ab omni noxa te immunem praestabimus. Quod  
si nos venditores poenitentia ducti actionem aut li-  
tem tibi Ioanni vel tuis successoribus intendere vo-  
luerimus, pretii duplum tibi emptori reddituros nos  
spondemus, et poenae loco soluturos Fisco nummos  
sex et triginta, quoniam ita nobis placitum est. Scri-  
ptum manu Ioannis presbyteri et Archimandritae  
mense maio, indictione II, praesentibus fide dignis  
testibus.

† Leo de Archontissa testis. † Michael de Urso-  
leone testis.

† Theodorus de Presbyteria testis. † Presbyter  
Nicolaus Pentetaris testis.

(Ex originali membrana Archivi Cavensis — n.º 96.)

### III.

*Nicolaus prior monasterii S. Mariae de Pertusia permutat cum Roberto de Satriano quaedam praedia.*

† ἐγὼ ὁ πριώρης νικολαὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας  
Θεοτοκου τῆς περτούσας· ἐποίησα ἀντάλλαγμα μετὰ  
ροπερτον δε σατριανου ἐκ τὰ χωράφια τὰ ποτὶ ὄντα  
τοῦ οὐτοῦ πρεσβυτέρου ἰωρδάνου. χωρῆς τὸ κανίτζιον.  
ἔπερ εἶπεν· εἰγωρασμενον παρὰ τοῦ νικολάου βαρβα-  
rellου. εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ βρατζαλλόγγη· ἀπὸ τῆς  
ὁδοῦ εἰς κάτω μετὰ τὸ χωράφιον καὶ ὑμεροδενδριον  
καὶ ἀγρίων· ἐνώπιον καλῶν μαρτυρων.

μαρτυρ νικολαὸς κρητης· † μαρτυρ ἰωαννης τῆς  
κώρτης † μαρτυρ † σατριάνος ὁ υἱὸς νικητας πρό-  
ξιμος μαρτυρ·

† Ego Nicolaus prior monasterii S. Mariae de  
Pertusia permutavi cum Roberto de Satriano prae-  
dia quae prius erant Odonis filii presbyteri Iordani,  
excepto arundineto, quod se emisse dixit a Nico-  
lao Barbarello iuxta viam de Bratzalonga, nem-  
pe a via deorsum, cum territorio et arboribus cultis  
et incultis. Coram probis testibus.

Testis Nicolaus Iudex. † Testis Ioannes de Corte.  
† Testis † Satrianus filius Nicetae Proximi.

(Ex membrana Archivi Cavensis — n.º 97.)

### IV.

*Mense Martio 26.*

*Pascha prior Monasterii S. Mariae de Cyr-Zosimo una cum reliquis fratribus tradit cuidam monacho non  
denotato monasterium S. Michaelis una cum nonnullis rebus sub annua praestatione duorum solidorum.*

† σήγνος χηρος γουλλιέλμος πασχα πρηολός της  
μονῆς το κυρ ζωσημου· σήγνος χυρος τρυστάνος μο-  
ναχος· σήγνός χηρος γουλλιέλμος των φαυαλών· ση-  
γνος χηρος ραόν ἡος ἀσχυγτινος μοναχος καγω γούλ-  
λῶελμος πασχα και οι αλλοι ἀδελφύ ο τω νυν γε-  
γραμμενη φενομεθα αφηρονοντα τόν αγυόν μυχαηλ  
στην κε τα πραγματα ταυτα. εν ζευγαρην υοηδια και  
ονικον κε θ' κεφαλεα χιρυδια κε στεγνατον κε σφουγ-  
γατερόν κε καμυστρά κε β' μονοπελεκα κε ἀξίναρῆν  
κε εμειη ἡπερ τιούτο στιχύμα οπως οδέ ἡς χρονον  
να μοῦ δυδι ἐν νομισματα και απο τον χρονον τόν ἐμ-  
προς να δυδυ ἀνα ἐκαστος χρονος β'. νομισματα κε ινα  
ορθοσι το μοναστιρῆν κε βαλλη ἡς ἐμπρος κε εἰν ἀμε-  
λῃσι και μυ ορθοσι το μοναστιρην ινα στρεψη το  
μοιαστιρυ σην κε τα πραγματα η δέ κε ορθοσι  
το μοναστιρη να το εχυ αυτον πασας τας μερας της  
ζοης αυτου γραφεν δια χιρῶς λουκυδοῦ ἡς τας κ' ἐξε  
τοῦ μαρτιου μυνος κατενοπιον σαρκου κε μυλοῦ κε ο  
γυοσφρεδος κε ο βαλδουινῶς ἡερεος κε ο καλοκωρῆς  
κνηῆς κε ἰωαννης υαρμεδος κε ο αλγερῆς.

† Signum manus Gulielmi Paschae prioris mona-  
sterii de Cyr-Zosimo. Signum manus Tristani mo-  
nachi. Signum manus Gulielmi de Fabalis. Signum  
manus Rhai filii Ascittini monachi. Ego Gulielmus  
Pascha et reliqui fratres modo scripti tradimus  
monasterium sancti Michaelis cum his rebus, sci-  
licet pari uno boum, asino uno, porcorum ca-  
pitibus novem, lebetes uno, una sartagine, catena  
ad ollam sustinendam, duabus securibus, una ascia,  
hoc pacto, ut pro hoc anno monachus ibidem de-  
gens det nobis quinque solidos, et ab hoc anno deinceps  
in singulos annos solidos duos, utque mona-  
sterium bene administret, et in melius provehat.  
Quod si id facere neglexerit, nec monasterium rite  
administraverit, restituat monasterium una cum prae-  
dictis rebus. Sin vero monasterium recte admini-  
stret, ipsum possideat toto vitae suae tempore. Scri-  
ptum manu Lucidi die XXVI mensis martii, prae-  
sentibus Sarno, Mylo, Iosfredo, Balduino presby-  
tero, Calocyro Cynio, Ioanne Barbedo, et Algerio.

(Ex membrana Archivi Cavensis — n.º 98.)

V.

Mense Marjio — Indict. XV.

*Venditio vinearum in pertinentiis S. Cyrici facta Pardo a quibusdam, quorum nomina sunt deleta.*

† σίγνον † χειρὸς . . . . . τοῦ ἀποικομένου  
ἐκεῖνου . . . . . σίγνον † χειρὸς λο . . . . . αὐτῆς.  
† Ἐν ὀνόματι τοῦ (πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ) ἁγίου  
πνεύματος οἱ σιγνοπροτάξαντες ἐν τῇ τοῦ ὕψους ἀρχῇ  
τοὺς τύπους τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ. σταυροῦ . .  
. . . . . τῆς τελείας καὶ καθαρᾶς πράξεως πρὸς  
σὲ πάρδον, χωρὶς δόλου καὶ κακῆς ἐπινοίας ἐκτός. .  
. . . . . μεμεριμένης καὶ χρονίας διασκέψεως·  
δι' οὗ ὁμολογοῦμεν πῖπράσκειν σοι ἐκ τῶν ἡμετέρων  
ἀμπελων . . . . . ὑπαρχόντων εἰς τὸ φῖον  
κυροῦ μαῖόρε εἰς τὴν τοποθεσίαν τοῦ ἁγίου κυρικοῦ.  
εἰς τὴν τὴν ἀναμεταξὺ ἡμῶν τελεσθεῖσαν συμΦω-  
τηθεῖσαν καὶ ἀρεσθεῖσαν. ἥτη χρυσοῦ σῖκελίκων τα-  
ρίων εὐσταθμῶν (sic) σύνορα δὲ τῶν προρηθέντων  
. . . . . τὰ ὑπόλοιπα. . . . . ἐκ  
δυσμῶν τὸ στιχεῖον . . . . . πραθέντων σοι  
παρὰ . . . . . ἐκ νορρά . . . . .  
ἀπολαύοντες τοίνυν ἡμεῖς οἱ προλεχθέντες πράττει  
τὴν ρηθεῖσαν τιμὴν ἀπὸ τῶν χειρῶν σου εἰς τὰς (ἡμε-  
τέρας χεῖρας) παρεδώκαμέν σοι. . . . . τὰ ὀρισθέντα  
καὶ δηλωθέντα ἀμπέλια εἰς τέλειαν σοῦ δεσποτεῖαν  
καὶ (πλειρεστάτην) ἐξουσίαν. ὥστε ἀπὸ τῆς σύμερον  
ἡμέρας καὶ ὥρας (ἔχης αὐτὰ μετὰ τὴν) ἐξουσίαν,  
υελτιοῦν. . . ὡδὴ τῇν τρόπον τοῖς κληρονόμοις σου  
καὶ διὰδόχοις παραπέμπει καὶ ἀπλῶς πάντα (ποιεῖν  
ἐν αὐτοῖς) ὅσα ὁ νόμος δεσπόταις ἐν τοῖς οἰκείοις αὐτῶν  
πράγμασι διαπράττειν παρκαλεύη. μὴ δυναμένου τινὸς  
τῶν ἀπάντων πρὸς τοῦτο . . . . . ἢ ἀντιπίπτειν  
μήτε ἡμεῖς αὐτοῖς μήτε τίς κληρονόμος ἡμέτερος ἢ  
διὰδοχος ὡς τὸ κύρος καὶ τὴν ἐξουσίαν παρ' ἡμῶν  
εἰληφώς. σῶα ὥμως τὰ δίκαια. . . . . φῖου. ἥτοι  
καδέκαστον ἔτος ἐν τῷ καιρῷ τοῦ τρύγου ἐξ ἐνὸς  
ἐκάστου κήπου πρεσσοῦρας τέσσαρα καὶ . . . . .  
ποτε γένοιτο, καὶ οἷον δὴποτε τρόπον ἐν οἷῳ δὴποτε  
καιρῷ θελήσωμεν ἡμεῖς ἢ ἡμέτεροι κληρονόμοι (ἢ τὴν  
παροῦσαν) πράσιν ἀνατρέψαι θελήσωμεν . . . . .  
. . . . . γινόμεθα ἡμεῖς καὶ (ἡμέτεροι) κλη-  
ρονόμοι καὶ πρὸς σὲ καὶ πρὸς τοὺς σοὺς κληρονόμους  
. . . . . παντὸς ἐναντιώσεως . . . . . ὡπου

Signum † manus . . . . . demortui illius .  
. . . . . Signum † manus Lo . . . . . ipsius. In no-  
mine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos qui  
in huius chartulae initio signa venerabilis et vivi-  
ficae crucis exaravimus . . . . . perfectae et  
purae venditionis tibi Pardo, sine dolo maloque con-  
silio . . . . . sed potius sollicita et diutina  
deliberatione, qua (chartula) declaramus vendere tibi  
ex nostris vineis . . . . . sitis in feudo domini  
Maioris in pertinentiis S. Cyrici pretio inter nos  
transacto, convento et accepto aureorum tarenorum  
siculorum iusti ponderis . . . . . Fines vero  
praedictarum . . . . . reliqua ;  
ad occidentem ordo . . . . . tibi divenditorum  
a . . . . . a septentrione. . . . .  
. . . Cum igitur nos suprascripti venditores memora-  
tum pretium a tuis in nostras manus accepissemus,  
tradidimus tibi. . . . . praefatas vineas suis finibus  
in perfectum tuum dominium plenissimumque ius,  
ut a praesenti die et hora ipsas possideas cum fa-  
cultate eas in meliorem statum adducendi . . . . .  
quovis modo, heredibus et successoribus tuis re-  
linquendi, et uno verbo omnia in iis faciendi, quae  
lex dominis in propriis rebus facere permittit; ne-  
que ullus omnino huic venditioni. . . . . vel ad-  
versetur, neque nos ipsi neque aliquis ex nostris he-  
redibus vel successoribus, utpote qui robur et aucto-  
ritatem a nobis accepisti, salvis tamen iuribus. . . . .  
. . . feudi, nempe quatuor pressuris ex qualibet vi-  
nea debitis quotannis tempore vindemiae. Et . . . . .  
. . . olim fit, quovis modo vel tempore volueri-  
mus nos nostrique heredes, vel praesentem vendi-  
tionem subvertere voluerimus. . . . .  
. . . . . simus nos et nostri heredes, et tibi tuisque

παρ' οὐδεμίας παραγραφῆς υιοθετούμενοι. ὡς. . . καὶ  
 ἥθος ἔγγραφον καὶ ἄγραφον καὶ . . . . . τὸ  
 τὸ υελεάνειον δογμα τὸ ταῖς ἀπατωμέναις γυναίξει  
 υιοθουν. . . καὶ ἐξ ἐπερωτήσεως τῆς ἡμετέρας απο-  
 κρίσεως ὁμολογοῦμεν καταβαλεῖν σοι ἢ κληρονόμοις  
 σου τὴν τιμὴν ἐν διπλῇ ποσότητι καὶ τῷ δημοσίῳ  
 τὸ τρίτον συντ. . καὶ οὕτως ἐρράσθη τὸ παρὸν ἔγ-  
 γραφον ἴσασι. ὃ τι ἐγράφη παρακλήτει ἡμετέρα καὶ  
 π(ροτροπῇ) τοῦ δηλωθέντος κυροῦ μαϊόρε χειρὶ γρη-  
 γορίου κριτοῦ ἐν μηνὶ μαρτίῳ τῆς ιε' ἰνδικτίωνος  
 ἔτους ςψ. . .

† μαρία ἡ θυγατὴρ τῆς ρηθίσσης καλαπρίσας ἐπι-  
κυρω . . . . .

+

† Ἰωάννης x . . . ὑπέγραψε.

† Ego R. . . . testis sum.

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.º 17.)

heredibus . . . . . cuiusvis adversationis . . . .  
. . . . . nullius exceptionis auxilio subnixi . . . .  
. . . . . consuetudinem scriptam et non scriptam, et  
. . . . . legem Velleianam deceptis mulieribus opi-  
tulantem. . . . et ex requisitione nostrae responsio-  
nis assentimur solvere tibi et heredibus tuis du-  
plum pretii atque triplum Fisco . . . . . et ita  
firmum maneat praesens instrumentum in perpe-  
tuum, quod scriptum est rogatu nostro et mandato  
memorati domini Maioris manu Gregorii iudicis,  
mense martio, indictione XV, anno 67. . .

† Maria filia nominatae Calaprisae roboro . . .  
 . . .

† . . . . .

† Ioannes C . . . subscripsit.

## VI.

*Riccardus Martellus donat monasterio S. Mauri nonnullos homines.*

† (σίγονον χειρὸς ρικκάρδου μαρτέλλου) . . . . .  
. . . . . συνένου αὐτά. Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς  
καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἐγὼ ρικάρ-  
δος ὁ μαρτελλος ὁ τὸν σίγονον, τοῦ τιμίου καὶ ζωο-  
ποιοῦ σταυροῦ διὰ τῆς χειρὸς μου τοῦ ἁνωτέρω γρα-  
ψας ἐν τῷδε τῷ χαρτίῳ, τίθημι ἐκουσία γνῶμη καὶ  
οἰκία προερέσει· δια τῆς σωτηρίας ψυχῆς τοῦ παν-  
αθητόν, μου υἱόν, κυρον, βαρδολομαίου τοῦ μακα-  
ριστάτου· ἀφηερώνω εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου ἱερομάρ-  
τυρος μαύρου τοῦ . . μουτράρου· τοῦ Φραγκο . . .  
. . μου οἱ αὐτάδελφοι, τοῦνομα αγραῖμοι, καὶ γρι-  
γόριον, τεκνα, οὗτοι, ἀπο τοῦ χωραφίου κουλου-  
πάτζε· σὺν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, καὶ τῶν παιδίῳ  
αὐτῶν· τοῦ τω . . ὑπὲρ λύτρου καὶ ἀφέσεως τῶν  
ἀμαρτιῶν τοῦ υἱοῦ μου βαρδολομαίου καὶ ἵνα δια-  
φέρουσιν αὐτῷ εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν τῆς μονῆς  
τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος μαύρου κατωτέρου. καὶ ὑπὲρ  
ἀφέσαις τῶν ἀμαρτιῶν ἐμῶν καὶ παντός χριστιανοῦ.  
καὶ ἢ τις Φανῇ (βουλόμενος ἀνα)τρέψαι ταύτην τὴν  
ψυχοφέλυμον ἀφῆρῶσιν ἢ τε (ἐγὼ) ἢ τίς τῶν ἐμῶν  
διαδώχων ἢ κληρονόμων. μὴ εἰσακουσθῶ ἀλλ' ἔστω  
καταραμένος παρὰ πατρός υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος·  
. . . . . καὶ τῶν β' ἁγίων ἀποστόλων καὶ

† Signum manus Riccardi Martelli. . . . .  
. . coniugis eius. In nomine Patris, et Filii, et Spi-  
ritus Sancti. Ego Riccardus Martellus, qui signum  
venerabilis et vivificae crucis manu mea in hac char-  
tula exaravi, spontaneo consilio et propria delibe-  
ratione ob salutem animae demortui filii mei do-  
mini Bartholomaei felicissimae memoriae (*hanc char-  
tulam*) condo, qua dono monasterio sancti martyris  
Mauri de . . mutraro Franci . . . . . fratres  
quorum nomen Agrimi, et Gregorium, filios Hugonis  
e fundo Culupatzi cum suis bonis et filiis eorum . .  
. . . pro expiatione et remissione peccatorum filii  
mei Bartholomaei, et ut suam operam navent in di-  
vinis officiis supradicti monasterii sancti martyris  
Mauri pro remissione peccatorum meorum, cuncto-  
rumque christianorum. Et si quis huiusmodi dona-  
tionem factam ob spiritualem utilitatem subvertere  
voluerit, sive ego, sive aliquis e meis successoribus  
et heredibus, ne exaudiatur, sed maledictus sit a  
Patre, Filio et Spiritu Sancto . . . . .  
. . . et duodecim sanctorum Apostolorum, ac san-

τῶν ἀγίων τριακσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατρῶν, καὶ  
 ἵνα σύμμαχον, τὸν ἅγιον μαῦρον . . ἔχη ἐν τῷ νῦν  
 καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ζημιούσθω δὲ καὶ εἰς τὴν  
 . . . . . νομίσματα ρ' . . . . . εἰς οὕτως  
 εἰσχυρὰν καὶ νευχίαν (εἶναι) ἢ καὶ ἡμῶν ἀφ' ἐρώσης  
 ἐνόπιον τῶν παρευρεθέντων μαρτύρων. Ἐγράφη διὰ  
 χειρὸς λέοντος . . . . .

(Epocham et testium nomina deleuit aetas.)

(Ex originali membrana episcopalis Archivi Neritini — n.º 18.)

ctorum tercentorum octo et decem Patrum, et ut  
 adversarium habeat sanctum Maurum in praesenti et  
 in futuro seculo; mulctetur vero . . . . .  
 . . . . . numismatis centum . . . . . Atque ni-  
 hilominus firma ac stabilis sit praesens mea donatio.  
 Coram testibus qui interfuerunt. Scriptum manu  
 Leonis . . . . .

## VII.

*Matthaeus dominus castri Aëtae instaurat templum et hospitium S. Michaelis.*

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου  
 πνεύματος. Ἐγὼ ματθαῖος καὶ μετὰ θεόν κύριος καὶ  
 δεσπότης καστελλοῦ αἰτοῦ. υἱὸς τοῦ μακαριστάτου  
 ἀρχοντος κυροῦ ρικκάρδου καὶ κυρίας κλημέντζης.  
 ἀνοικοδομῶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἀρχιστρατηγοῦ μη-  
 χαὴλ εἰς τὴν ἡμετέραν χῶραν, καστελλοῦ αἰτοῦ,  
 ἀνω εἰς τὸ ὄρος, πρὸς ψυχικήν ἡμῶν σωτηρίαν καὶ  
 ζωῆν τὴν αἰώνιαν, καὶ αὐξίσιν καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιαν  
 τῶν ἐμῶν τε καὶ τῶν ἐμῶν τέκνων καὶ ἀδελφῶν καὶ  
 ἰδίων. καὶ ψυχικῆς σωτηρίας τῶν ἐμῶν γοναίων καὶ  
 ἀδελφῶν. πάππων καὶ πρῶπάππων. καὶ τούτου τοῦ  
 ἐπεσθαι ξηνοδοχείου. λατίως δὲ σπιτάλου. εἰς πρόσ-  
 θέεται αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς ὡς τοῦ ἀβράαμ τὴν σκη-  
 νήν. δίδωμι δὲ πρὸς ἀνοικοδομὴν τοῦ παρόντος σπι-  
 τάλου καὶ ὑπερχὴν τῶν ξένων. ἐν πρώτοις. τὴν δε-  
 κατίαν τοῦ κινούργου χωρίου καὶ τὰ χωράφια τοῦ  
 ἁγίου ἀρχιστρατηγοῦ. ὡς καθεὶ καὶ ἡ ἐκκλησία  
 ἐκ πάσαι ἐπικράτει· καὶ τὸν μύλον. εἰς τὴν χωρίαν  
 τοῦ κινούργου χωρίου· ἔπου ὑπῆρχε ἐκ τοῦ παλαιοῦ  
 καὶ τὸ ὑμπέλιον τοῦ ἀρχιστρατηγοῦ τὸ ὄντα εἰς τὸ  
 χωρίον βρατζαρίων καὶ ἔστιν· δίδωμι δὲ. καὶ εἰς τὰ  
 βρατζάρια καὶ εἰς τὴν ἀκανθὰν χωράφιν μοδίων ἥκο-  
 σι· τῶν μὲν βρατζαρίων τὰ χωράφια συνοροῦνται οὕ-  
 τως· εἰς τὸ ἄνω βρατζάρια ἀπόριν, πλησίον τοῦ γα-  
 βρίλου. συνοροῦνται καλωμιν κινούρον κατὰ ἀνατολήν.  
 καὶ εἰς τὴν κεφαλὴν ἡ ὁδός. καὶ εἰς τὸν πόδα ὁ ριάξ.  
 καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους γαβρίλου χωράφιν μοδίων  
 δύο. καὶ τὸ ἀπόριν πύτταρι συνοροῦνται κατὰ ἀνα-  
 τολήν τοῦ καλαμάτου· κατὰ δύσιν ὁ πρικαλλίδος·  
 χωράφιν μοδίων τριῶν καὶ τὸ ἀπόριν τοῦ τυγάνου·  
 τὸ χωράφιν τῆς κερασίας· συνοροῦνται τοῦ νικολάου

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.  
 Ego Matthaeus, Dei gratia, dominus et possessor  
 castri Aëtae, filius beatissimae memoriae principis  
 domini Riccardi et dominae Clementiae, reficio tem-  
 plum sancto Archangelo Michaeli dicatum in nostra  
 civitate castri Aëtae supra Montem, pro spirituali  
 nostra salute et vita aeterna, et pro incremento et  
 aeterna salute mea et filiorum, fratrum et propin-  
 quorum meorum, nedum pro spirituali salute meo-  
 rum parentum et fratrum, avorum et proavorum.  
 Quod quidem templum erit xenodochium, latine autem  
 hospitale, ac dominus Deus ipsum tueatur velut A-  
 braham habitaculum. Ad instaurandum vero huius-  
 modi hospitale, et hospites digne excipiendos, in pri-  
 mis dono decimam praedii Cinurgi; et praedia sancti  
 Michaelis, prout ecclesia iamdudum possidet; et  
 molendinum, quod extat in ambitu praedii Cinurgi,  
 et ubi antiquitus extabat; et vineam sancti Michaelis  
 sitam in loco dicto Bratzariorum. Dono insuper vi-  
 ginti modios praedii positos ad Bratzaria, et ad Spi-  
 nam, e quibus qui extant Bratzariis his finibus cir-  
 cumscribuntur: ad superiorem Bratzariorum partem  
 est aporium prope Gabrilum conterminum Calomini  
 Cynuro orientem versus, et ad caput est via, ae  
 ad pedes rivus; ex altera vero parte Gabrili prae-  
 dium duorum modiorum, et aporium Pittari finiti-  
 mum ad orientem praedio Calamati, ad occi-  
 dentem Pricallidi; praedium modiorum trium, et  
 aporium Tigani; praedium Cerasiae conterminum  
 Nicolao Tigano, et Gabrilo; praedium trium mo-  
 diorum, et aporium Garini; praedium modiorum duo-

του γάμου· καὶ τοῦ γαβρίλου· χωράφιον μωδίων τριῶν· καὶ τὸ ἀπὸ ῥιν γαργηνο χωράφιον μωδίων δύο· καὶ ἑμψι· συνόρου·ται χωράφιοι γουλλιάλμου βερνάρδου· καὶ τῆς περὶ στέρην· καὶ τὸ ἀπὸ ῥιν τῆς μουτάρην· χωράφιοι μωδίων δύο· ἐκ τὸ κάτω μέρος συνόρου·ται χωράφια τοῦ κυρου ακιμῆρι τοῦ καστέλλου· καὶ εἰς τὴν κεφαλὴν συνόρου·ται τοῦ φλοῦ· καὶ εἰς τὴν ἀλάνην· τὸ ἀπὸ ῥιν τὸ μυράδιον τοῦ αὐθέντου· συνόρου· τοῦ κινδίδου καὶ γαβρίλου· καὶ τοῦ ἀνδρέου δυνάμου· καὶ τοῦ καταβαίνῃ ἢ πρίονι οὐκ καὶ ἀναβαίνῃ μεσα ἡ ναυδύα καὶ ἀποδίδι· εἰς τὸ ἄνω πρίονος τὸ δυ· σικόν μέρος χωράφιον μωδίου ἑνός· καὶ εἰς τὸ ἀκινθόν χωράφιον μωδίων πέντε· πλησίον τοῦ γαλλιάρδου· καὶ συνόρου·ται παγκαλλου· κολλουρίδου· καὶ συνόρου·ται στέφανος μαγαριτσόγος· καὶ ἡ ἐδὸς ποῦ κατ· α· βαίνει ἐκ τοῦς σανατικούς καὶ χωράφια υλαμίνου· καὶ συνόρου·ται τοῦ νικίτου γαλλιάρδου καὶ ὁ ποτα· μὸς τοῦ πιτεράνου· καὶ τὸ ἀπὸ ῥιν τοῦ αἰδίου· ὅπερ ἐπικράτει ὁ πῆτρος ἀρχλάς· ἐλαίαις σὺν τοῦ χωράφιοι συνόρου·ται ἀμπελιον κλαύσαρει· καὶ χωράφιοι βου· λ· πίνου· καὶ ὁ ποταμὸς ἀγκό· . . καὶ σὺν κλίει εἰς τὸ ἀμπελιον μελίδου τοῦ αὐθέντου· στέργω δὲ καὶ τοῦ ἀμ· πληχεύσαι εἰς τὸ χωράφιον τοῦ σπητάλου ἀνθρώπου· ξένους εἰς τὸ ἀγκουμάνδευσιν τοῦ σπιτάλου· σπῆτια δέκα· καὶ τὸ πρᾶγμα τοῦ σπιτάλου, ἵνα περὶ πατεῖ ἐλευθέρως εἰς ἅπασαν μου τὴν χῶραν· νοῖδια, πρὸντα χοιρίδια· καὶ ἡτι ἄλλον· καὶ δύο ζευγάρια τοῦ σπιτάλου ἵνα καματεύσουν ἐλευθέρως εἰς τὸ χωράφιοι μου τοῦ ὄρους· καὶ οὕτως ἐπιδίδωμι τὴν ἐξουσίαν ταύτην τῶν τοιού· των πραγμάτων καὶ κτημάτων ἐπὶ σὲ τὸν ἱερέαν ἱω· ἄνην τῶν ἀπο σικελίας· μέχρι ζωῆς σου, καὶ ὀρδυ· νίης σου· καὶ εἰ μὲν ποτὲ καίρω ἡ χρόνω, φοραδῇ καὶ εἰς, ἢ τε ἴδιος, ἢ τε ξένος ἢ ἐξ ἡμῶν κανεῖς, κατ· α· στρέφοντα, ἢ κατ· α· λουῖντα· τὰ παροντα δηλοῦμενα ἀμφιέξοματα τοῦ σπιτάλου ἀγίου ἀρχιστρατιγοῦ μη· χαηλ· καὶ οὐκ ἔασι αὐτὰ ὡς καδῶτι καὶ τὸ παρὸν συγίλλιον δὴλῇ οὐκ ἔασι αὐτὰ ἀπαράτρευτα μέχρι τερμάτων αἰώνων· σχῇ τὸ ἀνάθεμα περὶ πατρός υιοῦ καὶ ἀγίου πνεύματος, καὶ τῶν ἁγίων ιβ' καὶ εβδομί· κωντα ἀποστόλων· καὶ τῇ θ· ε· φόρων πατρῶν· καὶ οὗτος στέργω καλωδελῶς τὰ ἀνωτέρω γεγραμμένα πάντα· καὶ πρὸς περισσώτερον πίστῳσιν ἡκία μου χειρὶ ἐποίησα τὸ σημεῖον τοῦ κυρέματος· καὶ τῇ ἡμε· τερα βουλλῇ ἐπιέχ· ἐν παρουσίᾳ ἀξιόλογων μαρτύ· ρων·

rum cum dimidio, finitimum praedio Gulielmi Bernardi et Peristerenae; et aporium Mutarenae; praedium duorum modiorum; ex inferiori vero parte finitima sunt praedia domini Acilmeri de Castro, et ad caput finitima sunt praedia Flori, et ad aream est aporii domini parva pars contermia. Candido, et Gabrilo, et Andreae Dynami, et descendit tota serra, et ascendit media vallis ac pervenit ad superiorem serram; ad occidentem est praedium unius modii. Ad Spinam vero est praedium quinque modiorum prope Galliardum, et finitima sunt praedia Pancalli Culluridi, Stephani Magaritzuni, et via, quae descendit ex Samnaticis, et praedia Blammeni, ac finitima sunt praedia Nicetae Galliardi et flumen Piterani, et aporium Aedni, quod possidet Petrus Arclas. Oleis cum praedio finitima est vinea Clausari, et praedium Vulpini, et flumen Anco . . et clauditur in vinea Melidae Domini. Ut autem commorentur in praedio hospitii advenae, qui commenditi eiusdem sint, concedo domos decem, usumque hospitii, et ut libere obambulent per totum meum agrum boves, oves, sues, et si quid aliud, et duo boum paria ad hospitium spectantia, ut libere terram arent in meo territorio de Monte. Et ita hanc possessionem huiusmodi bonorum et rerum trado tibi presbytero Ioanni de Sicilia, quoad tu tuusque Ordo vixeritis. Si vero quacumque occasione vel tempore quis apparuerit vel propinquus, vel extraneus, vel quis nostrum eversurus aut labefactor praesentes donationes factas hospitio sancti Archangeli Michaelis, et non siverit ut eae, prout hoc sigillum ostendit, sint immutabiles usque ad finem seculorum, anathema incurrat Patris, Filii et Spiritus Sancti, sanctorum duodecim Apostolorum, et tercentorum octo et decem divinorum Patrum. Ita vero benevole confirmo omnia suprascripta; et ad maiorem fidem propria manu mea signum confirmationis feci, meoque sigillo roboravi coram fide dignis testibus.

† Κλιμεντζα τῶν ἀρενῶν κηρία μαρτυρ υπεγραφα τὸν σταυρον. † Ego presbyter Petrus bonus interfui. † Ego Bertheramus bove testor. † Ego Angilmerius deremis testor. † Ego rogerius gatus testis sum. † πετρος μακρὶς στρατιότης μαρτυρ υπεγραφα τὸν σταυρόν † ρικκαρδος γαττος μαρτυρ υπεγραφα τὸν σταυρόν.

† ἐγὼ ματθαῖος αὐθέντης καστέλλου αἵτου τὰ ἀνοτέρω γεγραμμένα στέργω καὶ ἐπίκυρῶ. †

(Ex membrana Archivi Neapolitani n.º 481.)

† Clementia Arenarum domina testis crucem subscripsi.

† Petrus Macri miles testis crucem subscripsi. † Riccardus Gattus testis crucem subscripsi.

† Ego Matthaeus dominus castri Aëtae superscripta confirmo et roboro.

## VIII.

*Presbyter Leo de Mutero donat templo SS. Deiparae de Surnis duas portiones praedii positas in planitie Buchortae.*

† σίγνον χειρὸς πάπα λεοντός τοῦ μουτέρου φεομαι ἐγὼ παπᾶς λειῶν ὡ προγραφῆς τῷ σιγνῷ του τιμηοῦ καὶ ζωῶππου σταυροῦ κηρία κηρή γράφας· διδῶντα τὰ χοραφῆρα μοῦ τὰ ἀπὲρ ἔχο ης τὰ πλάγῃα τοῦ βουχόρτα. ἡγορασιες πετζηὰ δίο. το ἐν τὸ ἡγορασάν ἐκ τὴν βλάκκαν θυγατὶρ μαρηας της σέλη· μοῦς ροβῶν τρημῶν διορίζετε δε οὐτὸς κατὰ μὲν ἀνατολας το χοραφῆρὸν πάπα νηκολαου του καπαντονᾶ το οἱπερ ἐποῦλησέν τοῦ κυροῦ ραου· υιοῦ προτονοβελλισιμου· καὶ κατὰ δισέος το χοραφῆρὸν ἰωαννου του σελημὰ τοῦ θρου αὐτης· καὶ κατὰ ἀρκτροῦ τὸ σινορόν το χόνδρο· καὶ κατὰ μεσιβρηας ὡ ρηκκας· καὶ σικλῆ· το δε ετερῶν λουρῆν υπαρχει οὐτὸς· ρουβον πέντε· ἐστὶ δε καὶ ο περηορησμος αὐτοῦ κατὰ μὲν ἀνατολάς· το χοραφῆρὸν παπα κονστα του μουτέρου το ἀπὲρ ἐδοκᾶ ης τιν ἁγίαν θεοτοκον των στουρνῶν περη ψηχηκης σοτηρης· καὶ κατὰ δισέος το χοραφῆρὸν του προφητου· καὶ κατὰ ἀρκτροῦ η ὠδος καὶ κατὰ ἀρκτροῦ καὶ κατὰ μεσιβρηας ο ρηκκας· καὶ σιν· κλη· τουτο δεδοκα ης τον πανσεπτῶν νῶν τη υπεργιας θεοτοκου τον στουρνῶν· καὶ ης τον μαηητοράν ἀνδρεαν· καὶ ης τους δε λήπους ἀδελφοῦς περη ψηχηκης σοτηρης καὶ τον ἐμον γοιεῶν· του ἐχην σὰς το τιωτον χοραφῆρῶν ἀπεντευδέν καὶ οσὰ ης κηρήος καὶ αὐθέντός πουλειν χαρῆξην καὶ η τοι δ' ἀν κελ· βη πην πῆξε μὴ κολουμένους παρὰ ττηγός. μὴ παρ ἐμου μητε τὸν ἐμόν τεκνον η κληρονομων η σὶνκληρονομων· η ξενο προσοποῦ τῷ σινολον· ἀλλ ὁστη φανι ἐνοχλὸν ττην τιαυτιν χαρηστηκην δωρεαν· ἐστο ξενός

† Signum manns presbyteri Leonis de Mutero. Ego suprascriptus presbyter Leo, qui signum honorabilis et vivificae crucis propria manu exaravi, dono praedia mea, quae habeo ad latera Buchortae et emi, nempe duas portiones, quarum unam emi ex Blanca filia Mariae de Selima, et constat tribus rubis, hosque habet fines: ab oriente praedium presbyteri Nicolai de Capantona, quod ipsi vendidit dominus Rhaus, filius Protonobilissimi; ab occidente praedium Ioannis de Selima, patruī ipsius; a septentrione confinium Chondri; et a meridie rivus; atque clauditur. Altera vero portio constat quinque rubis, et ita circumscribitur: ab oriente est praedium presbyteri Constaе de Mutero, quod ipse donavit Sanctae Deiparae de Surnis pro spiritali salute; ab occidente praedium Prophetae; a septentrione via; et a septentrione et meridie rivus; atque clauditur. Hoc praedium dono venerabili templo Sanctissimae Deiparae de Surnis, et magistro Andreae, et ceteris fratribus pro spiritali salute mea et meorum parentum, ut habeat huiusmodi praedium amodo, et tamquam dominus ac possessor vendat, donet et de eo faciat quidquid (*lex*) facere concedit, neque molestiam patiatur ab aliquo, neque a me, vel a meis filiis, vel heredibus, vel coheredibus, vel extranea persona in universum; sed quisquis in huiusmodi gratiosam



και αλλότρητος της καθαρως και αμομοιτου των χρη-  
στήων πιστεος ζημηουτό και ης το δεμόσιον νομι-  
σματα λς' εν παρουσια μαρτυρων † ο κηρης γαμμος  
μαρτυρ υπεγραψε τον σταυρον.

† νηκίτας γαβρός του πρεσβυτερου πετρού μαρτυρ  
υπεγραψε τον σταυρον.

† παπας ιωαννης υιος του πρεσβυτερου πετρού  
μαρτυρ υπεγραψε.

† ιωαννης ο του νοταριου χριστοφóρου υιός μαρ-  
τυρ υπεγραψε.

† βονος υιός πέτρου μουτερου μαρτυρ εγραψε τον  
σταυρον οιδιωχείρως.

† κωνσταντινος υιός του ανοτέρω παπα λεοντος  
μαρτυρ υπεγραψε ηδια χειρι.

† βωνώς αδελφος αυτου μαρτυρ υπεγραψε.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 185.)

donationem insurgat, seiungatur a pura et incul-  
pata Christianorum fide, et solvat poenae nomine  
Fisco numismata sex et triginta. Coram testibus. †  
Dominus Gemmus testis crucem subscripsit.

† Niceta gener presbyteri Petri testis crucem  
subscripsit.

† Presbyter Ioannes filius presbyteri Petri testis  
subscripsit.

† Ioannes filius notarii Christophori testis sub-  
scripsit.

† Bonus filius Petri de Mutero testis scripsit cru-  
cem manu propria.

† Constantinus filius suprascripti presbyteri Leo-  
nis testis manu propria subscripsit.

† Bonus frater ipsius testis subscripsit.

## IX.

### Mense Novembri — Indict. XI.

*Ioannes Notanus cum uxore Maria vendit monasterio S. Phantini tertiam partem vineae pretio-  
cuiusdam quantitatatis frumenti, fabarum et lini.*

† σιγνον χειρος ιωαννου υιού γεωργίου νοτανου. †  
σιγιον χειρός μαριας σύμβιος αυτού.

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου  
πνεύματος ἡμοῖς οἱ προγεγραμμένοι οἱ τα σίγηνα τοῦ  
τιμίου καὶ ζωόποιου σταυροῦ οἰκείαις ἡμῶν χερσὶν ποιή-  
σαντες. τὸ δὲ ὅλος ὕφος τοῦ οἰκησίου καὶ ἐξοικισμοῦ  
ἡμῶν γραφὴν δια χειρὸς τοῦ νοταρίου. τὴν (παρουσαν)  
ταυλὴν καὶ καθαρὰν διάπρασιν· τοιδαίμεθα καὶ ποιῶμεν  
ἐκουσία ἡμῶν τῇ γνώμῃ καὶ αὐτοπροαιρέσει ἐκτὸς βίας  
ἀνάγκης καὶ παντὸς ἀποικωρευμένου τρόπου. εἰς σὲ  
τὸν εὐλαβέστατον ἱερομοναχὸν καὶ προσδοτὰ (τῆς  
ἁγίας μονῆς τοῦ πατρὸς) ἡμῶν Φαντίνου· καὶ πρὸς  
τοὺς ἀπαντας τοὺς μελλόντας εἰσελθεῖν τῇ προγραφείσῃ  
μονῇ τοῦ εἶναι προσδοτὰς καὶ κυριεύειν αὐτήν. δι' ἧς  
ἐν (ἀληθείᾳ) καὶ εὐδύτητι ὁμολογοῦμεν ἀπειτευθεῖν.  
ἴδι πιπράσασθαι καὶ ἀποτάξασθαι κατὰ ταυλὴν νο-  
μην καὶ δεσποτείαν σου τὸ τρίτον μέρος ἐμὸν τοῦ ἀμ-  
πελου. ἐξ ὧν ἐφυτεύσαμεν κοινοτερῶς μετὰ τοῦς ἀδελ-  
φοῦς μου. τοὺς σπ . . . . . ωτας νικολαον. καὶ  
ἀνδρεῖν. περισφίξεταί σου οὕτως. ἐξ ανατολῆς. ἡ ὁδὸς ἡ  
ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἀμπέλιον, τοῦ ἀ . . . . . ποκαμισί

† Signum manus Ioannis filii Georgii Notani. †  
Signum manus Mariae uxoris eius.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos  
suprascripti, qui signa honorabilis et vivificae crucis  
propriis nostris manibus effinximus, totam vero nomi-  
nis et cognomenti nostri scripturam manu notarii exa-  
ravimus, huius perfectae et purae venditionis instru-  
mentum condimus et facimus spontanea nostra volun-  
tate et libera electione, absque vi, necessitate, et  
quovis vetito modo tibi pientissimo monacho et prae-  
posito sancti monasterii patris nostri Phantini, et om-  
nibus futuris praepositis ac moderatoribus antedicti  
monasterii; quo (instrumento) in veritate et iustitia  
declaramus amodo vendidisse et cessisse in perfe-  
ctum tuum dominium et possessionem tertiam meam  
partem vineae, quam in commune plantavimus una  
cum fratribus meis . . . . . Nicolao et Andrea.  
Hos vero habet fines: ab oriente viam quae vadit  
ad vineam . . . . . pocamisi et aliorum; ab occi-

καὶ ἀλλαχῶς. δῆτις. το ἀμπελιον, της ρηθηςτης αγίας  
μονης του αγίου Φαντινου. ἄκτρυν, τὸ χωραφίον  
τῆς. . . . . μεσημβρίας· τὸ μέρος τοῦ ἀμπελου τοῦ  
ἀδελφού μου καὶ ἀποικωμενου ἀνδρου. τοῦτο οὖν τι-  
τραμερως πε(ριορισθὲν) σὺν τὸ ἀργον χωραφίον μέρος  
ἐστὼς σὺν ὑμεροδενδροις. καὶ εἰσωδω ἐξωδω καὶ πασι  
δικαίοις αὐτου πε(πρα(καμεν σοι) αὐτὰ εἰς τιμὴν τὴν ἀνα-  
μεταξὺ σὺν Φωνηθήσαν· καὶ ἀρεσθήσαν· σιτον. Φάβαν  
καὶ λιναρον, το χριζομενον . . . . . ἐλαβαμεν. ἡμοῖς  
ἀπο τας σὰς χεῖρας εἰς τας ἡμετέρας. καὶ εὐδέως.  
ἐποιήσαμεν σοι τὸ παρον τῆς (πράσεως ἔγγραφον).  
τὸ προρηθεν ἀμπελίον εἰς τοπον λεγῶμεν παντα-  
τον. ἵνα ἀπο του νῦν. καὶ εἰς το διηναικοῖς χρόνοις.  
ἐπεξουσιως εχειν σε αὐτο το μέρος μου τοῦ ἀμπελου  
ἦγουν το τρίτον. καὶ το ἀργον χωραφίον. σοι. καὶ  
ἡ ευαγεστατη μονη τοῦ ποιειν παντα εἰς αὐτο καὶ ἐξ  
αυτου ως κυρίως. ὅσα οἱ θεοὶ καὶ οἱ θειωτατοι νό-  
μοι παρακελεύεται. μὴ παρὰ τινος κολυμμένος. μητε  
παρ ἡμῶν αὐτων. ἐὰν Φανὴ τις ἀπο το μέρος ἡμῶν  
ἢ ἐτέρου ξένου προσωπου τινὸς ζητήσιν κόνιτην τινα  
ποιούμενος ἐνεκεν το ρηθεντα ἀμπελιον. καὶ ὡς ἀνω-  
τερως διό. ἴσθασθαι ἡμᾶς καὶ διεκδικᾶν αὐτὰ ἀπο  
παντος ἐναντιούμενου προσωπου, καὶ σὲ, καὶ ἡ ευα-  
γεστατη μονη αὐτοὶ καὶ ἀτάραχοι (ποιεῖν. εἰ δὲ) τουτο  
οὐ ποιήσωμεν, ἀλλὰ εἰς ἐπιστροφὴν τινα χριστῶμε-  
θα. ὁμολογοῦμεν τοῦ ζυμιοῦσθαι (ἡμᾶς εἰς τὸ δημό-  
σιον) νομισματα λς'. καὶ πρὸς σε το τιμημα εἰς το  
δυσκοῦν, καὶ τὰς βελτιώσεις. καὶ ἡθ (οὕτω στέργη  
καὶ ἐμμένη ἢ τοιαύτη) διάπρασις στερμα βαίβια καὶ  
ἀπαρσάλευτος εἰς τοὺς αἰωνας. ἡτις ἐγράφη . . .  
. . . δι επιτροκης ιωαννου πρωτοπαπα καὶ ταβουλα-  
ριου κοιρκλαριου μηνι νοεμβριω ἰνδικτιωνι ια' ἐτους.

† ρογεριος Φαβάτζας μαρτυρ υπεγραφα δια του  
σταυρου.

† εγω ἀλεξάνδρος Φαβάτζας μαρτυρ υπέγραφα δια  
του σταυρου.

† Ego Bartolomeus iudex testis sum.

† εγω βασιλειος κριτης μαρτυρ υπέγραφα δια του  
σταυρου.

† εγω ἰωρδανος καὶ κριτης κῆρκλαριου μαρτυρ υπε-  
γραφα οικεία χειρ.

(Ex originali membrana Archivi Neapolitani — n.º 186.)

dente vineam dicti venerabilis monasterii sancti  
Phantini; a septentrione praedium. . . . . a me-  
ridie partem vineae fratris mei demortui Andreae.  
Hanc igitur vineam quadrifariam circumscriptam  
una cum inculti praedii parte, cumque fructiferis  
arboribus, introitu et exitu, et omnibus eius iuri-  
bus, vendidimus tibi pretio inter nos pacto et con-  
vento frumenti, fabarum et lini, quae necessaria  
sunt . . . . . accepimus a tuis in nostras ma-  
nus, et tibi fecimus hoc instrumentum venditionis  
antedictae vineae sitae in loco qui vocatur Panta-  
num, ut amodo et in futurum tempus tu et san-  
ctissimum monasterium possideatis ipsam partem  
meae vineae, nempe tertiam, et incultum praedium,  
cum potestate faciendi in ea et de ea quidquid di-  
vinae leges propriis dominis permittunt, neque ab  
aliquo, sive a nobis impedimentum patiaris. Si vero  
quis ex parte nostra, vel extranea persona quae-  
stionem vel actionem de memorata vinea tibi in-  
tendat, uti antea dictum, nos obstabimus, et te ac  
sanctissimum monasterium defendemus a quavis con-  
traria persona, et illaesos et indemnes vos praesta-  
bimus. Nisi autem id fecerimus, sed haec evertere  
aliquo modo tentaverimus, assentimur mulctae no-  
mine solvere Fisco numismata sex et triginta, et  
tibi duplum pretium ac meliorationes. Et nihilomi-  
nus firma, valida et immutabilis in omne aevum  
huiusmodi venditio permaneat, quae scripta est . .  
. . . . . ex mandato Ioannis protopapae et tabularii  
Circlarii, mense novembri, indictione XI, anno

† Rogerius Fabatzas testis per crucem subscripsi.

† Ego Alexander Fabatzas testis per crucem sub-  
scripsi.

† Ego Basilius iudex testis per crucem subscri-  
psi.

† Ego Iordanus iudex Circlarii testis propria  
manu subscripsi.

X.

*Ioannes Marionitus cum fratre Arcadio vendit Basilio Andreamo vineam positam in loco dicto de Gadurice aureis tarenis sex.*

† Σύγγο χειρὸς ἰωαννου τῇ ἐπονομῇ του μαρίονι-  
 νειτῇ † σήγνῳ χηρὸς ἀρχαδείου ἀδελφου αὐτου † σή-  
 γνῳ χῆρὸς θαυμαστῆς μητρὸς αὐτῶν ἡμῆς ἡ ἀνό-  
 ττερο γεγραμμενὴ ἡ τὰ σίγνα του τημηῶν καὶ ζοπηρῶν  
 σταυρῶν ἡκειες χερσὶν καθεμπογραφάντες· ἀναλυναν-  
 νόμενι καὶ τοὺς δὲ λιπούς· ἀδελφούς· ἡδIOUS καὶ  
 κληρονομούς· καὶ σὺν κληρονόμους· καὶ ἀπλὸς ἡπῆν ἡς  
 πάντα ἀνδρωπὸν· φένομεθα πουλόντα εἰς σε κηρεῖν  
 νασίλιον ἀνδρεάμον· το ἀνπέλιον· το ἀπερ ἐχομεν ἐκ  
 πατρίκῃς μας κληρονομείας· ἡς τοπὸν λεγόμενον της  
 γαδουρηκείας· δειορεῖτε κατὰ ἀνατολὰς του ψυχρα-  
 λεου καὶ του αὐτου πράτῃ· καὶ δεισιος του αὐτου  
 πράτῃ· κατὰ ἀκτροῦ· ἡ οδὸς· καὶ μεσινυρίαν ἡ του  
 ναχυοῦτου· καὶ σὺν κλεί· τουτο δὲ ση πεπρακμεν·  
 δεῖα χρῆσθον ταρία εἴ· ἀτῆνα ἀπολάουμεν· ἀπο τὰς  
 χερίας σου· ἡς χῆρας ἐμὰς· ἐπῆρισαμεν σὺ τελίαν καὶ  
 πληρεστάτην· πρᾶσυν· του εχειν σε αὐτο ἐξουσίαν·  
 ἀπὸ τυν σήμερον ἡμεραν καὶ ὅραν ἡς τοῦς ἐξεις χρόνους·  
 πολὺν χαρίζειν ἀνταλλάτῃ· καὶ ἡς πριχὰς τέκνον  
 γράφειν· ὅς το κείρος· καὶ τῇν ἐξουσίαν παρ ἡμῶν·  
 ἡλιφῶς· καὶ εἰαν ποτε καίρο φανει της ζειτοῦντα· ἡ  
 ἐνοχλοῦντα· ἡνα στήκομεν· καὶ δεικδεικούμεν· αἰκ  
 παντὸς προσόπου ξενοῦ· τε καὶ ἡδαιοῦ· ἡ δὲ καὶ ἡμῆς  
 μετὰ μέλι γένόμεθα εἶνα μὴ ἡσακούμεθα· μεῖδε παρα  
 του νόμου νοηθείτο· ἀλλὰ σχῇ το ἀναδεμα· παρα  
 πατρος καὶ υἱου καὶ ἀγίου πνευματος· τον τιτῇ· ἀγίον  
 θεοφόρον· πατρων· καὶ ζειμειουσθο ἡς το δεμόσυνο·  
 νομισματα· λς· καὶ ἡς σὲ τὸν ἀγορακότα το τρίπλου·  
 καὶ ἡθ οὗτος στεργί καὶ ἐνμενει· ἡ τηρατῃ πρᾶσῶ·  
 ἡν καλοθελὸς· ἐπῆρισαμέν· ἀχρι τέρματὸν ἐόνον πα-  
 ρουσία μαρτυρων· † νεικόλας νάρυοῦτῶς· μαρτυρ· †  
 νοταριος ἰωαννης βαρβουτος μαρτυρ·

† Signum manus Ioannis cognominati Marioniti.  
 † Signum manus Arcadii fratris eius. † Signum ma-  
 nus Thaumastae matris eorum. Nos suprascripti, qui  
 signa honorabilis et vivificae crucis propriis mani-  
 bus exaravimus, nomine quoque ceterorum fra-  
 trum, propinquorum, heredum et coheredum, et uno  
 verbo cuiusvis hominis, vendimus tibi domino Ba-  
 silio Andreamo vineam, quam habemus ex paterna  
 nostra hereditate in loco dicto de Gadurice. His  
